Chirurgia, nunc iterum non mediocri studio atque diligentia à pluribus mendis purgata ... / [Guy].

Contributors

Guy, de Chauliac, approximately 1300-1368.
Castelli, Bonaventura de', active approximately 1335-1349. De utilitatibus aquae balnei de Porretta.
Guy, de Chauliac, approximately 1300-1368. Chirurgia parva.

Publication/Creation

Lugduni : Apud Sebastianum de Honoratis, 1559.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/enzmxrjp

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

3820
A

H III Guy

1790
50867

D N.

GVIDONIS DE CAVLIACO, IN ARTE MEDICA EXERcitatissimi Chirurgia, nunc iterum non mediocri studio atq; diligentia à pluribus mendis purgata:

Cum duplici dictionum & rerum Indice per se plurimum significantium per ordinem Alphabeticum digesto.



LVGDVNI,
Apud Sebastianum de Honoratis.
M. D. LIX.

GVIDONIS
DE CAVLIACO
MEDICI CELEBERRIMI,
CHIRVRGIA

Ædita anno Domini M. CCCIXIII. in præclaro studio Montispessulani, & nunc diligentissimè emendata.

POSTQVAM prius gratias egero Deo largienti vitam perpetuam animarum, & sanitatem corporum, & medicanti morbos per gratiam, quam tulit omni carni ex virtutibus sanitatem cõseruantibus, & protegentibus à langore danti intelligi artem medicinæ, & ingenium sanitatis diuinis & animosis intelligentibus: dabo operam ad commentandum & assummandum. In primis igitur aggrediens quandam commentationem seu collectionem artis medicinæ chirurgiæ: ago gratias Deo viuo & vero, qui omibus tribuit esse, sine quo nullum rite fundatur exordium: ad eum deuotissimè recurrendo, totis viribus cordis mei supplicando: vt in hoc opere & in cunctis aliis mittat mihi auxilium de sancto, & de Syon tueatur me, felix principium tribuendo, & felicius medium gubernando: & iubeat complere quod fiat vtile, ad finem optimum deducendo.

Ratio huius commentationis seu collectionis non fuit librorum defectus: sed potius vnitas & profectus. Non enim quilibet omnes libros habere potest: & si haberet, tædium esset legere, & diuinum esset omnia in mente tenere. varia lectio delectat: certa prodest: & in constructionibus semper occurunt melioramenta. Scientiæ enim per additamenta fiunt: non enim est possibile eundem incipere & finire. Pueri enim sumus in collo Gigãtis, quia videre possumus quicquid Gigas, & aliquantulum plus. Est ergo in constructionibus &

assummationibus vnitas & profectus. Verum quia vt ait Plato eximius, ea quæ scribuntur breuius quàm expediat, sunt diminuta & obscura, ea vero quæ longius, videntes fastidiunt: vix est liber, qui reprehensionem effugiat. Et propter hoc mihi ad solatium senectutis, ad solum mentis exercitiũ, vobis dominis meis medicis Montispessulani, Bonoñ. Parisiis, atque Auinioñ. præcipuè papalibus, quibus me in seruitio Romanorum pontificum associaui, cum quibus audiẽdo, legendo, & operando fui nutritus, mediocritatem obseruãdo moderata compendiositate perstringam sapientium dicta principalia, quæ in diuersorum librorum voluminibus de chirurgia tractauerint, propter quod inuentarium seu collectorium chirurgiæ vocabitur liber iste. Nec de meo proprio aliquid, nisi forte pauciſsima, addidi, quæ iuxta modicitatem mei ingeij vtilia reputaui. Si quid tamen imperfectum, dubium, superfluum, & obscurum ibidem fuerit, correctioni vestræ submitto: & supplico, vt paupercule scientiæ meæ veniam concedatis.

Capitulum singulare, in quo præmittuntur quædam valde necessaria cuicunque volenti proficere in arte chirurgiæ.

CHarissimi domini, quia huiusmodi cõmentatio admodum inuentarij ciuilis hæreditatis ordinatur, & in inuentario ciuili præscribuntur communiora & digniora hæreditatis totius: ita & in isto præmittitur capitulum singulare, in quo ponũtur quædam communia valde necessaria cuicunque volenti proficere in arte chirurgiæ. Et hoc est quod nobis indicat philosophus primo physicorum, Innata est nobis via à communioribus ad specialia procedere. Dicatur ergo primò: quid est chirurgia? Et licet multi multipliciter definierunt: omnes tamẽ fundamentum à patre nostro Galeno, in introductorio medicinæ sumpserunt, dum dicit. Chirurgia quid est? pars therapeuticæ per incisionem & vstionem & articulationem ossium, sanans homines. Cui diffinitioni addit in commento primi de regimine acutorum: & per alias manuum operationes; & ita est complete descripta, secundum quòd ipsa consideratur strictè, prout est tertium instrumentum medicinæ.

Vt

Vt autem consideratur magis large, prout est scientia curãdi ægritudines, in quibus cadit seu intenditur operatio manualis sine exclusione aliorum duorum instrumentorum medicinæ, potionis, videlicet, & diætæ: talis descriptio ex dictis omnium assignatur isto modo. Chirurgia est scientia, docens modum & qualitatem operandi principaliter, consolidando, incidendo, & alias operationes manuum exercendo, sanans hominem secundum quod est possibile. Scientia ponitur ibi loco generis. Nec valet quod obiicitur, quòd in multis locis nominatur ars: quia hic large & non propriissime sumitur hoc nomen scientia: habitus enim animæ tantam colligantiam habent, quòd vnus pro reliquo multoties nominatur. Veritas tamen habet, quòd chirurgia est duplex, docens, quæ appropriatur nomine scientiæ, quam potest habere aliquis: & si nunquàm fuerit operatus. Et vtens, quæ nomine artis appropriatur: & istã nullus scire potest nisi viderit eam, quam Aristo. inter artes mechanicas numerauit. Et hoc est quod Gal. dicebat in primo de alimentis: ex libro certe neque gubernatorẽ aliquem posse fieri, neque alterius artis opificẽ: sola enim doctrina quæ exercitando habetur, artifices operantur. Cætera ponuntur pro differentia: sed quia logicum est, prætermittatur. In cauda tamen ponitur, secundum quod est possibile sanãs homines: quia vt dicebat in Montepessulano magister meus Raymũdus, nõ omnia in omnibus, sed cætera in cæteris: non est in medico vt semper releuetur æger. quærere à medico demonstrationẽ, est quærere à traulo sermocinationẽ: vterq; caret instrumentis, vt doctor dicebat, subtilis: sufficit facere quod ars præcipit. Vbi aduertendũ est, quòd in omnibus ægritudinibus ars precipit curã propriam exceptis tribus casibus, in quibus sufficit cura larga, preseruatiua, & palliatiua. Primus casus est, quãdo morbus est simpliciter incurabilis, vt lepra. Secundus, quando morbus est curabilis de se: est tamẽ in patiente inobediente, aut pœnã sustinere nõ valẽte: vt cãcer in mẽbro particulari. Tertius est quãdo cura illius morbi generaret maiorẽ ægritudinẽ: vt malũ mortuũ inueteratum: aut hæmorroides antiquas sanare, nisi vna relicta fuerit, periculũ est hydropisim, aut maniã fieri inquit Hippo. & hoc innuebat Gal. xiiij. therapeuticæ. curatio vnũ habet modũ, operari indolorose, & absq; fallacia saluare corp^{9}, & nõ perimere, boni medici est nõ sinistri. xij. therapeu

Vide tamen Gal. ibi in fine proœmij.

ticæ: & hoc est facere quod est posſibile: & non propter pecuniam promittere impoſsibilia. A malis curis,& à falſis promiſsionibus caueas,ne nomen mali medici ſubeas, neq; ſuper corpus tuum accipias. Dicitur autem chirurgia à cheir, quod eſt manus,& ergeia, quod eſt operatio, quaſi ſcientia de opere manuali. Apparet enim ex prædictis ꝙ corpus humanum ſanabile & ægrotabile per ſcientiam chirurgiæ, eſt ſubiectum in chirurgia:& ꝙ remouere ægritudinem & ſeruare ſanitatem ſecundum quod eſt poſsibile cum ſciẽtia chirurgiæ,eſt finis & intentio iſtius ſcientiæ. Partes chirurgiæ ſecundum Ioannitium in genere ſunt duæ: & operari, videlicet in membris mobilibus: & operari in duris. In ſpecie verò ſunt quinque, videlicet, ſcientia docens operari in vulneribus, & docens operari in reſtaurationibus, & in aliis,in quibus cadit operatio manualis. Operationes chirurgorum in prædictis partibus ſunt tres, ſcilicet, ſoluere continuum phlebotomando,ſcalpendo,iungere ſeparatum,conſolidando vulnera,& reducendo algebras: extirpare ſuperfluũ cùm curantur apoſtemata, & glandulæ reſecantur. Inſtrumenta chirurgorum cum quibus iſta complentur,ſunt multiplicia, quia quædam ſunt communia, & quædam propria. Communia quædam ſunt medicinalia, quædam ferralia. Inſtrumenta medicinalia, ſunt regimina, & potiones, ſaginationes,vnguenta,emplaſtra,pulueres. Inſtrumẽta ferralia ſunt: quædam ad incidendum,vt forfices, raſoria,& lancetæ: quædam ad cauterizandum,vt ſunt oliuaria, & cultellaria: quædam ad extrahendum, vt tenaculæ, & pincecarolæ: quædam ad probandum,vt probæ,& intromiſsi:quędam ad ſuendum, vt acus,& cannulæ. Propria ſunt,vt trypana in capite, falx in ano,&c. Ex quibus apparet quòd chirurgus artificialiter operans debet ſecum portare quinq; vnguenta,ſcilicet, baſilicum ad maturandum, vnguentum apoſtolorum ad mundificandum, vnguentum album ad conſolidandum, vnguentum aureum ad incarnandum, dialthæam ad dulcorandum. In pennarolo debet portare quinque vel ſex inſtrumenta, ſcilicet, forfices, pincecarolas, probam, raſorium,lancetam,& acus. Et talis chirurgus ſic munitus,poteſt prædictas operationes in corpore humano vtiliter exercere: duntaxat, quòd rectè fuerit curatiuarum intentionum informatus. Informatur enim curatiuis intentionibus ſecundum

cundum Galenum per totam therapeuticam, ab indicationibus assumptis à rebus præter naturam primò, consequenter à rebus naturalibus & non naturalibus, & ab eisdem annexis. Incipere quidem oportet, secundum eundem Gal. in secundo therapeu. à primis, transire vero hinc ad eas quæ consequuntur: deinde ad illas quæ illis adhærent: & sic faciendo, non cessare antequam perueniat ad finem rei quæsitæ, quæ est curatio vniuscuiusque ægritudinis. Principium verò ducens ad hanc viam est ægritudinis notio, scilicet, qualis sit per sui naturam. Consequenter discurrendo per alia: indicationem secundum singulum accipere non visam à pluribus: Consequenter inuentis indicationibus, oportet secundum easdem intentiones inquirere quę sunt possibiles, & quæ non perfici. Vltimò inuenire oportet, cum quibus & qualiter compleantur: Vbi aduertẽdum versus finem secundi: & quòd si intentiones sunt pauca & concordes: vt in vlcere seu vulnere simplici, leue quid est. Si verò sunt multæ & contrariæ, vt in vlcere concauo, sordido, apostemoso, iuxta membrum nobile, &c. scrutari oportet tunc talibus complicationibus. Primum quidem à quo maximè periclitatur homo. Secundum verò, quod ex ipsis rationem habet causæ. Tertium est, quæ impossibilis est sanari ante aliam. Nam vbi ab aliqua dispositione magnum periculum imminet, intentio est ad illud quod magis properat seu vrget: Vbi verò hoc idem faciens seu conseruans: quæ ad curam: Vbi verò non est possibile curari hoc ante illud: quæ ab ordine: vt in exemplo præfato Gal. tertio, quarto, septimo therapeut. declarat euidenter. Et propter hoc dicebatur in tertio, quòd non est idem, vel vt causam quid scrutari: vel vt rationem eorum sine quibus, non obtinens, vel vt quod properat: aliquando verò tale est quod properat, vt cogat incuratam relinquere particulam, vt in punctis, neruis, & hæmorrhogizantibus venis, in musculis percussis, & in articulationibus, quæ cum vlcere fiunt. Modus & forma operandi cum prædictis instrumentis, secundum Arnoldum, elicitur ex quatuor considerationibus. Primò debet considerare chirurgus artificialiter operans, quæ sit illa operatio quam debet exercere in corpore humano. Secundò quare applicatur. Tertiò, vtrum sit necessaria & possibilis. Quartò, rectum modum applicandi. Primum habetur per diuisionem &

ſubdiuiſionem operationum chirurgiæ, vt ſuprà dictum eſt Secundum cognoſcitur per generalem intentionem chirurgorum, quæ præcipit operationes eorum in humano corpore fieri debere ſecundum vtilitatem cum fiducia ſecuritatis. Tertium concipitur per conſiderationem effectuum operis, & particularium à parte corporis occurrentium. Quartum innoteſcit: vt omnia quæ conueniunt corpori, ſecundum quòd talis operatio ſibi applicatur, & ſecundum quòd ipſi ſubiicitur, vel ad ea comparatur, conuenienter exerceantur: & hoc ante applicationem, & in actu applicationis, & poſt ipſius actum. Verbi gratia, volumus extrahere aquam hydropicorum: Prius debemus conſiderare quæ ſit talis operatio, & ſcimus per diuiſionem operationis chirurgiæ, quod eſt ſoluere continuum cum raſorio. Secundò debemus conſiderare quare fit, & ſcimus per generalem intentionem chirurgorum, vt curetur hydropiſis, vel vt ſaltem paſsio alleuietur. Tertiò, debemus conſiderare, vtrum talis operatio ſit neceſſaria & poſsibilis: & ſcimus quòd eſt neceſſaria, quia aliter non poteſt curari hydropiſis confirmata: & ideò ſi patiens debilis eſt, non erit poſsibilis: ſi patiens ſit fortis, extrahetur paulatine. Quartò, debemus conſiderare rectum modum extrahendi: & eſt q̃ ſituetur patiens ſupinus: & pellis ventris ſubtus vmbilicum à latere dextro, ſi paſsio venerit à ſiniſtro: vel econtra, ſi fuerit in dextro, trahatur ad ſuperius, & perforetur cum raſorio vſq; ad locum vacuum: & applicata cannula aqua iuxta tolerantiam infirmi extrahatur: & poſt, extracta cannula, cutis dimittatur, & deſcendendo claudet vulnus mirach, & aqua non exibit. Et quando volueris iterum extrahere, ducatur cutis, & ponatur cannula vt prius, & exibit quantum volueris, & poterit tolerare, & ita patet operatio. Operatores huius artis, quorum notitia & doctrina fuit apud me, & quorum dicta inuenientur in hoc opere, ad hoc, vt ſciatur, quis melius dixit alio, bonum eſt eos in quodam catalogo ordinare. Primus omnium fuit Hippocrates, qui, vt legitur in introductorio medicinæ, ſuperauit omnes: & primus duxit ad lucem perfectam, apud græcos medicinã. Ipſa enim vt dicit Macrobius, & Iſidorus quarto etymologiarum: quod etiam recitatur in prologo totius continentis, ante Hippoc. fluerat per quingentos annos, à tempore Apollinis & Aſclepij, qui

pij,qui fuerunt primi eius inuentores: ipse enim vixit nonagintaquinq; annis,& scripsit multos libros chirurgiæ, vt patet in quarto therap.& in multis locis per Galenum: Sed credo,quod propter bonam ordinationem librorum Galeni, libri Hippocratis & aliorum multorum fuerunt omissi.Galenus secutus est eum, & quæ Hippoc. seminauit, tanquam bonus agricola excoluit & augmentauit:vnde multos libros scripsit, in quibus multa de chirurgia miscuit, & specialiter librum de tumoribus præter natura assummauit, & primos sex libr.therapeut. de vulneribus & vlceribus, & duos vltimos de apostematibus, & de multis ægritudinibus aliis, in quibus cadit operatio manualis, composuit septem libros catageni,id est,de compositione medic. secundum genera(licet non habeamus nisi summam)ordinauit: Fuit enim maximus in scientia demonstratiua tempore Antonini Imperatoris,post Christum quasi per 150. annos, vixit 80. annis, vt in vita & moribus Philosophorum recitatur. Inter Hippocratem & Galenum fuit tempus mirabile, vt dicit Auicen. in quarto de fracturis.300.& 25.annorũ, vt glosatur ibidem, & secundum veritatem fuerunt 586.anni. Post Galenum inuenimus Paulum, qui, vt testatur Rasis in toto continente, & Halyab.in libro,de dispositione regali,multa in chirurgia fecit. librum tamen sextum chirurgiæ suæ inueni. Subsequenter inuenitur Rasis, Albucasis, & Alçaran, qui siue fuerint idem vel diuersi,optimè se habuit,maximè in libris Almansoris,& diuisionum, & chirurgia Albucasis dicta: & vt dixit Halyabbas, in illis sua specialia posuit: In toto verò continente, qui Helham Arabicè dicitur, eadem replicauit, & omnes prædecessorum suorum maiorum dicta congregauit: quia tamen non elegit,& longus & indeterminatus, appreciatus minus fuit. Halyabbas magnus magister fuit: & præter seminationem in libris dispositionis regalis, nonam partem secundi sermonis,de chirurgia ordinauit. Auicenna illustris princeps secutus est eum,& valdè ordinatè,vt de aliis in quarto libro de chirurgia tractauit. Et vsq; ad eum omnes inueniuntur fuisse physici simul & chirurgi. Sed post, vel propter lasciuiam, vel occupationem curarum nimiam, separata fuit chirurgia, & dimissa in manibus mechanicorum. Quorum primus fuit Rogerius, Rolandus, atque

quatuor magistri, qui libros speciales in chirurgia ediderunt, & multa emperica in eis miscuerunt. Deinde inuenitur Iamerius, qui quandam chirurgiam brutalem edidit, in quam multa fatua immiscuit, in multis tamen Rogerium secutus fuit. Subsequenter autem inuenitur Brunus, qui satis discretè dicta Galeni & Auicennæ, & operationes Albuc. assummauit, translationem tamen librorum Galeni totam non habuit, & anatomiam penitus dimisit. Post ipsum immediatè venit Theodoricus, qui rapiendo omnia quæ dixit Brunus, cum quibusdam fabulis Hugonis de Luca magistri sui, librum edidit. Gulielmus de Saliceto, valens homo fuit, & in physica, & in chirurgia duas summas composuit: & iudicio meo, quantum ad illa, quæ tractauit, satis bene dixit. Lanfrancus etiam librum scripsit, in quo non multa posuit, nisi quæ à Gulielmo recepit: in alio tamen ordine mutauit. In hoc tempore, magister Arnaldus de Villa noua, in vtraque facultate floruit, & multa pulchra opera fecit. Henricus de Hermondanila Parisiis tractatum per notabilia incœpit, in quo nitebatur de Theodorico, & Lanfranco facere matrimonium: ipsum tamen tractatum morte præuentus non compleuit. In hoc tempore in Calabria magister Nicolaus de Regio, in lingua Græca & Latina perfectissimus, libros Galeni transtulit, & eos nobis in curia transmisit, qui altioris & perfectioris styli videntur, quàm translati de Arabica lingua, Vltimo insurrexit vna fatua rosa Anglicana, quæ mihi mandata fuit, & visa, credidi in ea inuenire odorem suauitatis, & inueni fabulas Hispani Gilberti, & Theodorici. Tempore autem meo fuerunt chirurgi operantes Tholosæ, magister Nicolaus Catalanus. In Montepes. magister Bonetus, filius Lanfranci. Bononiæ, magister Peregrinus, atq; Mercadantus. Parisiis, magister Petrus de Argenteria. In Lugduno, vbi practicaui longo tempore, Petrus de Bonaco. In Auinion. magister Petrus de Arelate, & socius meus Ioannes de Praxina. Et ego Guido de Cauliaco, chirurgus, magister in medicina, de confinibus Alumniæ, diœcesis Munacens. medicus & capellanus commensalis domini nostri Papæ, vidi operationes multas, & multa scripta prædictorum, præcipiè Galeni, quia quot reperiebantur

bantur libri in vtraque translatione habui, & eos cum diligentia qua potui studui, & per multa tempora operatus fui in multis partibus, & nunc eram in Auinione, anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo tertio Pontificatus domini Vrbani quinti, anno primo. In quo ex dictis prænominatorum, & meis experientiis cum auxilio sociorum meorum, hoc opus compilaui iussu Dei. Sectæ quæ currebant tempore meo inter operatores huius artis, præter duas generales, quæ adhuc vigent, logicorum, videlicet, & empericorum, reprobatas à Gal. in de sectis & per totam therapeuticam fuerunt quinque. Et prima fuit Rogerij, Rolandi, & quatuor magistrorum, qui indifferenter omnibus vulneribus & apostematibus saniem cum suis pultibus procurabant, fundantes se super illo quinti aphorismorum, laxa bona, cruda verò mala. Secunda fuit Bruni, & Theodorici, qui indifferenter omnia vulnera cum solo vino exiccabant, fundantes se super illo quarto therapeut. siccum verò sano est propinquius, humidum verò non sano. Tertia secta fuit Gulielmi de Saliceto, & Lanfranci, qui volentes mediare inter istos, procurabant omnia vulnera cum vnguentis, & emplastris dulcibus, fundantes se, decimo quarto therapeut. quòd curatio vnum habet modum, quòd absque fallacia & dolore tractetur. Quarta secta fere omnium theorunicorum, militum, & sequentium bella, qui cum coniurationibus, & potionibus, & oleo, & lana, atque caulis folio procurant omnia vulnera: fundantes se super illo, quòd Deus posuit virtutem suam in verbis, herbis, & lapidibus.

Quinta secta est mulierum, & multorum idiotarum, qui ad solos sanctos de omnibus ægritudinibus, infirmos remittunt: fundantes se super illo, Dominus mihi dedit sicut placuit, Dominus à me auferet, quando sibi placebit, sit nomen Domini benedictum, amen. Et quia istæ sectæ, in processu libri redarguentur, omittuntur de præsenti. De vno tamen miror, quia ita se sequuntur sicut grues: vnus non dixit nisi quod alter: nescio si propter timorem aut amorem nunc dedignantur audire nisi consueta, & authoritate probata.

Malè legerunt Aristotelem in secundo metaphysices ostendentem, quòd ista duo sunt, quæ magis impediunt viam, & cognitionem veritatis. Dimittantur tales amicitiæ, & timores: quia amicus est Socrates, vel Plato: sed magis est amica

veri

quatuor magistri, qui libros speciales in chirurgia ediderunt, & multa emperica in eis miscuerunt. Deinde inuenitur Iamerius, qui quandam chirurgiam brutalem edidit, in quam multa fatua immiscuit, in multis tamen Rogerium secutus fuit. Subsequenter autem inuenitur Brunus, qui satis discretè dicta Galeni & Auicennæ, & operationes Albuc. assummauit, translationem tamen librorum Galeni totam non habuit, & anatomiam penitus dimisit. Post ipsum immediatè venit Theodoricus, qui rapiendo omnia quæ dixit Brunus, cum quibusdam fabulis Hugonis de Luca magistri sui, librum edidit. Gulielmus de Saliceto, valens homo fuit, & in physica, & in chirurgia duas summas composuit: & iudicio meo, quantum ad illa, quæ tractauit, satis bene dixit. Lanfrancus etiam librum scripsit, in quo non multa posuit, nisi quæ à Gulielmo recepit: in alio tamen ordine mutauit. In hoc tempore, magister Arnaldus de Villa noua, in vtraque facultate floruit, & multa pulchra opera fecit. Henricus de Hermondanila Parisiis tractatum per notabilia incœpit, in quo nitebatur de Theodorico, & Lanfranco facere matrimonium: ipsum tamen tractatum morte præuentus non compleuit. In hoc tempore in Calabria magister Nicolaus de Regio, in lingua Græca & Latina perfectissimus, libros Galeni transtulit, & eos nobis in curia transmisit, qui altioris & perfectioris styli videntur, quàm translati de Arabica lingua. Vltimo insurrexit vna fatua rosa Anglicana, quæ mihi mandata fuit, & visa, credidi in ea inuenire odorem suauitatis, & inueni fabulas Hispani Gilberti, & Theodorici. Tempore autem meo fuerunt chirurgi operantes Tholosæ, magister Nicolaus Catalanus. In Montepes. magister Bonetus, filius Lanfranci. Bononiæ, magister Peregrinus, atq; Mercadantus. Parisiis, magister Petrus de Argenteria. In Lugduno, vbi practicaui longo tempore, Petrus de Bonaco. In Auinion. magister Petrus de Arelate, & socius meus Ioannes de Praxina. Et ego Guido de Cauliaco, chirurgus, magister in medicina, de confinibus Alumniæ, diœcesis Munacens. medicus & capellanus commensalis domini nostri Papæ, vidi operationes multas, & multa scripta prædictorum, præcipiè Galeni, quia quot reperiebantur

bantur libri in vtraque translatione habui, & eos cum diligentia qua potui studui, & per multa tempora operatus fui in multis partibus, & nunc eram in Auinione, anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo tertio Pontificatus domini Vrbani quinti, anno primo. In quo ex dictis prænominatorum, & meis experientiis cum auxilio sociorum meorum, hoc opus compilaui iussu Dei. Sectæ quæ currebant tempore meo inter operatores huius artis, præter duas generales, quæ adhuc vigent, logicorum, videlicet, & empericorum, reprobatas à Gal. in de sectis & per totam therapeuticam fuerunt quinque. Et prima fuit Rogerij, Rolandi, & quatuor magistrorum, qui indifferenter omnibus vulneribus & apostematibus saniem cum suis pultibus procurabant, fundantes se super illo quinti aphorismorum, laxa bona, cruda verò mala. Secunda fuit Bruni, & Theodorici, qui indifferenter omnia vulnera cum solo vino exiccabant, fundantes se super illo quarto therapeut. siccum verò sano est propinquius, humidum verò non sano. Tertia secta fuit Gulielmi de Saliceto, & Lanfranci, qui volentes mediare inter istos, procurabant omnia vulnera cum vnguentis, & emplastris dulcibus, fundantes se, decimo quarto therapeut. quòd curatio vnum habet modum, quòd absque fallacia & dolore tractetur. Quarta secta fere omnium theorunicorum, militum, & sequentium bella, qui cum coniurationibus, & potionibus, & oleo, & lana, atque caulis folio procurant omnia vulnera: fundantes se super illo, quòd Deus posuit virtutem suam in verbis, herbis, & lapidibus.

Quinta secta est mulierum, & multorum idiotarum, qui ad solos sanctos de omnibus ægritudinibus, infirmos remittunt: fundantes se super illo, Dominus mihi dedit sicut placuit, Dominus à me auferet, quando sibi placebit, sit nomen Domini benedictum, amen. Et quia istæ sectæ, in processu libri redarguentur, omittuntur de præsenti. De vno tamen miror, quia ita se sequuntur sicut grues: vnus non dixit nisi quod alter: nescio si propter timorem aut amorem nunc dedignantur audire nisi consueta, & authoritate probata.

Malè legerunt Aristotelem in secundo metaphysices ostendentem, quòd ista duo sunt, quæ magis impediunt viam, & cognitionem veritatis. Dimittantur tales amicitiæ, & timores: quia amicus est Socrates, vel Plato: sed magis est amica

veri

veritas. Sequantur doctrinam dogmaticam Galeni approbatam in libro sectarum, & per totam therapeuticam, quæ experimento, & ratione integratur: in qua inuestigantur res, & refutantur voces. Et modum inuestigandi ipse docuit, in de constitutione artis dogmaticæ, capitulo septimo. quem sub quodam epilogo in tertio de virtutibus naturalibus, capitulo decimo, hîc ponit. Oportet enim debentem cognoscere quid aliis melius: mox quidem, scilicet, à principio, & natura & prima doctrina multum ab aliis differre: cùm autem factus fuerit puer, veritatis quandam insaniam veneream habere, & neque die, neque nocte deficere studentem, & addiscere quæcunque à glorioſissimis dicta sunt veteribus: cùm autem ad statum venerit, ac didicerit: iudicare ea, ac examinare tempore quàm multò, & intueri quęcunque quidam concordent his quæ manifestè apparent: quæcunque verò differant, & ita hoc quidem eligere: hoc verò auertere. Et tali quidem vtique vehementer vtiles speraui nostros futuros esse sermones: aliis verò vtique fiet ista conscriptio superflua, ac si asino fabularetur. Non tamen dico, quin sit optimum in proposito adducere testimonia, quia Gale. in multis locis, præter rationem & experimentum, quę sunt omnibus hominibus duo instrumenta iudicatoria, primò therapeuti. iij. adducit testimonia. vnde in primo miamir, augetur fides eorum, quæ scribuntur, ex narrantium concordia. Et propter hoc dicit, quòd ipse scribet vniuersa pharmaca, quæ ab expertis medicis tradita sunt: & ita, vt dixi, faciam ego in processu, Deo glorioso adiuuante.

Redeamus ad propositum, & ponantur conditiones, quæ requiruntur cuicunque chirurgo volẽti artificialiter dictum, modum & formam operandi exercere in corpore humano, quas Hippocr. omnium bonorum dux, cum quadam subtili inductione concludit, in primo aphorismorum, vita breuis, ars verò longa, tempus acutum, experimentum fallax, iudicium verò difficile, oportet autem non solum seipsum præbere, quæ oportet facientem, sed & ægrotantem, & assistentes, & ea quæ extrinsecus ordinare.

Sunt ergo quadruplices conditiones, quæ accipiuntur hîc secundum Arnaldum latinatorem eloquentissimum. Quædam sunt, quæ requiruntur in chirurgo, quædam in infirmo, quædam in assistentibus, aliæ verò in extrinsecus euenien

nientibus. Conditiones, quæ requiruntur in chirurgo, sunt quatuor. Prima est, quòd sit literatus. Secunda, quòd sit expertus. Tertia, quòd sit ingeniosus. Quarta, quòd sit morigeratus. Requiritur ergo primò, quòd sit chirurgus literatus, non tantum in principiis chirurgiæ, sed etiam physicæ, tam in theorica, quàm in practica. In theorica oportet, quòd ipse cognoscat res naturales, & non naturales, & contra naturam. Primò enim oportet, quòd ipse cognoscat res naturales, præcipuè anatomiam: nam sine ipsa factum est nihil in chirurgia, vt inferius apparebit: cognoscat etiam complexionem: nam secundum diuersitatem naturæ, oportet diuersificare medicinam: contra Thessalum in tota therapeut. illud idem probatur de virtute. Res etiam non naturales, vt sunt aër, cibus, & potus, &c. oportet quòd cognoscat: nam istæ sunt causæ totius ægritudinis & sanitatis.

Oportet quòd cognoscat etiam res contra naturam, morbum, scilicet: nam ab ipso sumitur intentio curatiua. Causam nullo modo ignoret: nam sine cognitione ipsius curatio non esset eius muneris, sed fortunæ. Accidentia non prætermittat: nam aliquoties ipsa suam causam superant: & totam naturã præuaricant, & peruertunt, vt in primo ad Glauconem. In practica oportet, quòd sciat diætare, pharmacare: nam sine istis non perficitur chirurgia, quæ est tertium instrumentum medicinæ. Vnde Galenus in introductorio: sicut pharmacia indiget diæta & chirurgia: sic & ipsa chirurgia indiget diæta & pharmacia. Sic ergo patet, quòd oportet ipsum chirurgum artificialiter operantem scire principia medicinæ. Et cum hoc est decens ipsum scire aliquantulum aliarum artium. Et hoc est quod dicebat Galenus in primo therapeut. contra Thessalum: si enim neque geometria, neque astronomia, neque dialectica, nec aliqua alia doctrina bona egerent medici, promptè coriarij, carpentatores, fabri, etiam cæteri, dimittẽtes artes suas currerent ad medicinam, & efficerentur medici. Secundò dixi, quòd oportet, quòd sit expertus, & viderit alios operari, iuxta illud sapientis Auenzoaris. Oportet vnumquenque medicum prius scire: deinde vsum & experientiam habere: & Rasis in quarto Almansoris, & Halyab. in testamento Hippo. & Halyab. primo theoricæ illud idem testantur. Tertiò, quòd sit ingeniosus

ac boni ingenij, siue iudicij, id est rememorationis: & hoc dicebat Halyab. rodean tertio techni. oportet medicum esse bonæ rememorationis, boni iudicij, bonæ solertiæ ac bonæ visionis, & sani intellectus, cum bonitate formæ: vt supple, quòd habeat digitos graciles, manus firmas, non tremulas, oculos claros, &c. Quartò dixi, oportet quòd sit morigeratus, sit audax in securis, timidus in periculis, malas curas fugiat: sit infirmis gratiosus, sociis beniuolus, cautus in prognostication: sit castus, sobrius, pius, & misericors: non cupidus, non extorsiuus: sed secundum laborem suum, & facultatem infirmi, & qualitatem finis, & dignitatem ipsius, salaria recipiat moderatè.

Conditiones, quæ requiruntur in infirmo sunt tres. Primò, quòd sit obediens medico, velut seruus domino, primo therapeut. Quòd bene confidat de ipso: primo prognosticorum. Quòd patientiam habeat in seipso: quia patientia vincit malitiam: vt in alia dicitur scriptura.

Conditiones assistentium sunt quatuor. Primò, quòd sint pacifici, gratiosi, fideles, atque discreti.

Conditiones extrinsecus venientium sunt plures, quæ omnia debent ordinari ad vtilitatem infirmi: vt dicit Galenus in fine commenti aphorismi præallegati.

VLTERIVS finem imponendo isti capitulo singulari, ponendus est modus, & ordo istius operis. Propter quod est sciendum iuxta dictum Auerro. in primo colliget, quòd artes practicæ inquantum sunt artes, cõtinent tria. Primum, scire loca subiectorum suorum. Secundum, est ducere finem quæsiti in locum subiecti. Tertium, est scire instrumenta cum quibus valeamus ducere illum finem in locis subiecti.

Et ideo cùm ista ars sit practicalis, & operatiua: de necessitate tractatus, qui fiunt de ipsa in genere debent esse tres: Sed propter hoc, vt magis specificetur erunt in isto opere septem tractatus. Primus erit de anatomia, & locis subiecti. Sed quinque sequentes erunt de modo inducendi finem quæsitum in locis subiecti. Et septimus erit de instrumentis cum quibus ducemus finem in locis subiecti.

Habebit ergo iste liber septem tractatus. Primus erit de anatomia. Secundus de apostematibus. Tertius de vulneribus. Quartus de vlceribus. Quintus de fracturis

& disso

& dislocationibus. Sextus de omnibus aliis ægritudinibus, quæ non sunt propriè apostemata, nec vlcera, nec ossium passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgum.

Septimus, antidotarium. Et in quolibet tractatu erunt duæ doctrinæ, & in qualibet doctrina erunt octo capitula, vel circa, & in quolibet capitulo erunt tria, quæ in tertio therapeut. habet inquirere medicus dogmaticè sanatiuus, scilicet, notitiam rei, & causas à quibus indicationes curatiuæ sumuntur: signa & iudicia à quibus, quæ non sunt possibiles, & quæ possibiles perfici habentur, ac etiam curationem, quæ cum quibus, & qualiter operatur, ostendunt. Et talis erit in toto libro ordo, auxiliante Deo.

Rubricæ totius libri.

AD facilem inuentionem materierum de quibus tractatur in isto libro, est vtile præmittere rubricas tractatuum, & capitulorum totius libri: ne abraso nomine literæ, pagina muta videatur remanere: quod fortè non est necessarium in scientiis speculatiuis, vt Auerrois determinabat subtiliter.

Rubricæ primi tractatus.

IN nomine Domini misericordis incipit tractatus primus istius operis: & est de anatomia, continens duas doctrinas

Doctrina prima est de anatomia membrorum cõmunium vniuersalium, & simplicium.

Secunda erit membrorum propriorum, & particularium, ac compositorum.

PRIMA doctrina habet quinque capitula.

Capitulum primum est sermo vniuersalis de anatomia & natura membrorum.

Capitulum secundum de anatomia cutis, & pinguedinis, carnis, atque musculorum.

Capitulum tertium de anatomia neruorum, ligamentorum, & chordarum.

Capitulum quartum de anatomia venarum, & arteriarum.

Capitu

ac boni ingenij, siue iudicij, id est rememorationis: & hoc dicebat Halyab. rodean tertio techni. oportet medicum esse bonæ rememorationis, boni iudicij, bonæ solertiæ ac bonæ visionis, & sani intellectus, cum bonitate formæ: vt supple, quòd habeat digitos graciles, manus firmas, non tremulas, oculos claros, &c. Quartò dixi, oportet quòd sit morigeratus, sit audax in securis, timidus in periculis, malas curas fugiat: sit infirmis gratiosus, sociis beniuolus, cautus in prognostication: sit castus, sobrius, pius, & misericors: non cupidus, non extorsiuus: sed secundum laborem suum, & facultatem infirmi, & qualitatem finis, & dignitatem ipsius, salaria recipiat moderatè.

Conditiones, quæ requiruntur in infirmo sunt tres. Primò, quòd sit obediens medico, velut seruus domino, primo therapeut. Quòd bene confidat de ipso: primo prognosticorum. Quòd patientiam habeat in seipso: quia patientia vincit malitiam: vt in alia dicitur scriptura.

Conditiones assistentium sunt quatuor. Primò, quòd sint pacifici, gratiosi, fideles, atque discreti.

Conditiones extrinsecus venientium sunt plures, quæ omnia debent ordinari ad vtilitatem infirmi: vt dicit Galenus in fine commenti aphorismi prælegati.

VLTERIVS finem imponendo isti capitulo singulari, ponendus est modus, & ordo istius operis. Propter quod est sciendum iuxta dictum Auerro. in primo colliget, quòd artes practicæ inquantum sunt artes, cõtinent tria. Primum, scire loca subiectorum suorum. Secundum, est ducere finem quæsiti in locum subiecti. Tertium, est scire instrumenta cum quibus valeamus ducere illum finem in locis subiecti.

Et ideo cùm ista ars sit practicalis, & operatiua: de necessitate tractatus, qui sunt de ipsa in genere debent esse tres: Sed propter hoc, vt magis specificetur erunt in isto opere septem tractatus. Primus erit de anatomia, & locis subiecti. Sed quinque sequentes erunt de modo inducendi finem quæsitum in locis subiecti. Et septimus erit de instrumentis cum quibus ducemus finem in locis subiecti.

Habebit ergo iste liber septem tractatus. Primus erit de anatomia. Secundus de apostematibus. Tertius de vulneribus. Quartus de vlceribus. Quintus de fracturis

& disso

& dislocationibus. Sextus de omnibus aliis ægritudinibus, quæ non sunt propriè apostemata, nec vlcera, nec ossium passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgum.

Septimus, antidotarium. Et in quolibet tractatu erunt duæ doctrinæ, & in qualibet doctrina erunt octo capitula, vel circa, & in quolibet capitulo erunt tria, quæ in tertio therapeut. habet inquirere medicus dogmaticè sanatiuus, scilicet, notitiam rei, & causas à quibus indicationes curatiuæ sumuntur: signa & iudicia à quibus, quæ non sunt possibiles, & quæ possibiles perfici habentur, ac etiam curationem, quæ cum quibus, & qualiter operatur, ostendunt. Et talis erit in toto libro ordo, auxiliante Deo.

Rubricæ totius libri.

AD facilem inuentionem materierum de quibus tractatur in isto libro, est vtile præmittere rubricas tractatuum, & capitulorum totius libri: ne abraso nomine literæ, pagina muta videatur remanere: quod fortè non est necessarium in scientiis speculatiuis, vt Auerrois determinabat subtiliter.

Rubricæ primi tractatus.

IN nomine Domini misericordis incipit tractatus primus istius operis: & est de anatomia, continens duas doctrinas

Doctrina prima est de anatomia membrorum cõmunium, vniuersalium, & simplicium.

Secunda erit membrorum propriorum, & particularium, ac compositorum.

PRIMA doctrina habet quinque capitula.

Capitulum primum est sermo vniuersalis de anatomia & natura membrorum.

Capitulum secundum de anatomia cutis, & pinguedinis, carnis, atque musculorum.

Capitulum tertium de anatomia neruorum, ligamentorum, & chordarum.

Capitulum quartum de anatomia venarum, & arteriarum.

Capitu

Capitulum quintum de anatomia ossium,& cartilaginum, vnguium,& pilorum.
Secvnda doctrina de anatomia membrorum compositorum & propriorum continet capitula octo.
Capitulum primum de anatomia ollæ capitis & partium eius.
Capitulum secundum de anatomia faciei,& partium eius.
Capitulum tertium de anatomia colli,& partium dorsi.
Capitulum quartum de anatomia omoplatæ,& brachiorum, seu manuum magnarum.
Capitulum quintum de anatomia pectoris, & partium eius.
Capitulum sextum de anatomia ventris,& partium eius.
Capitulum septimum de anatomia ancharum, & partium eius.
Capitulum octauum de anatomia tibiarum, seu pedum magnorum.

Rubricæ secundi tractatus.

Tractatvs secvndvs, & est de apostematibus,& exituris & pustulis. Cuius sunt doctrinæ.
Doctrina prima est de apostematibus, pustulis, & exituris, prout sunt in membris simplicibus.
Doctrina secunda in speciali,prout insunt membris compositis.
Prima doctrina quinque habet capitula.
Capitulum primum est sermo vniuersalis de apostematibus, pustulis,& exituris.
Capitulum secundum de phlegmone vero,& apostematibus sanguineis.
Capitulum adminiculatiuum prædicto de carbunculo, & esthiomeno,& aliis pustulis malis sanguineis.
Capitulũ tertiũ de erysipelate, & apostematibus cholericis.
Capitulum adminiculatiuum prædicto de formicis herpetibus malis cholericis.
Capitulum quartum de vndimia,seu œdemate,& apostematibus phlegmaticis.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate ventoso.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate aquoso,

Capitulum adminiculatiuum de nodis, glandulis, & scroffulis, & omnibus excrescentiis phlegmaticis.
Capitulum quintum de sephyros siue sclirhosi seu scirrhosi, & apostematibus melancholicis.
Capitulum adminiculatiuum superiori de scirrho, idest, apostemate melancholico à melancholia innaturali per congelationem & indurationem phlegmonis generato.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate cancroso: quia de vlcerato dicetur in quarto, & de lepra in sexto.
SECVNDA doctrina de apostematibus, exituris, & pustulis prout insunt membris compositis, continet capitula octo.
Capitulum primum de his quę insunt capiti: vt sunt apostemata, & aqua in capitibus puerorum.
Capitulum secundum de apostematibus faciei & partium eius: vt in oculis de ophthalmia & dolore, pustulis, & exituris, & sanie retro corneam: quia de aliis passionibus dicetur infrà in tertio & quarto & sexto, de apostematibus aurium, & narium in tractatu de vlceribus dicetur.
Capitulum tertium, de apostematibus colli & dorsi, vt de squinantia, de bocio, & de apostematibus aliis: quia de gibbositate dicetur in sexto.
Capitulum quartum de apostematibus omoplatæ, & brachiorum, & de apostemate facto post phlebotomiam, de emboriſmate, de chiragra, de apostemate fistuloso digitorum, & pannaritio.
Capitulum quintum de apostematibus pectoris, & de bubonibus: in quo fit transgressio de mortalitate, de apostemate frigidico & indurato in emunctoriis, de apostematibus mamillarum, & coagulatione lactis: & aliis apostematibus, quæ in parte veniunt pectoris.
Capitulum sextum de apostematibus ventris, duritie stomachi, duritie hepatis, duritie splenis, & de hydropisi.
Capitulum septimum de apostematibus ancharum & pretium eius, scilicet, de hernia & apostematibus oschei seu bursæ testiculorum, quæ communi nomine herniæ seu ramices appellantur: vt de hernia humorali, & hernia aquosa, & ventosa, & hernia carnosa, & varicosa: quia de intestinali, & zirbosa dicetur in sexto, de apostematibus virgæ, de apostematibus ani, de hæmorrohidibus dicetur in de vlceribus in quarto.

Capitulum octauum de apostematibus coxarum, & tibiarum siue pedum magnorum, vt de elephantia, varicibus, & vena meden. de podagra dicetur in sexto.

Rubrica tertij tractatus.

TRACTATVS TERTIVS, & est de vulneribus. Cuius sunt duæ doctrinæ.
Prima doctrina, est de vulneribus prout insunt membris simplicibus.
Doctrina secunda in speciali, prout insunt membris compositis.
PRIMA doctrina quinque habet capitula.
Capitulum primum est sermo vniuersalis, de vulneribus & solutionibus continuitatis: vbi tractabitur ingenium extractionis sagittarum, & aliorum infixorum: & de modo & qualitate vniendi labia vulnerum: & suendi vulnera: & faciendi tentas, & lychinos, & plumaceolos, & de modis ligaturarum communium: quia propriæ ligaturæ in propriis capitulis inuenientur, de regimine & dieta vulneratorum: de correctione accidentium superuenientium vulneratis, vt de dolore, & dyscratia, de apostemate, de pruritu, de spasmo, de paralysi, de syncopi, de alienatione, & id genus.
Capitulum secundum de vulnere facto in carne, in quo tractatur de vulnere magno superficiali & non profundo, de vulnere profundo & occulto, de vulnere concauo cum deperditione carnis: de vulneribus reparandis cum deperditione cutis: de cicatricibus: de vulnere in quo est caro superflua: & de vulnerere contuso gratia ipsius, de ipsa contusione, de vulnere ab aere alterato doloroso & apostemoso: & de vulnere morsiuo & venenoso.
Capitulum tertium de vulnere & fluxu sanguinis venarum & arteriarum.
Capitulum quartum de vulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum: in quo tractatur de punctura neruorum de incisione neruorum, de neruo denudato, de attritione, & conquassatione neruorum.
Capitulum quintum de vulneribus ossium & cartilaginum,

num.

SECVNDA doctrina de speciali cura vulnerum, prout insunt membris organicis compositis: & octo habet capitula.

Capitulum primum de vulneribus capitis: in quo tractatur de vulnere facto in capite per incisionem absque cranei fractura: & de vulnere facto per incisionem cum fractura cranei non penetrante. De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei sine deperditione substantiæ ossis vsque ad interiorem superficiem penetrant. De vulnere eodem cum de perditione substantiæ ossis. De vulnere capitis cum contusione absque fractura cranei. De contusione & paruafractura cranei. De contusione & magna fractura. De correctione accidentium consequentium vulnus capitis. De medicinis capitalibus, & de instrumentis cum quibus fit operatio in vulnere capitis.

Capitulum secundum de vulneribus faciei & partium eius, in quo tractatur de vulneribus oculorum, & si aliquid ingressum oculum vlneret, & lædat. Et de tarsen, & de sanguine qui infra oculum euenit propter percussionem. De vulneribus palpebrarum. De vulneribus nasi. De vulneribus aurium, & labiorum.

Capitulum tertium de vulneribus colli, dorsi, & partium eius.

Capitulum quartum de vulneribus omoplatarum, & brachiorum.

Capitulum quintum de vulneribus thoracis & partium eius.

Capitulum sextum de vulneribus ventris & partium eius.

Capitulum septimum de vulneribus ancharum, & partium eius.

Capitulum octauum de vulneribus coxarum, tibiarum, atq; pedum.

Rubrica quarti tractatus.

TRACTATVS QVARTVS, & est de vlceribus. Cuius sunt duæ doctrinæ.

TABVLA.

Doctrina prima de vlceribus prout insunt membris simplicibus.
Doctrina secunda de vlceribus, prout insunt membris compositis in speciali.
PRIMA doctrina quinque habet capitula.
Capitulum primum erit sermo vniuersalis de vlceribus, in quo etiam tractatur de correctione accidentium & dispositionum componentium ipsum: vt de discrasia vlcerum: & de vlcere doloroso: & de vlcere apostemoso, & de vlcere contuso: & de vlceribus cum carne superflua: de vlcere cum duritie & tenebrositate labiorum: & de vlcere cum varicibus: de vlcere cum osse corrupto: de vlcere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta.
Capitulum secundum de vlceribus propriis sanioſis, & primo de vlcere virulento & corrosiuo.
Capitulum tertium de vlcere sordido & putrido.
Capitulum quartum de vlcere profundo & cauernoso.
Capitulum quintum de fistula in communi: quia de fistulis particularibus dictum est in locis suis.
Capitulum sextum de cancro vlcerato, quia de non vlcerato in de apostematibus est dictum,
SECVNDA doctrina de vlceribus prout insunt membris compositis habet octo capitula.
Capitulum primum de vlcere capitis prout est talparia & testudinaria.
Capitulum secundum de vlceribus faciei in quo tractatur de noli me tangere, de vlceribus, & cancrositatibus, vesicis ruptis, & eleuatione vueæ oculorum: & de exitu etiam vueæ propter rupturam corneæ, de fistula lachrymali, de vlceribus auris, de vlceribus narium, & polyppo, quæ in naso nascuntur &c.
Capitulum tertium de vlceribus quæ in collo: & per consequens de his quæ in dorso nascuntur.
Capitulum quartum de vlceribus quæ in omoplatis, & brachiis, & per consequens de aliis quæ in dorso.
Capitulum quintum de vlceribus quæ in pectore.
Capitulum sextum de vlceribus ventris.
Capitulum septimum de vlceribus ancharum, & partium eius, de rhagadiis, & ficubus, quæ veniunt in ano & virga, & in matrice &c. de fistulis quæ in ano fiunt.

Capitu

Capitulum octauum de vlceribus coxarum, tibiarum atque pedum, in quo tractatur de cancrenis, & de malo mortuo tibiæ & pedum.

Rubricæ quinti tractatus.

TRACTATVS QVINTVS est de algebra & extensione & restauratione fractorum ossium & dislocatorum. Cuius sunt duæ doctrinæ.
Doctrina prima de restauratione fracturarum.
Doctrina secunda de restauratione dislocationum.
PRIMÆ doctrinæ sunt octo capitula.
Capitulum primum est sermo vniuersalis de restauratione fracturarum.
Capitulum secundum de speciali reductione fracturæ cranei, ossis nasi, mandibulæ, & ossium capitis & faciei.
Capitulum tertium de fractura colli & spondylium dorsi.
Capitulum quartum de fractura furculæ, & ossis spatulæ, & totius omoplatæ.
Capitulum quintum de fractura ossis adiutorij, & brachiorum & totius manus,: vt de brachio, de rasceta, & digitis manus.
Capitulum sextum de fractura costarum & partium pectoris.
Capitulum septimum de fractura ossis anchæ & coxæ. & primo de coxa, deinde de aliis.
Capitulum octauum de fractura genu, & tibiarum totiúsque pedis: & de fractura articulorum pedis.
SECVNDA doctrina de restauratione dislocationũ. Cuius sunt octo capitula.
Capitulum primum est sermo vniuersalis de dislocatione.
Capitulum secundum de dislocatione mandibulæ.
Capitulum tertium de dislocatione colli & spondylium dorsi.
Capitulum quartum de dislocatione humeri, & partium omoplatæ.
Capitulum quintum de dislocatione cubiti.
Capitulum sextum de dislocatione manus & digitorum.
Capitulum septimum de dislocatione genu, & rotulæ pedis, & partium eius, & de rotula, & de pede, & de digitis.
Capitulum octauum de dislocatione coxæ & sciæ.

Rubricæ sexti tractatus.

TRACTATVS SEXTVS de omnibus ægritudinibus quę non sunt propriè apostemata vel vlcera, vel ossium passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgum. Et habet duas doctrinas.

Doctrina prima est de ægritudinibus prædictis, quæ sunt communes toti corpori.

Doctrina secunda est de his quæ appropriantur vni membro.

PRIMA DOCTRINA habet octo capitula.

Capitulum primum de gutta & duritie iuncturarum, siue veniat post guttam, siue post malam consolidationem, & restaurationem.

Capitulum secundum de lepra & iudiciis eius.

Capitulum tertium de morphea, serpigine, scabie, pruritu, syronibus, pediculis, & aliis infectionibus cutis.

Capitulum quartum de extenuatione & ingrossatione corporum, & membrorum particularium.

Capitulum quintum de casu, & offensione, distensione, subuersione: quia de contusione in tractatu de vulneribus est dictum.

Capitulum sextum de combustione aquæ & rei ardentis.

Capitulum septimum de porris, & verrucis, & cornibus.

Capitulum octauum de membris superfluis amputandis, & de corporibus mortuis conseruandis.

SECVNDA DOCTRINA de ægritudinibus, quæ non sunt propriè apostemata, nec vlcera, nec ossium passiones: pro quibus habetur recursus ad chirurgum: quæ sunt propriè vni membro, & habet octo capitula.

Capitulum primum de ægritudinibus capitis: in quo primo agitur de tinea: consequenter de alopecia, & de canicie, pilorum mutatione, & de tinctura, & de lauando caput: & de auferentibus capillos, & prohibentibus nasci eosdem.

Capitulum secundum de dispositionibus faciei, & partium eius in se continens quinque partes.

Pars prima est de decoratione faciei: vt ad decolorandum, vel faciendum colorem bonum, ad maculas, lentigines, & pannum remouendum: ad sanguinem mortuum, & liuorem in facie, & in aliis locis, ad variolas, cum cicatricibus

tritibus ipsarum: de gutta rosea, & pustulis, quæ fiunt in facie.

Secunda pars est de ægritudinibus oculorum, exceptis de ophthalmia, & dolore, & pustulis, & exituris, & sanie retro corneam, de quibus in de apostematibus est dictum: & de vulneribus oculorum & palpebrarum: & de eo quod ingressum est in oculo, & de tarsen in libro vulnerum, & de vlceribus & cancrositatibus, & vesicis ruptis, & de eleuatione vuex: & de fistula in lachrymali, quæ in libro vlcerum: quæ si ponerentur cum istis, esset tractatus completus oculorum: & primò præmittitur in ista parte sermo vniuersalis de ægritudinibus totius oculi: quæ sunt quatuor: videlicet, lachrymæ, eminentia seu ingrossatio totius oculi, & de eius opposita, scilicet, de macilentia, & diminutione, de strabositate. Consequenter dicetur de ægritudinibus partium oculi, incipiendo ab ægritudinibus palpebrarum, quæ vigintiquatuor numerantur, de scabie, & casu, & relaxatione palpebrarum, de abbreuiatione, & reuersatione palpebrarum, de pilis additis infra oculum inuersis, de casu pilorum, albedine & pediculis: de duritiæ, lupia, hordeolo, grandine, sulac: quia de aliis est dictum in locis suis.

De ægritudinibus coniunctiuæ, quæ tredecim numerantur, & primo de vngula, de sebel: quia de aliis dictum est in locis suis: de ægritudinibus corneæ, quæ decem numerantur. Et primò agetur de maculis, postea de catharacta: quia de aliis dictum est in locis suis: & de gutta serena, de ægritudinibus aliarum particularum intrinsecarum oculi, ex quibus prouenit debilitas & nocumentum in visu.

Pars tertia de ægritudinibus aurium: & primò sermo generalis de surditate, de apostemate, de vlcere, de tinnitu aurium, de surditie aurium, de aqua ingressa in aurem, de lapillo, vel nucleo, vel bestiola, & quocunque in aurem ingrediente: de panniculo, de verruca seu carne aurem oppilante.

Pars quarta de ægritudinibus narium in generali: & de oppilatione cachexiali, & de fœtore anhelitus: quia de polyppo, & de fluxu sanguinis in de vlceribus est tractatum.

Pars quinta de ægritudinibus oris, & partium eius. Et primò de ægritudinibus linguæ, vt est inflatio, & magnificatio eiusdem; de ranula & subcarnatione, de spasmo, & filo trahente linguam, de paralisi & balbutie: quia de alcola, & de vlceribus, & apostematibus satis est dictum superius in locis suis. De passionibus dentium: & primò ponitur sermo vniuersalis de dolore dentium: de dente commoto & debilitato; de putredine vermium, de corrosione & perforatione, de limositate, & fœda coloratione dentium. De passionibus gingiuarum, de gargareone, vt de inflatione, & casu vuulæ. De inflatione & magnificatione amygdalarum. De eius medella qui aliquod impediens deglutiuit: quia de carnibus additis, apostematibus, bothoribus, sciſſuris, atque vlcerationibus, & cancrositatibus, dictum est in locis suis.

Capitulum tertium de ægritudinibus colli, vt gibbositate dorsi: quia de squinantia & bocio in de apostematibus dictum est.

Capitulum quartum de ægritudinibus omoplatæ & brachiorum seu manuum, & de inuiscatione digitorum: quia de superfluo digito abscindendo suprà dictum est. De vnguibus & dispositionibus ipsarum: vt est attritio, contussio, sanguis mortuus, & sanies sub vngue, gibbositas, & curuitas, fixuræ, & coloratio fœda.

Capitulum quintum de ægritudinibus pectoris & mamillarum: & de multiplicatione lactis, de magnitudine mamillarum: de paruitate capituli: quia de apostematibus & congelatione lactis in de apostematibus dictum est.

Capitulum sextum de ægritudinibus parientis ventris, vt est eminentia vmbilici seu hernia ventralis: quia de hydropisi superius in de apostematibus est dictum.

Capitulum septimum de ægritudinibus ancharum, & partium procedentium ab eis, vt de ruptura seu hernia intestinali, & zirbali: quia de hernia humorali, aquosa, & ventosa, atque carnosa, in de apostematibus est dictum. De lapide in vesica, & gratia communitatis in renibus, & de arte mingendi. De passionibus virgæ, vt de priapismo, & clausione præputij, circunciſione, castratione, hermophrodita. De passionibus matricis velut est clausio, & eius ampliatio, extractio fœtus & secundinæ, de mola.

mola. De ægritudinibus ani, vt est clausio eius, exitus longaonis, & etiam matricis casus seu exitus: quia de hemorrhoidibus, & ficubus, & fixuris, & vlceribus, superius in suis locis est dictum.

Capitulum octauum de propriis ægritudinibus coxarum & tibiarum & pedum, vt de malo mortuo, & de phlegmate salso, & cancrænis. De doloribus & mulis quæ in calcaneo fiunt: quia de elephantia & varicibus in de apostematibus est dictum. De clauis & porris in prima doctrina istius sexti est dictum. De ægritudinibus vnguium in capitulo manuum dictum est.

Rubricæ septimi tractatus.

TRACTATVS SEPTIMVS qui antidotarium dicitur, duas continens doctrinas.

Doctrina prima est de vniuersalibus antidotis seu auxiliis.

Doctrina secunda erit de particularibus.

PRIMA doctrina octo habet capitula.

Capitulum primum de phlebotomia, ventosis, & sanguisugis.

Capitulum secundum de medicinis digerentibus & purgantibus humores, & de vomitu, clysteriis, & suppositoriis.

Capitulum tertium de cauteriis, & formis earum.

Capitulum quartum de operationibus & artificio operandi antidota localia, quæ in arte competunt chirurgiæ, in quo dicetur de ablutione olei, ceræ, & terebinthinæ, atque butyri, de lauatione & præparatione thuciæ, & omnium metallorum: de combustione cuperosæ & cõsimilium: de præparatione medicinarum compositarum: quomodo fiunt olea, quomodo fiunt vnguenta, quomodo emplastra, quomodo embrochæ, & epithemata: & in genere, quomodo componuntur alia multa.

Capitulum quintum de antidotis localibus apostematum: in quo tractabitur de medicinis repercussiuis, attractiuis, ac etiam resolutiuis, & mollificatiuis, & de maturatiuis, & mundificatiuis, acetiam absterssiuis, & lauatiuis, consequenter de dolorem sedantibus.

Capitulum sextum de antidotis localibus vulnerum & vlcerum: in quo tractabitur de medicinis restringentibus sanguinem, & de medicinis incarnatiuis, & de consolidati-

uis, & de medicinis causticis, & corrosiuis.
Capitulum septimum de medicinis fracturarum & dislocationum, in quo tractabitur de medicinis glutinatiuis, sparadrapis, & ceroneis confortantibus membra, & de medicinis humectantibus & mollificantibus membra per malam restaurationem indurata.
Capitulum octauum de gradibus medicinarum chirurgalium.
SECVNDA doctrina de antidotis particularibus, & appropriatis membris: & habet octo capitula.
Capitulum primum de auxiliis propriis capitis & partium eius.
Capitulum secundum de auxiliis morborum faciei & partium eius, vt est decoratio, & passiones oculorum, narium, aurium, dentium, & gingiuarum.
Capitulum tertium de auxiliis morborum colli.
Capitulum quartum de auxiliis humerorum, & manuum, & dorsi.
Capitulum quintum de auxiliis pectoris.
Capitulum sextum, de auxiliis ventris, vt est hydropisis: & de dolore renum.
Capitulum septimum de auxiliis ancharum, & partium procedentium ab eis, velut est virga, testiculi, dydimi, matrix, & anus.
Capitulum octauum de auxiliis coxarum, & partium inferiorum.

INDEX OMNIVM CAPITVM IN HISCE CHIRVRGIAE A' GVIDONE DE CAVLIACO OPERIBVS CONTENTORVM.

DE anatomia & natura membrorum vniuersaliter. pagina 2
De anatomia cutis, & pinguedinis, carnis, atque musculorum. 6
De anatomia neruorum, ligamentorum & chordarum. 8
De anatomia venarum & arteriarum. pagina 9
De anatomia ossium, cartilaginum, vnguium, & pilorum. pagina 9
De anatomia ollæ capitis, & partium eius. 10
De anatomia faciei, & partium eius. 14
De anatomia colli, & partium dorsi. 18
De anatomia omoplatæ, & brachiorum, seu manuum magnarum. 20
De anatomia pectoris, & partium eius. 24
De anatomia ventris, & partium eius. 27
De anatomia ancharum, & partium eius. 34
De vasis spermaticis. 35
De anatomia tibiarum, seu magnorum pedum. 38
De apostematibus, pustulis, & exituris, à notificatione inciendo vniuersaliter. 41
De phlegmone vero, & apostematibus sanguineis notificatio. pag. 53
De erysipelate, seu herisipela, & apostematibus cholericis. pagina 64
De œdemate, seu vndimia, & apostematibus phlegmaticis. pag. 70
De sephiros, siue scliros, vel scirrho, & apostematibus melancholicis. 84
De his quæ insunt capiti, vt sunt apostemata, & aqua in capitib

pitibus puerorum.pagina 90
De apoſtematibus faciei,& membrorum eius. 92
De apoſtematibus colli & dorſi. 102
De apoſtematibus omoplatæ,& brachiorum. 109
De apoſtematibus pectoris. 112
De apoſtematibus ventris. 119
De apoſtematibus ancharum & partium eius. 125
De apoſtematibus coxarum & tibiarum ſiue pedum magnorum.pag. 129
De vulneribus & ſolutionibus continuitatis vniuerſaliter. pagina 33
De vulnere facto in carne. 159
De vulnere & fluxu ſanguinis venarum & arteriarum. pagina 170
De vulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum. pagina 175
De vulneribus oſsium,& cartilaginum. 182
De vulneribus capitis. 183
De vulneribus faciei & partium eius. 201
De vulneribus colli,& partium eius. 204
De vulneribus omoplatarum & brachiorum. 206
De vulneribus thoracis & partium eius. 207
De vulneribus ventris & partium eius. 213
De vulneribus ancharum,& partium eius. 219
De vulneribus coxarum,tibiarum,& pedum. 219
De vlceribus in vniuerſali. 220
De vlceribus propriis ſanioſis,& primo de vlcere virulento & corroſiuo. 231
De vlcere ſordido & putrido. 233
De vlcere profundo & cauernoſo. 234
De fiſtula,&c. 237
De cancro vlcerato. 243
De vlceribus capitis,vt eſt talparia & teſtudinaria. 245
De vlceribus faciei. 245
De vlceribus,quæ ſunt in collo,& per conſequens de his,quæ in dorſo. 258
De vlceribus,quæ ſunt in omoplata & brachiis. 258
De vlceribus,quæ ſunt in pectore. 258
De vlceribus ventris. 259
De vlceribus ancharum,& partium eius. 259

De vlceribus coxarum,tibiarum,& pedum. 270
De reſtauratione fracturarum vniuerſaliter. 271
De ſpeciali reductione fracturæ cranei, oſsis naſi, mandibulæ,oſsium capitis & faciei. 279
De fractura colli,& ſpondylium dorſi. 279
De fractura furculæ & oſsis ſpatulæ, ſeu omoplatæ. pagina 280
De fractura oſsis adiutorij, & brachij, & totius manus. pagina 281
De fractura coſtarum & partium eius. 282
De fractura oſsis anchæ & coxæ. 283
De fractura genu,& tibiarum,totiúſque pedis. 284
De diſlocatione in vniuerſali. 285
De diſlocatione mandibulæ. 288
De diſlocatione colli,& ſpondylium dorſi. 289
De diſlocatione humeri,& partium omoplatæ. 289
De diſlocatione cubiti. 291
De diſlocatione raſcetæ manus è digitorum. 292
De diſlocatione ſciæ,aut coxæ. 293
De diſlocatione genu, & rotulæ, pedis & partium eius. 294
De gutta & dolore ac duritie iuncturarum. 256
De lepra. 307
De morphea,ſerpigine,ſcabie,pruritu,ſyronibus,pediculis, & aliis infectionibus cutis. 317
De extenuatione, & ingroſſatione corporum, & membrorum.pag. 325
De caſu,offenſione,& diſtenſione,& ſubmerſione. 329
De combuſtione aquæ,vel rei ardentis. 332
De porris,& verucis,atque cornubus. 332
De membris ſuperfluis amputandis, & de corporibus mortuis ſeruandis. 335
De ægritudinibus capitis. 339
De vniuerſali faciei decoratione. 351
De ægritudinibus oculorum, quæ ſuperius non ſunt tractatæ.pag. 356
De ægritudinibus aurium. 385
De ægritudinibus narium. 389
De ægritudinibus oris & partium eius. 392
De ægritudinibus colli,& gibboſitate dorſi. 406
De ægritudinibus omoplatæ,& brachiorum. 408

De ægritudinibus pectoris & mamillarum. 409
De ægritudinibus parientis ventris. 410
De ægritudinibus ancharum, & partium procedentium ab eis.pag. 411
De propriis ægritudinibus coxarum, & pedum. 438
De phlebotomia, ventosis, & sanguisugis, &c. 439
De medicinis purgantibus humores. 454
De cauteriis, & formis eorum. 466
De operationibns & artificio præparandi antidota, quæ in arte competunt chirurgiæ. 474
De antidotis localibus apostematum, & primò de medicinis repercussiuis, & modo repercutiendi. 480
De antidotis localibus vulnerum, & primò de medicinis constringentibus sanguinem. 494
De medicinis fracturarum & dislocationũ, & primò de prohibentibus apostemationem. 506
De gradibus medicinarum. 509
De auxiliis propriis capitis & partium eius. 512
De auxiliis morborum faciei, & partium eius. 524
De auxiliis morborum colli. 526
De auxiliis humerorum, & dorsi. 526
De auxiliis pectoris. 526
De auxiliis ventris. 527
De auxiliis verendorum, & partium eius. 527
De auxiliis coxarum. 529
De auxiliis vulnerum simplicium, inquantum sunt simplicia.pag. 531
De auxiliis vulnerum compositorum. 533
De auxiliis consolidatiuis, & sigillatiuis, quæ sunt xvj. formarum. 535
De auxiliis ad vulnera, & vlcera saniosa. 538
De auxiliis vulnerum & vlcerum cum virulentia. 538
De auxiliis vulnerum cum sorditie. 539
De auxiliis vlcerum cum fistula. 542
De vlceribus compositis cum cancro. 542
De vulneribus & vlceribus compositis cum contusione. pagina 543
De vulneribus & vlceribus compositis cum apostemate, & dolore. 544
De auxiliis vulnerum compositorum cum veneno. 545

De vulneribus & vlceribus compositis cum punctura & dolore neruorum. 545
De auxiliis vulnerum & vlcerum cum carne superflua. 546
De auxiliis fracturarum & dislocationum. 547
De auxiliis capitis. 548
De auxiliis morborum faciei. 550
De auxiliis oculorum. 550
De auxiliis aurium. 551
De auxiliis narium. ibidem.
De auxiliis dentium. 552
De auxiliis colli. 552
De auxiliis humerorum. 552
De auxiliis pectoris. 553
De auxiliis ventris. 553
De auxiliis verendorum. 554

TVRAE DE CASTELLO, DE BALNEIS PORRECTANIS.

QVas infirmitates curat aqua & balneum de Porrecta.pagina 555
In quo loco aqua & Balneum de Porrecta est positum. 556
Quo ordine aqua & balneũ de Porrecta est vtenda. 556
De hora & modo comestionis tempore assumptionis aquæ de Porrecta. 557
De obseruatione & diæta facienda post assumptionem aquæ de Porrecta. 559

GVIDONIS DE CAVLIACO CHIRVRGIA.

Tractatus primus de anatomia continens duas doctrinas.

Doctrina prima est de anatomia membrorum communium vniuersalium, & simplicium.
Doctrina secunda est de anatomia membrorũ propriorum, particularium, & compositorum.

Prima doctrina habet quinque capitula.

De anatomia & natura membrorum vniuersaliter. *Cap. I.*

QVONIAM secundum Gal. medicorum lucernam, in libro nono de vtilitatibus particularum, capitul. penul. quatuor sunt commoditates scientiæ anatomiæ. Vna vtiq; & maxime ad Dei potentiæ demonstrationem, Secunda ad particularum patientium dignotionem, Tertia ad futurarum dispositionum corporis prognosticationem, Sed quarta ad ægritudinum curationem, pro tãto necessarium est & vtile cuicunq; medico præscire ipsam anatomiam. Et hoc est quod ipse G. dicebat in principio libri de intentionibus seu de locis affectis. Non solùm iuuenes, sed etiam antiqui studebant cognoscere particulas & passiones ipsarum: quia curam oportet diuersificare secundum differentias ipsarum. Et licet ea quæ incidunt sensibus, apertè cognoscantur: quęcunq; tamẽ in profundo occultata sunt, viro indigent exercitato in anatomia & actibus & vtilitatibus ipsarum: & ab illo loco sumitur principium totius curationis. In primo inquit libro membrorum dolentium, est inuẽtum quod medicus debet esse sagax in notitia membrorum dolẽtium in quolibet loco. Et si hoc est vtile physicis, multo magis, imò necessariissimum est chirurgis iuxta doctrinam ipsiusmet

in.6. therap. qui in arabica translatione de ingenio sanit. nuncupatur. Chirurgi ignorantes anatomiam, peccant multoties in incisionibus neruorum & colligationum. Sed tu naturam vniuscuiusque particularum scies. Adhuc autem positiones & plasmationes, quam habent in toto corpore: & secundum vnumquodq; membrorum, quando contingit in eo fieri plagam, aperte cognosces si neruus est incisus vel non, seu colligatio. Quod Henri. de Hermondauilla in primo libro chirurgiæ suę per rationem sic deducit. Omnis artifex tenetur scire subiectum in quo operatur: aliter operando errat. sed chirurgus est artifex sanitatis corporis humani: ergo tenetur scire naturam & compositionem ipsius, & per consequens anatomiam. Confirmatur per simile: quia eodem modo operatur cæcus in ligno, & chirurgus in corpore, quando anatomiam ignorat: sed cæcus scindens lignum, sæpissime: imò quasi semper errat, accipiēdo de ipso plus quàm debeat vel minus. ergo similiter chirurgus, quando anatomiam ignorat. Ad instar enim sunt tales malorum coquorum de quibus dixit G. in secundo therap. qui nō secundum articulos incidunt: sed terunt, quassant, & diuellunt. Sequitur ergo quòd necessarium est medicis præcipue chirurgis scire anatomiam. Et quamuis esset eis necessarium scire cum anatomia actus & vtilitates mēbrorum, quæ sunt tres radices & elemēta totius medicationis: vt in primo interiorum conuenienter deducitur: parcendo longitudini, & confidendo quòd de ipsis cōplete tractauerit G. in decē & septem tractatibus de vtilita. particularū: quia tractatus alios 15. quos ipse fecit, & de curatione & anatomia: vt Haly. in fi. techni. 1. artis paruæ testificatus est, adhuc translatos nō habemus. Et Haly. prima parte lib. de dispositione regali, sermone. 2. &. 3. & Auic. in suo cañ. lib. 1. non tamen ponitur hic nisi grossa & materialis anatomia, quæ dirigere possit chirurgum, operantem in incisionibus & reductionibus membrorum. Est autem anatomia recta diuisio & determinatio membrorū corporis cuiuscunque, præcipue corporis humani: quia de illo est intētio tota istius artis. Et dicitur ab ana quod est rectū, & tomos quod est diuisio, quasi recta diuisio. Anatomia inquiritur dupliciter, vno modo per librorū doctrinam, qui modus licet sit vtilis, non est tamen sufficiens ad enarrādum ea quæ solum sensibus cognoscuntur. primo

de vti

de vtilitate ca.8. Et hoc est quod Auer.dicebat,primo colliget. Et nos non abbreuiauimus loqui de anatomia nisi propter hoc,q̃ imaginatiua est breuior in istis,& parua comparatione earum rerum quæ existunt in ipsa. Alio modo per corporum mortuorum experientiam. Experimur autem in corporibus nouiter mortuis per decollationem vel suspensionem,anatomiã ad minus membrorum officialium interiorum;carnis musculorum,& cutis, & multarum venarum atque neruorum,præcipue quantũ ad originem secũdum q̃ tractat Mundinus Bonoñ.qui super hoc scripsit,& ipsam fecit multoties:& magister meus Bertucius per hunc modum, situatuo corpore mortuo in banco faciebat de ipso quatuor lectiones. In prima tractabantur membra nutritiua:quia citius putribilia. In secunda mẽbra spiritualia.In tertia membra animata. In quarta extremitates tractabantur. Et secundum cõcordationem sectarum in quolibet membro videnda erant. 9. s.compositio, substantia, complexio, quantitas,numerus figura, colligantia, actus,atque vtilitates,& quæ sunt ægritudines quæ in ipso possunt contingere:quibus per anatomiam in dignoscendo, prognosticando, ac etiam curando,medicus possit auxiliari. Experimur etiam in corporibus deficcatis ad solem, aut consumptis in terra, aut eliquatis in aqua currente aut bulliente, anatomiam saltem ossium, cartilaginum, iuncturarum, neruorum grossorum, tenantum, & colligationum. Et per istos modos in corporibus hominũ,asinorũ,& porcorum,atque aliorum multorùm animalium ad notitiam peruenitur anatomiæ: & per alias picturas: sicut fecit Henricus prædictus, qui cũ 13.picturis visus est anatomiam demonstrare. Quod autem sit corpus humanum, quia de illo fit sermo in tota medicina, patet quod est vnum totum ratione decoratum ex multis & diuersis membris seu particulis compositum. Membrum autem seu particulasecundum Galen. in primo de vtilitate particu.est quoddam corpus,quod omnino non est separatum,nec alteri coniunctũ:Et dicitur ibidem q̃ quędam sunt maiores,quædam minores,& hæ quidem in aliam speciem diuisibiles. Et hoc est quod Auic. per alia verba dixit in suo canoñ.lib.primo,q̃ membra sunt corpora quæ ex prima generantur humorũ commistione. Et sequitur q̃ mẽbrorum quędam sunt simplicia, quædam cõposita, loquendo de

simplici & composito, vt medicus considerat large. Simplicia vero sunt consimilia, quæ non sunt in aliam speciem diuisibilia, imò quamcunque partem sensibilem recipis, erit communicans toti nomine & ratione, & sunt. 10. videlicet cartilago, os, nerui, venæ, arterię, panniculi, ligamenta, chordę, cutis, atque caro: & cum eis numerantur pinguedo, & pili, & vngues: quæ licet non sint membra sed superfluitates, habent tamen vtilitatem quandam & generationem vt membra, sicut in secundo techni innuebatur. Et istorum quædam sunt sanguinea, quibus est vera regeneratio & consolidatio, quia à sanguine generantur, vt sunt caro & pinguedo: quædam autem sunt spermatica, quia à sperma te habent ortum, quibus non est regeneratio nec consolidatio vera, vt sunt ossa & omnia alia membra à prædictis. Et propterea membrorum simplicium quædam sunt calida & humida, quædam frigida & humida, quædam frigida & sicca. Calida autem & sicca non dicuntur aliqua membra, quia vltra naturam cutis ad quam comparantur omnia, non inuenitur aliquod membrum simplex calidius & siccius ipsa. Cutis enim est media non solũ humanarum particularum, sed etiam totius substantiæ generatorũ & corruptorum secundum G. secundo de cõplexionibus, capitulo vltimo. Calida & humida membra dicuntur sanguis saltim materialiter. Spiritus & caro & humiditates naturales incedunt ista via, vt dicit Auer. ij. sui Colliget. Frigida & humida sunt phlegma, adeps seu pinguedo atq; medulla. Sed frigida & sicca sunt secundum suos gradus reliqua omnia, vt os, cartilago, pili, chorde, ligamenta, nerui, venę, atque panniculi, & hoc est pelagus in quo non licet medicum nauigare. Cõueniens autem est medico recipere complexiones ipsorum membrorum à philosopho naturali. Composita membra sunt quę à prædictis simplicibus seu consimilibus componũtur, & ideo hererogenea sunt, & diuidi possunt in alias species, quia in membris consimilibus, & quælibet pars ipsorum non seruat rationem totius: vocantur autem organica & instrumentalia, quia sunt animę instrumenta: vt manus, facies, cor, & hepar. Propter quod Gal. in. 2. de vtilitate particularum. capitulo finali. Natura idoneas ad animæ mores & virtutes corporis vniuersas construit particulas. Et istorum quædam sunt principalia, quædam non principalia. Principalia

sunt

sunt cor,& hepar, cerebrum, & testiculi. Non principalia sunt omnia alia,& istorum quædam sunt minora vt oculus, nasus, manus: quædam maiora,vt caput,facies,collum omo plata,& cætera octo quibus quantum est de præsenti totum corpus diuiditur gratia chirurgicalis doctrinæ. Et licet prę dicta membra organica sint ex pluribus composita gratia actionis & passionis ipsorum cum debita qualitate & quantitate & vniuersa plasmatione, vna tamen simplex & consimilis inter ipsas est principium totius actus, reliquæ vero sunt gratia vtilitatis. Quædam quidem,vt melius actus fiat. Aliæ vero sine quibus non erat possibile eum fieri. Aliæ autem pro custodia omnium creatæ sunt, prout hæc deducuntur in manibus,in primo & secundo de vtilitate particularum, & per consequens in sequentibus libris in omnibus aliis membris: ita ꝙ tu intelligas,vt dicit in quarto secundum Aristo. nullum corpus esse ociosum nec frustra: sed esse factum secundum necessitatem cum conuenienti complexione, & compositione, & diuersas quasdam à creatore largitas virtutes: quæ quidem sortiuntur in cõpositis membris ex simplicibus,sicut in simplicibus ex elementis. Cor enim quod est primum membrum organicum ex ligamentis & panniculis & ex carne dura lacertosa,ex quibus compositum est,dicitur esse siccum ex multitudine spirituũ existentium in eo: quia est sicut clibanum igneum totius corporis, dicitur esse calidum. Argum. enim medici cor esse calidum & siccum: physici tamen, quia est principium vitæ, id forte dicunt esse temperatum, aut ad calidum & humidum esse decliue. Sed id quod videtur de hepate ex sui essentia est ꝙ sit calidum & humidum, quia maior pars suarum partium est carnosa sanguinea,& cum hoc ad ipsum mittuntur multæ arteriæ. Et cerebrum est frigidum & humidum, licet habeat substantiã medullosam: distinguitur tamen à medulla,quia medulla est ab humoribus, cerebrum à sperma-te: & dicitur calidum secundum naturam in secũdo de partibus animaliũ. Sed splen & renes ipsi etiam sunt de membris calidis & humidis,quãuis renes sint sub splene in gradu, propter grositiem sanguinis, qui stat in splene, sicut splen est in hoc gradu satis inferior hepate. Et caro pulmonis ponitur minus humida pinguedine, quia nõ effunditur cum calefit secundũ Gal. vbi supra. Calida etiam dicitur esse,

quia nutritur subtiliori sanguine sibi à corde transmisso, vt ipse idem Gal. dicebat. 4. de vtilitate, & ita per consequens est syllogizandum de complexionibus aliorum membrorum compositorum. ꝙ est talis complexionis qualis resultat ex aduenientibus & componentibus ipsa.

De anatomia cutis & pinguedinis carnis atque musculorum. Cap. II.

INcipiendum est à cuti, quia illa primo occurrit in faciẽdo anatomiam. Est autem cutis cooperimentum corporis & ex filis neruorum, venarum, & arteriarum contextum ad defensionem & largitionem sensus creatum. Cuius duæ sunt species. quædam cooperit membra extrinseca, & illa proprie dicitur cutis: & istius. 2. de vtilitate capitulo. 5. notantur quinque differentiæ. Alia cooperit intrinseca membra, & illa proprie panniculus dicitur, vt cellæ cerebri & pericrancum cooperiens craneum, & reliqua corporis ossa, pleura, sifac, præcordium cordis, & omnium aliorum viscerum panniculi. Pinguedo sequitur posti & est vt oleum calefaciens & humectans membra. Cuius duæ species: quædam extrinseca iuxta cutim quæ proprie adeps nuncupatur: quædam intrinseca iuxta ventrem & renes que axungia proprie dicitur. Consequenter occurrit caro: cuius sunt tres species, scilicet caro simplex & pura quæ pauca est, & solum reperitur in capite virgæ & inter dentes. Alia est caro glandulosa seu nodosa: sicut caro testiculorum & mamillarum atq; emunctoriorum. Sed tertia caro est musculosa seu lacertosa, & talis est multa, & reperitur per totum corpus vbicũque est motus liquidus & electiuus. Musculus autem est organum motus liquidi & electi in de vtilitate particularium, & in de motibus liquidis & manifestis per totum. Et licet musculi quãtum ad sensum sint membra simplicia, sunt tamen secundum veritatem composita ex neruis & ligamentis ac eorum villis, carne implẽte & panniculo cooperiente: & ita vult Auicen. in primo lib. canoñ. sui. Musculus & lacertus idem sunt: sed dicitur musculus ad formam muris, & lacertus ad formã lacerti. Sunt enim ista animalia ab vtraq; parte ita gracilia & lõga saltim versus caudã. in medio enim grossa: & musculi siue lacerti. Nõ obstãte Hẽrico qui videtur inter ipsos differentiã assignare. Vnde notãdũ iuxta intẽtionẽ

Gallen

Galeni per totum de vtilitate particu. quod postquam musculus cõpositus est: vt dictum est, ab ipso descendunt chordæ & ligamenta rotunda: & dum veniunt prope iuncturas, dilatantur, & ligant in circuitu iuncturam vna cum panno cooperiente ossa, & mouent eam: & quando exiuerunt iuncturam, iterum rotundantur, & reducuntur in chordam: & cum carne faciunt alium musculum, & ab illo iterum exit chorda & ligamentum, & dilatantur, & ligant in circuitu iuncturam sequentem, & mouent eam: & ita non cessat vsque ad extremas particulas: & secundum hoc semper musculus antecedit iuncturam sequentem, & mouet eam, & membrum quod mouet: & hoc declaratur in brachiis. Nerui qui à nucha colli delegantur ad brachia, accipiunt formam musculi in collo & pectore. Deinde veniẽdo ad iunctu ram spatulæ proiicitur chorda, & dilatatur, & comprehendit totam iuncturam, & implantatur in osse adiutorij, & mouet ipsum: & quando exit de iunctura humeri ad duos vel tres digitos, rotũdatur, & reducitur in chordam: & cum carne & ligamẽto quod exit à capite ossis spatulæ, facit musculos supra medium adiutorij, de quibus exit chorda, quæ ad tres digitos de cubito ampliatur, & comprehẽdit totum cubitum, & mouet brachium paruum. Et post alios tres digitos rotundatur, & reducitur in chordam: quæ ingreditur cum ligamento quod exit à cubito, & cum carne facit musculos supra medium brachij dicti, de quo exit chorda quæ ad tres digitos de iunctura manus paruæ ampliatur, & apprehendit totam iuncturam manus dictæ, & post retundatur, & ingreditur musculus in medio manus de quo chordæ mouentes digitos exeunt. Ex quibus apparet quod vulnera quæ sunt ad tres digitos prope iuncturas, sunt periculosa: quia chordæ neruosæ ibi sunt denudatæ à carne, & apparentes: quorum punctura spasmi est generatiua, & per consequens mortis inductiua secundum Gal. in tertio techni, & quarto therapeu. Lacerti siue musculi autoritate Halyab. parte prima, sermone tertio, de regali dispositione differunt quinque rebus, quantitate, figura, positione, compositione, atque chordarum origine. Vnde Gal. in sexto de vtili. quatuor sunt positiones musculorum, recta, trasuersa, & duæ obliquæ. sunt enim omnes musculi 531. secundum Auicen. libro primo de anotomia musculorum.

De anatomia neruorum, ligamentorum, & chordarum. *Cap. III.*

QVia musculi ex neruis, ligamentis, & carne componuntur, post anatomiam carnis musculosæ de ipsis est dicendum. Neruus est membrum simplex ad tribuendum cęteris partibus sensum & motum creatum. Et propter hoc Gal. in quarto de vtilitate, capitulo finali, dicebat tres sunt intentiones naturæ distributionis neruorum: Vna quidem gratia sensus in sensitiuis organis: Alia vero motus in motiuis: Alia vero in omnibus aliis ad dignotionem tristantium. Et bene dicit sensitiuis, quia ad cartilagines neque ad multas carnes glandulosas non implantantur nerui. Ad dentes vero implãtari videntur, vt dicebat in sexto libri allegati. Nerui enim omnes à cerebro per se vel per nuchã ipsius vicariã oriuntur vel manifestantur: & in hoc conuenit communis schola philosophorum & medicorũ, vnde nerui qui oriũtur à parte anteriori cerebri tales sunt vt pars illa, molliores & ad dandum sensum promptiores. Quidam vero à posteriori parte à nucha, quæ descendit ab eo, & tales sunt duriores & ad motum manifestiores. Vtrum autem sensus & motus ferantur per vnum neruum aut per diuersos, Gal. videtur tenere in primo de interioribus, & quarto de morbo, quod aliquoties per vnum, aliquoties per diuersos. Et hoc idem tenet schola nostra Montis pessulani. difficilis est materia. Et difficilius est inuestigare vtrum prædicta deferantur substantialiter aut radicaliter: quare melius est eam obdormire. Quicquid sit, septem sunt paria neruorum quæ immediate oriuntur à cerebro, & 30. quæ per medium nuchæ & vnum sine comite, qui oritur per finem ossarij: vt ponit Halyab. sermone secundo partis primæ libri regalis dispositionis. Ligamẽta sunt de neruorum natura, ab ossibus tamen oriuntur: quorum sunt duo modi, quædam ligãt ossa ab intra, quædam ab extra ligant totam iuncturam. ita dicebat Gal. 12. de vtili. cap. primo. Ossium articulatio in circuitu comprehenditur ligamẽtis fortibus & remissiuis. Chordæ seu tenantes quod idem est, sunt etiam de natura neruorum & magis. nam sicut ligamenta sunt media inter neruos & ossa. ita & ista inter ligamẽta & neruos. à musculis oriuntur, & à neruis suscipiunt sensus & motus quibus mouentur

memb

membra. Et, vt dictum est, licet sint rotunda dum exeunt à musculis, ampliantur dum veniunt ad articulos. situantur enim in circuitu membri, ita quod intrinseci trahunt membrum. extrinseci vero ipsum extendunt. Est tamen quod quando vnus trahit quod alter relaxatur. & ideo per incisionem extrinsecam perditur flexio, per intrinsecam extensio: ita ponit Gal. in primo & 12. de vtilitate particularum.

De anatomia venarum & arteriarum. Cap. IIII.

LIcet venæ & arteriæ secundum intentionem Galeni in sexto decimo de vtilitate particularum, differant quantum ad principia: quia venæ oriuntur ab hepate, arteriæ à corde: & in aliquibus locis separatur vena ab arteria: vt in manifesto brachiorum & in rete mirabili: arteria tamen nulla reperitur sine vena: quasi in residuo corporis communionem habent, & distributionem similem: & propter hoc de ipsis sufficit chirurgo insimul facere sermonem: & ita fecit Gal. in loco præallegato. Quid autem est vena: quia locus sanguinis nutrimentalis, Quid autem arteria: quia locus sanguinis spiritualis, notum est apud omnes. Ista autem vasa postquam orta sunt à suis principiis, bifurcantur, & vna pars tendit superius, & alia inferius: & quælibet pars ramificatur, & ramificãdo deducitur ad extrema corporis ad nutriendum & viuificandum membra vniuersa. Particulares venæ quæ sui magnitudine hæmorosagiæ seu hæmorrhagiæ periculum inferunt: dicentur in anatomia magnorum membrorum.

De anatomia ossium, cartilaginum, vnguium, & pilorum. Cap. V.

VLtimo anatomatizantur ossa, quia illa sunt in profundo corporis, vnde ossa sunt particulæ duriores totius corporis: & sunt fundamentum & substẽtaculum omnium aliarum particularum. Est tamen quod cum hoc aliqua sunt ad custodiam & tutelam particularum interiorum: vt craneum, pectus, atque dorsum. Sunt enim ossa in corpore nostro postquam fuerint bene computata secundum Auicennam, primo canonis sui. ccxlviij. præter sisamiam, & os laudæ in quo fundatur lingua. Ossa corporis recipiunt diuersitates penes numerum, & formam materiæ: Quædam ratione sui: Alia ratione iuncturarum in se habent diuersita-

tem: Quia quædam sunt medullosa: quædam non habent ipsam. item quædam sunt recta: quædam tortuosa: quædam etiam sunt magna: quædam parua. Omnia enim ossa grossiora sunt apud iuncturam quàm circa medium. Ratione iuncturarum habent diuersitates, quia quædam habēt additiones intrantes: quædam vacuitates recipientes: quædam vtrunque: quędam neutrum. Quę autem habent additiones & vacuitates dictas: quædam clauales, vt dentes: quædam serratiles, vt craneum: quædam nodosas in vtroque capite, vt vlna & coxa: quædam foueales, vt focilia, quędam vtrunque, vt digiti. Quæ vero carent vtroque, iunguntur solidatiuæ, & talia habentia tales rotunditates & foueas, proprie faciunt iuncturam: quibus accidit dislocatio: aliis vero separatio.

Cartilago quasi est de natura ossis: est tamen ipso mollior: & est facta ad defectum ossis supplendum, vt in palpebris, naribus, & auribus, & vt melior fiat cōiunctio ossium cum vicinantibus, vt in thorace, & in anchis, & in extremitatibus ipsorum, ne in motu cassarentur.

Vngues sunt factæ in extremitatibus membrorum ad melius capiendum.

Pili vero sunt facti ad decorandum, & purgandum.

Doctrina secunda. De anatomia membrorum compositorum & propriorum.

De anatomia ollæ capitis & partium eius. *Cap. I.*

EXPEDITA anatomia mēbrorum simplicium, & toti corpori communium, veniēdum est ad anatomiam membrorum compositorum & singularium. Et licet sicut dictum est, quædam sint maiora quædam minora: nihilominus anatomia ipsorum tractabitur in octo capitulis secundum diuisionem particularum maiorum, quia talis diuisio sensibilis est magis manifesta: & cum hoc modus medicandi variatur secundum ipsam. Incipietur tamen hic à capite præcipue à cerebro, & ab olla continente ipsum, propter hoc, quia ipsum, locus & habitatio rationalis animæ existit: vt ipsemet Gal. dixit in de vtilitate parti. libro. 9. capitulo quarto. & primo de custodia

ſtodia ſanitatis.cap. 9. Idem habetur tertio interiorum, & in commento tertio regiminis acutorum.

Circa ollam capitis & partes ipſius inquirenda ſunt illa nouem quæ dicta ſunt ſuperius per commen. Alexandrinum in libro ſectarum, quæ requiruntur in quolibet membro, ſcilicet iuuamentū, poſitio, colligantia, quātitas, figura, ſubſtantia, cōplexio, numerus partium, & ægritudines. Olla capitis ſecundum philoſophum dicitur pars capillata in qua membra animata continentur, & in hoc apparet eius iuuamentum. Eius enim poſitio & ſitus eſt in altiori loco totius corporis: vtrum propter oculos aut propter quid chirurgus non habet conſiderare. Colligātia eſt manifeſta, quia cum facie & collo. ab ipſo enim producuntur omnes particulæ, & muſculi mouētes caput, in collo implātantur. vnde Halyab. in tertio ſermone, particu. primæ. lacerti caput mouentes ſunt duplices. altera eorum ſpecies proprie caput mouet ſine aliis: & originē habēt poſt auriculas: quouſque perueniūt ad furculas. ſecunda autē cōmunis eſt ipſis capiti & collo, de quibus dicetur in collo. Quātitas ipſius ollæ eſt maioris capacitatis, cum cerebrū in homine ſit maius cæteris animalibus quātitatis æqualis. Forma eius eſt rotunda ad modum ſphęrę ex vtraque parte leniter cōpreſſę: & ſecundū hoc gibboſa oportet fieri: quia ſecūdum poſteriora & anteriora, in ſecundo techni. Et cauſam iſtius figurę dicebat Gal. 8. de vtili. particularum. cap. penult. omnium figurarum, inquit, vix paſsibilis: ac etiā & maxima & capaciſsima omnium æqualem habentium perimetrum eſt rotunda. Subſtantia etiam eius apparebit eſſe oſſuoſa & pannicularis ac medullaris. Et cōplexio frigida, per numerum partium ipſius. Partes autem ollæ capitis ſecundum Auicen. in ſuo can. libro tertio cap. primo. ſunt. 10. aut. 11. videlicet continentes, & totidem contentæ. Primo ab extra ſunt capilli, poſt cutis, deinde caro muſculoſa, deinde pāniculus groſſus, poſt vero craneum. ſubſequenter ab intra, primo ſunt dura mater, & pia mater, deinde ſubſtātia cerebri, poſt vero de ſubtus cerebrum iterum pia mater, & dura mater, vltimo rete mirabile, deinde os quod eſt cerebri baſis, & explantationes neruorum orientium ab eodem: de quibus per ordinē eſt dicēdum. De pilis, cute, & carne muſculoſa ſatis eſt ſuperius dictum. De groſſo panniculo, quem Gale. vocat pericraneum, qui cooperit

totum

totum craneum, est sciendum quòd est neruosus, & oritur à dura matre, & ligatur ab ea cum ligamentis, neruis, venis intrantibus & exeuntibus per commissuras cranei. Consequenter inuenitur os quod craneum nuncupatur, & non ex vno osse continuo, sed ex septem contiguis, ordinatum ad hoc, quòd si acciderit læsio in vno, non transeat ad aliud. Et coniunguntur cum commissuris serratilibus vt vapores ab ipso cerebro valeant expirare. Primum ossium ollæ capitis est à parte anteriori, & est coronale dictũ: quòd durat à medio orbitarum vsque ad commissuram transuersantem craneum: & sunt in eo foramina oculorũ, & collatoria narium partita per quãdam additionem ossualem ad modum cristæ gallinæ, à qua implantatur cartilago diuidens nares. Est tamen sciendum quod coronale aliquoties inuenitur diuisum cum commissura in medio frontis transuersaliter: quòd vt plurimum in mulieribus reperitur. Secundum os est à parte posteriori, dictum occipitiale, & concluditur per quandam commissuram descendentem transuersaliter ad modum literæ dictæ laudæ cifræ de .7. & est durum, perforatum inferius, per vnde descendit nucha à cerebro per medium spondylium vsq; ad finem. Tertium & quartũ sunt in medio lateraliter dicti parietales, & diuiduntur per quandam commissuram secundum longitudinem ollæ: & per duas cõmissuras dictas vsq; ad ossa aurium, & sunt quadrata. Quintum & sextum sunt ossa dicta petrosa, quia dura: & dicta etiam mendosa, quia squamosæ coniunguntur cum parietibus dictis: in quibus sunt foramina aurium, & additiones mamillares emunctoriorum: & producuntur secundum longitudinem parietalium dictarum à commissura laudæ vsq; ad medium ossium temporum. Septimum os est basillare seu baxillare: quòd velut cuneus, est firmãs & sustinens omnia dicta ossa supra palatum: & in eo sunt foramina & spongiositates multæ ad expurgandum superfluitates grossas: & cum hoc durissimam habet substantiam. Sunt ergo septem ossa ollæ capitis: & ita inueniuntur in capitibus mortuorum coctis & diuisis cum aqua bulliente. Etiã numerat ea Gal. 11. de vtilitate, cap. 20. vltra duo ossa nouit bregmatis quę continentur vndiq; à duobus ossibus duris & densis & osse posterius & anterius, in quo applicantur ossa temporis. Septimum est illud quod secundum palatum basillare, quod quidam

Vide tamen Gal. loco præallegato libri 11. in princ.

dam superioris genæ, quidam verò capitis æstimant, interiacens ambobus ad instar cunei. Ex quibus apparet quod Gulielmus & Lanfrancus,& etiam Henricus male viderunt anatomiam; quia dicunt os basillare esse sub osse laudæ : & esse vnum de osibus colli. Et dicunt etiam ossa petrosa esse addita supra ossa parietalia, & non tãgentia cerebrum neq; esse de principalibus;cuius oppositũ est. Sequitur ergo quod septem sunt ossa principalia continentia cerebrum: sunt tamen aliqua parua ossa non principalia propter aliqua iuuamenta : vt os cristæ diuidens collatoria narium infra coronale:& ossa paria quæ sunt faciei & non ollæ: & quædã sunt ossa arcualia:& quædam claualia sub osse aurium in quibus implantantur & firmantur musculi seu chordæ mandibulam aperientes : & ita numerat Halyab. sermone secundo parti.primæ libri regalis dispositionis. cap. de osium capitis assignatione : & propter hoc dicebat. omnia igitur quæ in craneo sunt ossa sunt 15. Auicen.verò qui non posuit nisi quinque , intellexit de habentibus veras cõmissuras serratiles : quas tres posuit ; cùm autem essent alia duo,vnum in quolibet latere , habentia commissuras squamosas & mendosas , non negauit : imò in fine capituli de osibus parum intellexit. & hæc sufficiant de anatomia cranei : & per consequens particularum, quinque extrinsecus continentium.

Partes autem intrinsecas contentas non poteris demonstrare ad oculum , nisi diuidatur craneum cum aliqua serra secundum rotũditatem:& tunc eleuata parte superiori : primum quod occurrit est dura mater,& pia mater,& sunt duo pãniculi venosi, vnus à parte cranei,& alter à parte cerebri, inuoluentes & cooperientes totã substantiam ipsius.A dura matre oritur per commissuras pericraneum, à pia matre infunditur in cerebro nutrimentũ , & veniunt eis venæ & arteriæ ad intra per foramina osium inferiorum, & ab extra per commissuras osium superiorum. Deinde sequitur sub ipsis substantia cerebri,& est mollis & alba,figuræ rotundæ secluſis additionibus quæ sunt in ipso,& additionibus ipsis secundum longitudinẽ,à medio ad anterius geminantur & duplantur sensitiua & alia organa multa:vt si aliquod ipsorum patiatur,reliquum famuletur.8.de vtilitate.Cerebrum secũdum longitudinẽ habet tres ventriculos, & vnusquisq; venter habet duas partes : & in qualibet parte organicatur

vna

vna virtus. In prima parte ventriculi anterioris assignatur sensus cõmunis. in secunda imaginatiua. in medio ventriculo situatur cogitatiua & rationalis. in posteriori verò seruatiua & memoratiua. Et quod inter istos ventriculos anterior est maior: medius minor: posterior mediocris: & de vno ad alium sunt meatus per quos transeunt spiritus: & in anteriori sunt additiones mamillares, in quibus fundatur sensus odoratus: & ab ipso in maiori parte oriuntur duo paria neruorum, qui producũtur ad oculos, & ad aures, ad linguam, & ad stomachum, & ad cætera membra (vt dicetur) & organa, & foramina per vnde transeũt, & quomodo non nudi, sed inuoluti panniculis incedunt, potestis videre. Circa medium ventriculum nota locum vocatum lacuna, & vermiformis, & anchaformis, & carnes glandulosas replentes. & sub panniculis rete mirabile situatur arteriis solis à corde venientibus contextum, in quibus fit per ebullitionẽ de spiritu vitali animalis. Vltimò inspicies: quomodo nucha vel dorsalis medulla à parencephalide, id est à parte posteriori cerebri oritur, & non nuda, sed inuoluta duobus panniculis, quemadmodum & cerebrum descendendo per medium spondylium vsq; ad finem dorsi: à qua oriuntur principaliter nerui motiui, vt inferius dicetur. ipsa enim similis est cerebro, imò pars eius videtur: & propter hoc symptomata sua sunt sicut cerebri, vt dicit Gal. in 12. de vtilita. particula. capit. 12. & ita est expedita anatomia ollæ capitis, & partium eius quantum ad 6. quæ requisita sunt in ipso.

Restat nunc videre de ægritudinibus. Olla capitis potest pati vulnera, apostemata, & malas cõplexiones. Ex quibus apparet quod vulnera penetrantia totum craneum sunt periculosa, & magis tãgentia telas cerebri. Et adhuc plus tangentia substantiam cerebri: propterea operationes circa commissuras sunt suspectæ de casu duræ matris supra piam, & de incisione cerebri. Omnes incisiones capitis debent fieri secundum incessum pilorum: quia ita vadunt musculi. Modum ligandi dat proprium propter rotunditatem, vt dicitur infrá.

De anatomia faciei & partium eius. Cap. II.

PArticulæ faciei sunt frons, supercilia, oculi, nares, aures, tempora, genæ, os, & mandibulæ, cùm dentibus suis.

Frons

Frons non continet nisi pellem & carnem musculosam: quia os quod est subtus, est de coronali, quòd secundum superiorem tabulam eleuatur,& ampliatur eius spongiositas, ac si esset ibi os duplicatum: & facit formã superciliorum.

Supercilia autem sunt ad decorem, & propter oculos formata, & ideò pilis sunt ornata. Incisiones circa istas partes vel particulas debent fieri secundum longitudinem corporis:quia ita vadit musculus qui mouet supercilia, & non secundum rugas.

Oculi sunt instrumenta visus, & sunt infra orbitam quæ est pars coronalis & ossium temporum collocati: quorum originem in decimo de vtilitate, capitulo duodecimo, ita narrat Gal. Nerui optici sunt perforati,vt esset via spiritus: & procedunt à duabus partibus:& vniuntur inter craneum: & postea separantur ad quemlibet oculum de parte à qua oriuntur, non cruciando neque permutando se de dextris à sinistris vt putauerunt quidam. Sunt autem ipsi oculi compositi ex septem tunicis, & tribus aut quatuor humoribus.

Prima tunica ab extra est coniunctiua alba & grossa, quæ circundat totum oculum excepto quod apparet de cornea, & oritur à panniculo cooperiente craneum. Aliæ verò sunt materialiter,tertio circuneuntes totum oculum,& propter diuersitatem colorum variantium se circa medium oculi in loco dicto iris.Et dicuntur sex formaliter,tres à parte cerebri & tres ab extra. Prima oritur à dura matre, & pars interior dicitur sclirotica, exterior cornea. Secunda oritur à pia matre, & pars interior dicitur secundina, & exterior vuea,& habet foramem pupillæ.Tertia oritur à neruo optico, & pars interior dicitur retina, exterior supra crystallinum dicitur aranea.Et ita sunt septem tunicæ in oculo formaliter distinctæ, & non nisi tres secundum continuationem materialem.Ex tribus humoribus: Primus est crystallinus in medio oculi situatus coloris crystalli formæ grandinis, in quo principaliter fundatur visus. Post ipsum versus cerebrum est vitreus sustinens & comprehendens à parte posteriori crystallinum,qui ambo inuoluuntur cum panniculo iam dicto in neruo optico. Post verò à parte anteriori magis est humor albugineus comprehensus inter dictam telam & illam quæ à pia matre iam est orta. Quartum humorem assignat Gal. & probat in libro præallegato,

capit

capitulo quarto, in regione pupillæ æthereum lucidum & totum ſpirituoſum. Et talis ponitur compoſitio oculi in ſe: nihilominus habet neruos motiuos deſcendentes à ſecundo pari neruorum, & muſculos ſex ipſum mouentes, & venas, & arterias, & carnes ſpongioſas circa lachrymales ſpatia replentes. Et habet iuxta ſe palpebras cartilaginoſas cum pilis determinatis, ſuperiores claudentes cum vno muſculo, & aperientes cum duobus tranſuerſalibus: quorum iuuamenta & modi magis ſpecificantur in Ieſu de oculis, & in Alcoatim, & in libris ſpecialibus oculorum: chirurgo tamen ſufficiunt iſta.

Forma naſi continet partes carnoſas, & oſſuoſas, atq; cartilaginoſas: pars carnoſa habet cutim & duos muſculos circa ipſius extremitatem: pars oſſuoſa habet duo oſſa triangulata, quorum angulus eſt ſuprà naſum, & baſes iungentes ſe ab vna parte per medium longitudinis naſi, & ab alia ſecundum genas. Pars cartilaginoſa eſt duplex: vna exterius quæ facit extremitatem naſi: alia interius quæ diuidit nares. Nares enim ſunt duo carnales aſcendentes vſq; ad oſſa colatorij: vbi applicantur additiones mamillares cerebri, in quibus eſt odoratus: & deſcendentes vſq; ad palatum poſt vuluam: per quos canales attrahitur fumalis euaporatio ad loca dicta, & aër inſpiratur & reſpiratur ad pulmonem tempore ſuo, & cerebri expurgantur ſuperfluitates.

Aures cartilaginoſæ & anfractuoſæ ſuprà os petroſum ad audiendum ſunt ordinatæ: ad quas perueniunt foramina tortuoſa dicti oſsis & pori ſui nerui de quinto pari neruorum cerebri in quibus eſt auditus. Et ſub auribus ſunt carnes glanduloſæ quæ ſunt cerebri emunctoria, iuxta quæ loca tranſeunt venæ quæ, vt dicit Lanfrancus, portant partem materiæ ſpermaticæ ad teſticulos: quæ ſi incidantur, perditur generatio. Cuius contrarium tenet Gal. vt in de phlebotomia recitat Auicenna.

Tempora genæ & maxillæ ſunt partes laterales faciei, & continent in ſe carnem muſculoſam cum venis & arteriis, & partes oſſuoſas. Muſculi illarũ partium ſunt multi. Primò ſunt ſeptem mouentes genas & labia ſuperiora. & ſecũdum Auic. veniunt à furcula & à partibus inferioribus. Deinde ſunt 12. ſecundum Halyabbatem, qui mouent mandibulam inferiorem: quidam eorum aperiendo, qui veniunt à

loco

loco clauium à parte auriũ: quidam claudendo, qui descendunt de superius transeundo sub ansa osium temporis: & dicũtur tẽporales: & sunt valde nobiles & sensitiui: quorum læsio est multum periculosa. & ideo natura sagaciter: ad custodiendum eas ansam dictã in osibus temporum ordinauit. Sunt etiam alij musculi ad molliendum & masticãdum, & illi veniunt à pomis maxillarum. Omnibus istis musculis veniunt nerui de tertio pari neruorũ cerebri. Sunt etiam cum istis venæ & arteriæ multæ, & maxime circa tempora, & angulos oculorum & labia vtraque. Partes ossuosæ, scilicet dictarum partium sunt multæ: primo ossa genarum, licet non appareant nisi duo iuncta sub naso: sunt tamen nouem, vt dicit Gal. Sunt etiam duo ossa paris seu tẽporis, quæ faciendo vnam partem orbitæ. & eminentiam pomalem circa genas, producunt quandam additionem osis petrosi, ordinando ansam dictam sub qua transeunt, & custodiuntur musculi temporales. Sunt etiam ossa mandibulæ inferioris, de quibus dicit Gal. in. 11. capitulo penulti. Inferioris vero genæ os vnam habet in ipso solam diuisionem non omnino manifestam secundum extremitatem barbæ: quam propter didymationem dicebamus factam: & in extremitatibus habet rugalitatem circum oppositam versus temporalem musculum tenentem rubriformes vocatas explantationes.

Consequenter veniendum est ad particulas oris quæ sunt 5. labra de quibus dictum est dentes, lingua, palatum, & vuula. Dentes quidem sunt de natura osium: licet dicantur habere sensus secundum Gal. in 16. de vtilita. hoc tamen est ratione quorundam neruorum descendentium à tertio pari ad radicem eorum: sunt enim vtplurimum 32. scilicet 16. in qualibet mandibula: licet in aliquibus nõ inueniantur nisi 28. videlicet duo duales, duo quadrupli, & duo canini, & 8. molares, & duo caysales, & habent radices infixas in mandibulis: quidam vnam: quidam duas: quidam tres: quidam quatuor: quorum iuuamenta sunt nota.

Lingua est particula carnosa mollis & spongiosa ex multis neruis ligamentis, venis, atque arteriis composita propter gustum principaliter ordinata: ad loquendum, & cibum in ore gubernandum vtilitatem præbens. ad ipsam veniunt nerui gustatiui & motiui de quarto & de sexto pari neruorum. habet enim nouem musculos qui ab additione s. git-

tali & ab osse laudiformi oriũtur. Sub ea sunt carnes glandulosæ in quibus sunt duo orificia per vnde egreditur salitua tanquam eius colamentum & humectatorium ex natura ordinatæ. retro ipsam linguam versus palatum sunt fauces, amygdalæ, & vuula pendens ad præparandum aerem suo iuuamento.

Palatum vocatur tota superior pars oris, & est velatum vna cum suis partibus quondam panniculo orto à panniculo anterori ipsius stomachi & meri: & hæc sufficiant de partibus facici. Aegritudines possunt pati multas & diuersas: ad curationem quarum & prognosticationem multum conferunt præfata.

De anatomia colli & partium dorsi. Cap. III.

QVid sit collum & qualis situs eius & colligantia, nullus ignorat. Quia gratia pharyngis seu tracheæ arteriæ, quod idem est, principaliter, consequenter gratia particularum aliarum ascendentium & descendẽtium per ipsum factum, sicut in 8. de vtilitatibus particu. conuenienter est demonstratum. Sunt enim in collo duplices partes, continentes videlicet, quæ proprie collum constituunt: & contentæ, quæ per ipsum transeunt. Partes continentes sunt carnes, & cutis, musculi, & ligamenta, & ossa. Contentæ sunt trachea, œsophagus siue meri, epiglottis siue guttur vel gula. nerui, venæ, & arteriæ, & portio nuchę siue dorsalis medullæ: quorum anatomiam per ordinẽ dicamus incipiẽdo à trachea tanquã à principali. Expedita anatomia, & diuisa gula, siue collo secundũ longitudinem anterius, primo apparebit trachea arteria quæ est via aeris ad pulmonẽ, procedens de ipso ad guttur, siue ad gulam vel epiglottim cõposita ex multis cartilaginosis annulis incõpletis à parte meri cõiunctis seriatim & ligatis cũ pãniculo forti & leni. Deinde post ipsam supra spondyles est meri, siue œsophagus, quæ est via cibi procedens de gutture penetrando diaphragma vsq; ad ventrem siue stomachũ: & est cõposita ex duabus tunicis villulatis, intrinseca continuata cũ pellicula oris, & extrinseca carnosa, quæ quidem continuantur cũ pelliculis ipsius ventris. Supra istas duas vias à parte oris gula est siue guttur vel epiglottis, quod pro eodem reputo quantum est de præsenti: & est particula cartilaginosa creata, vt sit vocis instrumen

strumentum, & clauis pharyngis, tempore transglutonis mediante quadam additione linguiformi quæ est in altera partium eius, quæ quidē ex tribus cartilaginibus est composita, circa quā duo musculi implantantur, totū & singulas partes mouentes ascendendo, descendēdo, & alios motus faciendo, prout in libro de voce & de motibus liquidis clarissime est deductum. Deinde considerabis neruos duplices descensiuos ad stomachum, & ad viscera propter sensum, reuersiuos reuertentes de inferius propter vocem superius iuxta epiglottim. Considerabis etiam magnas venas, & arterias, quæ ramificatæ iuxta furculam ascendunt per latera colli ad partes superiores, quæ guidegi, & appoplecticæ profundę seu subetales nuncupantur: quarū incisio est valde periculosa. Consequenter gratia partium continentium & faciētium collum quæ sunt cutis, carnes, musculi, ligamenta, & ossa, seu spondylia septem, videatur anatomia generalis spondylium & dorsi totius. Spondyle dicitur os constitueus dorsum foratum in medio per quod nucha transit, & in lateribus per vnde nerui exeunt, multa habēs additamenta ascendentia, & descendētia, & exterius facientia spinam dorsi saltim media procedentia. Dorsum est illud quod velut cepa seu carina posterius à capite vsque ad anum ex multis & variis spondilibus successiuè ad tuedum nucham ordinatur. In dorso ait Gal. 12. & 13. vtilitatis particu. sunt quatuor maxime partes, scilicet collum, spatulæ, lumbi, & vocatum ab aliquibus sacrum os, ab aliquibus amplum. Secundum collum sunt septem spondyles: secundū metaphrenum quod spatula dicitur 12. secundum lumbos 5. secūdum sacrum os, quatuor. Sunt ergo & quatuor vere spondyles, & quatuor ossi sacri, & tres ossis caudæ quæ vere non sunt spondyles, sed similitudinarie vt vicarie: quare tres primæ sunt valde grossæ, & non habent additamenta nec foramina à latere, sed ante: & sunt multum cartilaginosæ saltim vltimæ, gracilātes se ad modum caudæ. Et ita in summo dicuntur 30. spondyles. Et si per quodlibet spondyle transit vnum par neruorum orientium à nucha 30. erunt paria neruorum nuchæ, & vnus sine comite quę ab vltima eius oritur parte. Et si à cerebro septem, erit summa neruorum 38. vt superius de neruis, & in capite de natura nuchæ fuit dictum. Sunt etiam præterea in lateribus spondylium dor-

si prædicti secundum longitudinem quædam carnes musculosæ adiacentes neruis, veluti culcitra quæ vulgariter lõgæ appellantur: & cum hoc panniculus velut supra craneum, & alia ossa grossa, ligans spõdiles omnes. Sunt ergo in collo spondyles septem per latera: quorum forata egrediuntur septem paria neruorum à portione nuchæ, quæ ibi trãsit, qui portant sensum, & motum ad humeros, & brachia, & ad partes aliquas capitis. Et ipsiusmet colli carnes colli sunt triplices. Longales proprie dictæ ceruices iuxta spondyles, vt dictum est, iacentes, musculosæ, ex quibus fiunt tenantes mouentes caput & collum, qui sunt 20. in numero: vt ait Gal. & carnes replentes vacua loca. Ligamenta cõmunia ligantia caput cum collo, & spondylibus sunt multa, à parte anteriori sunt duo grossa descendentia de sub auribus ad furculam: à posteriori vero parte sunt alia maiora ligãtia spondyles dorsi in lateribus descendentia ad spatulas, alia maxima, ita ꝙ musculi tenaces, & ligamẽta stant in circuitu colli circũflectentia, eleuantia, & circũuoluentia collũ, & caput, absq; enim non est possibile facere articulationem secũdum Gal. vbi supra. Ex quibus apparent illa sex vel septem quæ inquiruntur in quolibet membro. Restat nunc videre de ægritudinibus. Collum multas pati potest ægritudines, & in se, & in suis contentis: vt vulnera, dislocationes, apostemata, quæ in eo omnia sunt periculosa. Apparet ergo ꝙ incisiones in ipso debent fieri secundum longum: quia talis est incessus partium eius, proprium modum dat ligandi vt dicetur infrà.

De anatomia omoplatæ, & brachiorum, seu manuum magnarum. Cap. IIII.

POst collum sequitur clibanum siue thorax: sed quia supra partes superiores ipsius ab extra implantantur spatulæ, & per consequẽs brachia: ideo de ipsis est prius dicendum, Omoplata, spatula, humerus pro eodem sumuntur, de præsenti, quæ autem sunt ista, & qualis est eorum situs, & colligãtia, iam apparuit. Ista autem sunt ad apprehendendum, & defendendũ organa in primo de vtilitate per totum. Creator loco armorum hominem manibus, & ratione præmuniuit, vnde G. dixit, recte Ari. dixisse, quia manum ante organa, & rationem ante artes dixit. Partes autem componentes

nentes ista sunt cutis, caro, venæ, arteriæ, nerui, musculi, chordæ, ligamenta, panniculi, cartilagines, atq; ossa, de quibus per ordinem in istis est videndum. Et primo de ipsa spatula in qua qualis est cutis, & caro iam superius est dictum, musculi, & chordæ mouentes brachiū descendentes de collo, & pectore per ipsam transeunt, & comprehēdentes, & inuoluentes iunctura ossis vuulæ siue adiutorij implantantur. Nerui à nucha colli deriuantur, venæ & arteriæ ab inferius ramificantur, vt dictum est: verum quia talia in spatulis non multum manifestantur, de ipsis sermo abbreuiatur. De ossibus est sciendum ꝙ ipsa sunt duo: primum est os spatulare à parte dorsi, secundum est os furculę à parte toracis. Os spatulare quasi assimilatur pallæ, quia est latū, & tenue à parte dorsi cum quadā eminentia tenui per medium, à parte iuncturæ est aliquantulū longū, rotūdum ad modum manubrij cum tribus additamentis in fine. Primum est fouea quæ in medio est recipiens caput vuulæ. secundum est superius, & curuum, & acutum ad modū rostri porci, tertium est à parte syluestri magis curuum ad modum anchoræ. Os furculæ est rotundum, & firmatur in concauitate quadam in parte superiori ossiū thoracis, & habet duas brancas, vna tēdit ad vnū humerum, & alia ad alium, & ligat, & firmat illas duas additiones rostrales, vt illa fouealis de medio firmius teneat caput vuulæ in iunctura. Non sunt autem illa additamenta ossa alia ab osse spatulæ, vt dicunt Lanfrācus & Henricus: sed sunt partes substātiales ipsius. Et ꝙ hoc sit verum experientia docet, & ita affirmat Ga. 13. de vtili. parti. capitulo decimo, & 12. dicens ipsas omoplatas acromium, id est extremitatem humeri tegens. & eam claui copulans: simul quidem cooperimentum, & custodia debens esse totius articulationis quæ secundum humerū, simul quidem, & prohibens exire superius caput brachij: & cū hoc habet tres magnas colligationes existentes de capite humeri ad vlnam: & in circuitu stringitur à maximis musculis veniētibus à pectore, & spatula implantatis ossi vlnæ mouentes eum, quidam tendentes superius, quidam inferius, quidam eorum circulariter conuertentes.

Pars autem sub prædicta iunctura sub ascella, dicitur quę ex carnibus glandulosis adimpletur, in qua emūctorium cordis assignatur.

Consequenter dicendum est de brachio quod manus magna dicitur quam in tres magnas partes Gal. in secundo de vtili. capitulo secundo diuidit. vna quidē vlna. alia vero parua brachium, alia vero acrochiron, id est parua manus nominatur, & ipsa etiā habet partes superius nominatas quæ cualis est cutis, & caro vt de aliis est manifestum.

Nota quod hic vlnā capit pro brachio, brachium autē paruū pro cubito. vide Gal. loco allegato.

De arteriis autem, & venis manifestis quæ inueniūtur in brachiis simul fit sermo propter causam superius dictam: postquàm enim ipsæ ramificando de suis principiis venerūt ad subascellas, ramificantur ibi in duas partes: quarum vna tendit ad partem exteriorem brachij, & alia ad interiorem. Illa quæ tendit exterius, statim ramificatur: & vnus ramus ascendit superius retro spatulam, & ad caput: alter descendendo ramificatur in duobus: quorū vnus diuiditur per brachium exterius in multis partibus: & dicitur funis brachij. alter vero ramus descendit per partem superiorem brachij, & manifestatur in curuatura cubiti, & vocatur ibi cephalica, & de illo loco descendit ad manum, & manifestatur inter pollicem & indicem, & dicitur cephalica ocularis.

Illa autem pars quæ diuisa erat in subascellis quæ tendit ad partem interiorem descendendo, manifestatur in curuatura cubiti, & dicitur basilica, & de illo loco descēdit ad manum, & manifestatur inter digitum medium & auriculare, & dicitur saluatella. Ab istis duabus venis dictis quādo sunt in curuatura cubiti, ramificatur vnus ramus communis, qui apparet in medio ambarum, quæ dicitur mediana siue corporalis. Sunt in brachio quatuor vel quinque grossę venæ, & totidem arteriæ, quarum incisio est periculosa propter earum magnum sanguinis fluxum. Plures enim sunt alij rami, de quibus propter carum paruitatem chirurgus non habet curare.

De neruis dicitur quòd à nucha per spondyles colli descendunt, ad brachia singula quatuor notabiles nerui, vnus posterius, alter anterius: alter superius, alter inferius: qui diuisi per totum, vel per se transeundo per profundum corporis, vel misti cum musculis chordis, & ligamentis, sensum & motum deferunt brachiis vniuersis.

Musculi ex neruis dictis, carne, & panniculis efficiuntur quatuor principales & magni, videlicet in adiutorio mouentes brachium paruum, & quatuor in ipso mouentes paruam

uam manum,& quinque in manu mouentes digitos: quorum chordæ neruosæ sic manifestantur, vt superius dictum fuit,& denudãtur à carne ad tres digitos prope iuncturam, quòd si vulnerarentur,magnum periculum inferrent.

Sunt etiam in brachio multa ligamenta, quæ de ossibus descendunt, & transeunt per iuncturas, & cum chordis amplificatis tenent eas ligatas: quarum incisio est damnosa.

Vltimo de ossibus secundum diuisionem dictam manus magnæ est dicendum in prima parte, quæ dicitur vlna siue adiutorium, est vnum solum os medullosum,& est ab vtraque parte rotundum. Superior rotunditas,quæ est vna sola, ingreditur pyxidem seu foueam spatulæ, & cõstituit iunctu ram humeralem. Inferior rotunditas est duplex, in medio cuius est vnus gradus, ac si esset perosilla duplex, per vnde transeunt chordæ,cum quibus hauriuntur aquæ, & à parte intrinseca habet quandam eminentiam paruam:& retro ha bet quandam concauitatem,in qua recipitur caput siue addi tamentum becatum maioris focilis tẽpore erectionis brachij,ita quòd illæ rotunditates ingrediuntur cõcauitates fo cilium,& reuoluuntur tempore extensionis, & plicationis brachij:& faciunt cubitalem iuncturam,in qua incipit brachium paruum,quæ est secunda pars dicta, in quo sunt duo ossa,focilia dicta,videlicet, maius quod est inferius longius alio propter additionem becatam quę dicta est,& tendit ver sus digitum minorem faciendo extra vnam eminentiã gibbosam ad modum clauillæ. Minus vero est superius,& tendit à plicatura cubiti vsque ad manũ versus pollicẽ,ac si vellet addere in ipsum:& in vtroque capite ipsorum sunt foueę recipientes rotunditates:versus cubitum recipiunt rotunditates graduales adiutorij cum additamento becato dicti cubiti,& versus manum rotunditates ossium manus. Et sunt grossiora ambo,& iungẽtia se in iunctura, & circa medium graciliora, & distantiora, vt contineant neruos, & musculos:& vbi terminantur ista duo focilia, & contiguantur cum ossibus manus,fit iunctura ipsius, & incipit ibi ipsa, in qua sunt tres acies ossium, & coniunguntur inferiora cum suis rotunditatibus cum foueis superiorum. In prima acie sunt tria ossa:quia additio focilis quasi est desuper tenẽs locum vnius ossis.In secũda acie sunt quatuor,& in superiori

est pyxis parua, in qua firmatur primum os pollicis. & ossa istarum duarum acierum sunt curta. In tertia acie sunt quatuor ossa longa magis quàm alia pars prima duarũ acierum dicitur rasceta aut carpus · pars alia dicitur pectẽ aut metacarpium. Et postea sequũtur digiti, & in quolibet sunt tria ossa, & ipsi sunt 5. Sunt ergo 15. ossa digitorum, & vndecim manus, & duo in brachio, & vnum in adiutorio, & ita toto brachio magno seu manu magna sunt 29. ossa, & sic apparet numerus partium dictorum membrorum.

Restat videre de ægritudinibus quæ in eis possunt accidere multæ: vt apostemata, vulnera, dislocationes, fracturæ, paralyses. Propter quorum anatomiam videre potestis, quòd incisiones debent fieri secundum longum, & rugationem, quia ita incedunt musculi, videre etiam potestis, quòd inter istorum iuncturas difficilior ad dislocãdum, & reducendum est cubitalis, facilior humeralis, mediocris manualis: potestis etiam videre partes ad quam magis prompte fit dislocatio: potestis etiã considerare, quòd in paralysi istorum membrorum, remedia debent applicari circa spondyles colli, quia ab eis deriuantur nerui.

De anatomia pectoris, & partium eius. Cap. V.

PEctus siue thorax est arca membrorum spiritualium, & ideo sunt in eo quædam partes continentes, & quædam contentæ. Partes continentes sunt quatuor, cutis, caro musculosa, mamillæ, atque ossa. Contentæ sunt 8. cor, pulmo, panniculi, ligamenta, nerui, venæ, arteriæ, meri siue cœsophagus. Qualis sit cutis, & caro, satis apparet.

De mamillis quæ sunt supra pectus, dicendũ est, quòd ipsæ sunt compositæ ex carne alba, glandulosa, spongiosa, & ex venis arteriis atque neruis. Et propter hoc habent colligantiam cum corde, hepate, cerebro, atque cum membris generatiuis. De musculis loquendo breuiter secundum Auicen. in pectore sunt 80. aut 90. musculi. Quidam eorum sunt communes collo, quidam humeris, & spatulis, quidam sunt diaphragmatis, quidam vero sunt proprij thoracis, quidam costarum, quidam dorsi. Ossa pectoris sunt triplicia, à parte anteriori sunt septem quæ vocantur ossa thoracis, & sunt multum cartilaginosa, supra quorum primum à parte gulæ

recip

recipitur in pyxide pes furculæ ſuperius dictæ. & de ſubtus eorum in forcella apud orificium ſtomachi eſt quoddã additamentum cartilaginoſum, ſcutiforme vocatum, à parte poſteriori verſus dorſum ſunt 12. ſpondyles, per quos tranſit nucha, à qua oriuntur 12. paria neruorum portantia ſenſum & motum muſculis ſupradictis. à parte laterum, à quolibet latere ſunt 12. coſtæ, ſeptem videlicet veræ, & 5. falſæ ſiue mendoſæ, quia non ſunt integræ, vt prædictæ, quarum formam quilibet poteſt videre. Et hæc ſufficiant de partibus continentibus.

De partibus contentis, ſi bene vis facere anatomiam, oportet quòd incidas pectus ſecundum latera, & remoueas partem anteriorem, & caute propter mediaſtinum, & apparebunt tibi interiora, quorum primum & principaliſsimum eſt cor quod eſt vitæ principium, & ideo tanquam rex & dominus in medio pectoris non declinando ad aliquam partem iuxta dictum Gal. 6. de vtili. eſt ſituatum, & intelligatur centraliter, quia quantum ad inferiorem partem videtur modicum declinare ad ſiniſtram partem, propter locum hepatis: quantum ad ſuperiorem ad dextram, vt det locum arteriis. Eſt enim forma cordis ad modum pineæ inuerſatæ: eo quia acuitas cordis exit verſus inferiora corporis, & latum eius quod eſt radix eius, verſus ſuperiora. Cordis ſubſtantia eſt dura quaſi lacertoſa, in ſe habens duos ventriculos dextrum, & ſiniſtrum, & in medio foueam, vt dicit Gal. in quibus digeritur ſanguis groſſus nutrimentalis veniens ab hepate, & efficitur ſubtilis, & ſpiritualis, qui delegatur per arterias ad vniuerſum corpus principaliter ad alia membra principalia ad cerebrum in quo digerendo ſuſcipit aliã naturam, & efficitur animalis: & ad hepar, & efficitur naturalis: & ad teſticulos, & efficitur generatiuus: & ad omnia alia membra viuificanda, & præparanda. Eſt enim inſtrumentum omnium virtutum corporis, & animæ completum vinculum. Et propterea in eo ſunt duo orificia. Per dextrum ingreditur ramus venæ aſcendentis portantis ſanguinem ab hepate ſuperius, & ab eodem egreditur, & vna pars quæ dicitur vena arterialis, & vadit ad nutriendum pulmonem: & reſiduum aſcendendo ramificatur in multis ramis vſque ad extrema, vt ſuperius dictum eſt. Et ab orificio ſiniſtro egreditur vena pulſatilis, cuius vna pars vadit ad pulmo-

nem quæ dicitur arteria venalis, portans capinosos vapores ad pulmonem,& aërem introducens ad ipsum cor refrigerendum. Et alia ramificatur inferius & superius, sicut dictum est de aliis venis. Et supra ista orificia sunt tres panniculi aperientes,& claudentes introitum sanguinis, & spiritus tempore conuenienti.

Ex iuxta ipsa sunt duæ auriculæ, per quas ingreditur, & egreditur aer sibi appropriatus, à pulmone reperitur etiam in eo os cartilaginosum, ad firmandum, & roborandum ipsum. Cor etiam cooperitur à capsula quadam forti panniculosa pericardium à Gal. nominata, ad quam descēdunt nerui, sicut ad alia viscera inferiora. Ipsum autem cor ligatur cum pulmone,& sustentatur & firmatur per mediastinum. Ex quibus apparet quòd colligantiam habet cum omnibus membris: apparet etiam quòd tantæ dignitatis est quòd longo tempore non sustinet passiones.

Super ipsum cor ad refrigerandum volatizat pulmo, cuius substantia est mollis, rara, spongiosa, atque alba, infra quam inseruntur triplicia vasorum genera: scilicet ramus venæ arterialis qui oritur, vt dictum est, ex dextro ventriculo cordis: & ramus arterialis venę qui venit ex sinistro: & cum his rami ex trachea arteria portantes sibi aerem propter cor. Quæ quidem vasa diuiduntur per totum pulmonem vsque ad minima. Pulmo autem habet quinque lobos vel pennas, duos in parte sinistra, tres vero in dextra. Retro pulmonem versus spondyle quintum transit meri siue œsophagus, de quibus dictum est supra,& transit etiam vena concaua ascendens, de qua dicitur infra. ambo transeuntia per ipsum diaphragma. Et transit etiam mater aorti ascendens à corde. & omnia ista cum trachea faciunt vnum truncum panniculis, & ligamentis fortibus,& carne glandulosa repletum vsque ad gulam.

Consequenter in pectore sunt tres panniculi: primo est panniculus qui ab intra tegit omnes costas, qui dictus est pleura: secundum est mediastinum qui diuidit torum clibanum in partem sinistram & dextrā: tertio est diaphragma, qui diuidit omnia spiritualia à nutritiuis: & est cōpositus ex pleura, & siface, & panniculo cordoso in medio orto à neruis spondylibus sibi delegatis & ex partibus carnosis maxime iuxta costas. Ex quibus apparet quod est musculus, cuius oper

operatio est ad anhelandum, & iuuamentum expulsioni superfluitatum, vt dicit Gal.

De anatomia ventris & partium eius. *Cap. VI.*

VEnter æquiuocatur ad duo quãtum est de præsenti. primo accipitur per hoc quod arabica translatio appellat stomachum, stomachus autem in græca translatione dicitur meri siue œsophagus. in arabica vero stomachus dicitur venter. Secundo accipitur pro tota regione nutritiuorum: & ita accipitur hic. Circa quẽ inquiramus sequendo Mundinum, illa nouem quæ requiruntur in aliis membris, primo de positione & situ eius generali & totali. videtur quòd est sub regione spiritualium membrorum. de particulari positione & situ, videtur quòd pars orificialis quam præcordialem antiqui vocauerunt, est versus forcellã. Pars stomachalis abhinc vsque ad tres digitos prope vmbilicum. Pars vmbilicalis seu submenialis ab vmbilico inferius. Hypocondria sunt à latere sub costis, ilia vero supra anchas. Numerus partiũ ventris, & eius anatomia non potest bene videri, nisi sicut dictum fuit superius, venter aperiatur secundum longum, & transuersum, & ipso sic aperto considerentur ipsius partes continentes, & contentæ. Partes cõtinentes sunt à parte anteriori mirach, & sifac, à posteriori spondylia quinque renum, & caro supposita ipsis. Mirach realiter componitur ex quatuor partibus, scilicet ex cute, pinguedine, panniculo carnoso, & ex musculis à quibus procedunt chordæ. Sifac non est nisi vnus panniculus abintra adhærens ipsi mirach. Ex quibus apparet differentia inter mirach, & sifac.

Partes contentæ sunt septem. primo est zirbus, deinde intestina, post stomachus, hepar, splen, mesenterium, atque renes, quia vesica & matrix dicentur in anatomia ancharum, de quibus per ordinem est prosequẽdum. Et primo de cute, pinguedine, atque pãniculo carnoso notum est apud omnes. Musculi sunt in ventre creati ad ipsum corroborandum, & cum hoc iuuant alia membra ad suas superfluitates expellendas. Et sunt secundum Gal. quarto de vtili. & sexto therapeutices numero octauo, videlicet duo longitudinales à clypeo stomachi procedentes vsque ad ossa pectinis: duo latitudinales à dorso super ventrem intrinsecantes se per me-

dium ventris ad angulos rectos. quatuor trãſuerſales: quorum duo oriuntur à coſtis lateris dextri, & tendunt ad ſiniſtram oſsium ancharũ & pectinis: & alij duo à ſiniſtris coſtis à dextra oſsium dictorũ cruciando ſe per medium ventris ad formam literæ X. Eleuatis autẽ & abſciſsis his muſculis apparet ſifac qui peritonæum Græcè dicitur à verbo periteineſthæ, id eſt circuntendi, eo quod circuntendatur omnibus internis, qui eſt panniculus neruoſus, durus, ſubtilis, ad hoc vt prohiberet ne muſculi comprimerent membra naturalia: & vt poſſet dilatari & conſtringi ad naturam aliorum membrorũ: & ne rumpatur faciliter, & egrediantur contenta, ſicut accidit in crepatis: & vt ligaret inteſtina dorſo, & iuuaret membra ad expellendum expellenda ordinatus. Et ita patet diſpoſitio partium continentium ipſius ventris. Ex quo manifeſtatur quod dixit Gal. in 6. therapeu. ꝙ periculoſiores & difficiliores ſunt vulnerationes & ſuitiones circa medium ventris quã circa latera: quia illæ partes ſunt cõtractibiliores, & inteſtinorũ educibiliores, quàm reliqua. Apparet etiã quod in vulneribus ventris penetrantibus niſi ſifac ſuatur cum mirach, bona incarnatio non fiet.

His viſis attendendum eſt ad partes contentas intra ventrem, vbi primo occurrit zirbus quod Latinè omentũ, epiploon autẽ à Græcis, dicitur ab epi quod eſt ſuprà, & ploun quod eminere, quaſi eminẽs ſupra totũ, qui eſt quidam panniculus inuoluẽs, & cooperiens ſtomachum, & inteſtina ex duabus tunicis denſis & ſubtilibus ſibi inuicem ſuppoſitus, multis verò arteriis, & venis, & pinguedine non pauca conſtans, ad calefaciendum membra dicta ordinatus in quarto de vtilitate, capit. 9. Cuius origo eſt à partibus quæ ſunt ſecundum dorſum ipſius peritonæi. Ex quibus apparet quando exit in vulneribus ventris dicta particula, quòd faciliter alteratur propter pinguedinem: & quod liganda eſt, & non incidenda, timens hæmorrhagiam ſecundum Gal. in therapeutices loco præallegato.

Poſt verò, quia inteſtina impediunt viſionem anatomiæ aliorum membrorum, dicendum eſt de ipſis. Sunt enim inteſtina vaſa duabus tunicis fabricata ad perficiendum digeſtionem primam, & ad anadidonæ, id eſt reddendum chylum ipſi hepati mediantibus venis meſeraicis: & ad expellendum fæcalem ſuperfluitatẽ ordinata. Numerus inteſtinorum

norum est senarius, & licet omnia sint continua, habent tamen diuersas formas & orificia quibus distinguuntur, videlicet tria gracilia & totidem grossa, quorũ catalogus ponitur à Gal. 5. de vtil. cap. 3. Primum quidem post ventrem est ecphysis, id est exortus siue duodenum: secundum ieiunum: tertium subtile: quartum cæcum: quintũ colon: sextum rectum, in quo secũdum finem sunt musculi qui regunt superfluitates. Et vt melius videatur anatomia, incipiendum est ab vltimo intestino quod vocatur rectum siue longum: & vt fæces non impediant, ligetur versus partem superiorem in duobus locis: & incidatur in medium ligaturæ: & dimittatur inferior pars: & procedatur discarnando vsq; iuxta ilia: vbi incipit intestinum colon, quod est grossum cellulatum, in quo fæces recipiunt formã suam: & habet bene duas brachiatas in longum, & tendit multum versus renem sinistrũ: & ascendendo versus splenem reuoluitur à parte anteriori apud dextrum stomachi sub pensula tertia ipsius hepatis: vbi recipit quãdam portionem choleræ, quæ excitat eum ad expellendum: & reuoluendo descendit ad renem dextrum ad terminũ anchæ: vbi incipit monoculus siue cæcus, quia non videtur habere nisi vnum orificium: licet habeat duo valde propinqua adinuicẽ: per vnum ingreditur materia: per aliud egreditur. vocatur etiam saccus ad modum stomachi cum sit alter stomachus: & est curtus mensura vnius palmi satis magni: & propter propinquitatem quam habet ad inguina, & quia nõ est bene ligatus, in crepaturis promptius descendit in oscheum secũdum Auic. Et ab ipso oritur ileos quod est intestinum gracile longum bene septem vel octo brachiorum, & reuoluitur multũ circa ilia & dorsum. Post autem inuenies intestinum ieiunum à vacuitate, & facta multitudine meseraicarum, & à portione choleræ delegatæ inter ipsum & duodenum, etiam ita nominatum, cui continuatur duodenum: quia eius longitudo est 12. digitorum. portenarium est vocatum ab officio, quia est porta inferior stomachi sicut meri superior. Ex quibus videre potestis in passionibus intestinorum inuentionem clysteriorũ: & loca vbi debent applicari remedia: quia in colica à parte anteriori, & circa partem dextram & sinistram, in iliaca circa latera. Etiam quòd vulnera intestinorum gracilium non curantur, quia panniculosiora: grossorum autem aliquotics,

ties, quia carnosiora. Et vt melius videas alia, melius est ligare versus portenarium, & incidere, vt suprà fecisti: & extrahantur intestina: & videas si vis primo mesenterium: quòd non est aliud quàm textura venarum meseraicarum innumerabilium ramificatarum de vena dicta porta hepatis ad intestina, & cooperta præmunita de panniculis & ligamentis coniungentibus intestina cum dorso plena pinguedine, & carne glandulosa, dictum vulgariter rodol: quod videbis separatum ab intestinis & ipso expulso videas anatomiam stomachi.

Stomachus seu venter est organum digestionis primi chyli generatiuus: vnde sicut meseraicæ sunt præparatoriæ digestionis hepatis, ita & os stomachi. vnde Auic. nutriens in masticatione aliquam habet digestionem, cui deseruit meri seu œsophagus à parte superiori ad ducendum cibaria eidem, & intestina cum meseraicis ad expellendum nociua, & distribuendum vtilia digesta & chylosata in eo. Est enim velut promptuarium aliquod commune omnium particularum in medio animalis constitutum secundum Gal. quarto de vtilitate, capitulo primo. Et licet in medio sub thorace sit positus, nihilominus pars ipsius superior modicum declinat ad sinistram versus spondyle 12. vbi terminatur diaphragma: inferior verò ad dextram. Actus autem eius est digerere caliditate propriæ carnositatis fundi sui, vt dicit Auicenna, & caliditatibus acquisitis à vicinis suis. habet enim hepar à dextris eum quasi desuper cum suis lobis, siue digitis calefaciens, & splenem à sinistris transuersaliter, cum sua pinguedine & venis, cum hoc sibi melancholiam ad excitandum appetitū mandantem, & desuper cor ipsum cum arteriis viuificãs, & cerebrum ad sentiendum sibi versus superiorem partem neruorum ramum dirigens. habet enim à parte dorsi venam cauam, & arteriam aorti descendentes: & multa ligamenta cum quibus alligatur spondylibus renum. Et ita patet eius positio atq; colligantia. Numerus autem partium eius, sicut dictum fuit de meri, est ex duabus tunicis: carnosa videlicet ab extra: neruosa verò ab intra cum villis longitudinalibus ad attrahendum: cum transuersalibus ad retinendum: latitudinalibus ad expellendum. Forma ipsius & figura est rotunda oblonga ad modum cucurbitæ curuæ, taliter curuando quod orificia dicta

sunt

sunt altiora corporis ipsius ad hoc quod non fiat contentorum exitus improuisus.

Quantitas manifesta est, cõmuniter tenet duos vel tres pincheriosvini. Aegritudines potest pati multas, in curatione iuuat anatome: quia remedia parti superiori possunt conferre à parte spondylium 12. & à parte anteriori de forcella vsq; prope vmbilicũ. Consequenter est dicendum de hepate.

Hepar est organum digestionis secũdæ generatiuum sanguinis in dextro latere sub costis falsis collocatum, formam habet lunarem, gibbosum versus costas, concauum versus stomachum cum quinq; lobis seu pennulis ad modum manus desuper ipsum stomachum comprehendens. Hepar, sicut & alia membra, habet panniculum ipsum cooperientem: ad quem gratia sensus peruenit neruus paruus. Ipsum enim hepar cum panniculo suo ligatur cum diaphragmate, & per consequens cum superioribus fortibus ligamentis, & cum dorso, & stomacho, & intestinis: & habet colligantiam cum eis, & cum corde, & renibus, atque etiam cum testiculis, & cum omnibus membris. Substantia hepatis est rubea carnosa: sicut si esset sanguis coagulatus inserta per totum ex venis & arteriis, vt dicetur. Hepar verò licet sit ex multis compositum: habet tamen vnam simplicem particulam carnem: videlicet per quam sanguinationis est & venarum principium. Nam vt dicit Gal. in secundo de virtutibus naturalibus capitulo penult. & in quarto de vtilitate, capitulo tertio, sicut ex musto in vegete per ebullitionem fiunt tres substantiæ: ita ex chylo in hepate per decoctionẽ fiunt tres substantiæ, scilicet duæ superfluitates, & vna naturalis substantia cum aquositate cõmunis ad alios humores: massa sanguinaria per nostram scholam cõmunem dictam quatuor in se continet substantias naturales & nutrimentales, vt in secundo de elementis demonstratum est complete. Isti ergo humores qui in hepate ex chylo, vt dictum est, generantur, duplices sunt: quidam sunt naturales à naturalitate nutricationis dicti: quidam sunt non naturales. Naturales cum sanguine mittuntur ad vniuersum corpus generandum & nutriendum: nõ naturales sequestrantur & mittuntur ad loca destinata propter iuuamenta aliqua: aut expelluntur à corpore. mittuntur velut cholera ad cystin fellis: melancholia ad splenem: phlegma ad iuncturas: aquea superfluit

perfluitas ad renes & veſicam. Expelluntur à corpore, & vadunt cum ſanguine, & aliquoties putrefiunt, & faciunt febres: aliqui expelluntur ad cutim, & reſoluuntur inſenſibiliter, aut ſenſibiliter per ſudorē, aut ſcabiem, aut per puſtulationes, ſiue apoſtemationes. Sunt igitur quatuor humores naturales, & quatuor non naturales, & aquoſitates: quas antiqui nominauerūt ſanguinem, phlegma, choleram, melancholiam: quæ in hepate generatæ diſtribuuntur per iſtum modum. A concauo hepatis exit vna vena dicta porta: quæ partita eſt in innumerabilibus venis meſeraicis implantatis in ſtomacho & in inteſtinis, quæ attrahūt & portant hepati totam ſuccoſitatē chyli: & ipſa cum radicibus ſuis eum diſtribuit per totum hepar. A gibbo verò eiuſdem hepatis egreditur vena dicta concaua ſeu cœle: quæ etiam cum radicibus ſuis obuiantibus aliis à toto hepate, extrahit ſanguinem generatum in eo: & ipſa ramificando ad ſuperius & inferius: (vt ſuperius dictum fuit:) diſtribuit & portat ipſum ſanguinem ad vniuerſum corpus nutriendum: vbi digeſtio perficitur tertia & quarta. Ab ipſo etiam hepate egrediuntur propriæ viæ, & colla portantes ſuperfluitates digeſtionis dictæ ad loca propria, quæ dicentur. Ex quibus patet actus, poſitio, ſubſtantia, colligantia, & alia quæ inquiruntur in hepate: ſicut in aliis membris.

Reſtat de ægritudinibus dicere. Hepar ſecundum quod videtur, poteſt pati multas ægritudines: ex quibus læditur ſanguinatio quæ eſt actus eius proprius: & ſic cacochymia & hydropiſis. Vnde hydropiſis eſt error digeſtiuæ in hepate ſecundum Gal. in ſecundo de virtutibus naturalibus, & in libro de differentiis ſymptomatum: apparet etiam ex dictis quod medicamina hepatis debent applicari in dextro latere: & quod propter eius ſubſtantiam debent habere aliquam ſtypticitatem.

Poſt anatomiam hepatis dicendum eſt de particulis ad quas mandantur ſuperfluitates iam in eo, vt dictum eſt, generatæ. & primo de cyſti fellis. Nam cyſti fellis eſt quædam burſa ſiue veſica pannicularis poſita in concauitate hepatis circa mediam pennulam vel lobum, ad recipiendum ſuperfluitatem cholericam quæ generatur in eo, ordinata. Quæ quidem burſa duo habet orificia ſiue colla vnita ad aliquam diſtantiam ſecundum Mundinum. vnum dirigitur verſus

med

mediũ hepatis ad recipiẽdum choleram. alterum ad fundum ſtomachi, & ad inteſtina ad mundandum, & expellendum choleram ad ipſa propter vtilitates dictas. Ex quibus appareret ſitus, locus, actus, ſubſtantia, forma, partes, & colligãtia. Quantitatem poteſtis videre: & quod continetur in ea tenet forte vnum intellectum plenum. Poteſtis etiam conſiderare q̃ poteſt pati oppilationes & in collo communi, & in propriis. quando in communi, tunc cholera non attrahitur, nec expellitur: ſed remanet cum ſanguine, & citrinat vrinam & totum corpus. quando in prepriis, deficiunt iuuamenta, quæ facit in illis membris ad quæ delegabatur: & generat accidentia mala ſecundum Gal. tertio de cauſis ſymptomatum, & quinto de locis affectis.

Splen eſt receptorium ſuperfluitatis melãcholicæ in hæpate generatæ, in parte ſiniſtra tranſuerſaliter amplexans ſtomachum ordinatum. Cuius ſubſtantia eſt rara, ſpongioſa, nigrior quã hepatis, figuram habet oblongam, quaſi quadrangularem: & ligatur per panniculum ſuum cum coſtis ſecundum gibbum eius, & ſecundum concauum cum ipſo ſtomacho & zirbo. Splen habet duos meatus, per vnũ trahit ab hepate ſuperfluitatem dictam, per alium demandat ipſam ad ſtomachum propter iuuamẽta dicta. Splen poteſt multas pati ægritudines, promptiſsime duricies, & oppilationes, propter materiam dictam, q̃ ſi ab aliis patitur defectum mundandi hepar, corpus efficitur tenue, & diſcoloratum: ſi defectum mittendi ad ſtomachum, læditur appetitus: prout hæc leguntur vbi ſupra. Solutiones cõtinuitatis non ſunt ita periculoſæ ſicut in hepate. Fortiores medicinas ſuſtinet ſplen, quàm hepar purgatur proprie per ventrem. Medicatur circa latus ſiniſtrum, prout dicit Galen. 13. therapeutices.

Renes ſunt particulæ ad mundandum ſanguinem à ſuperfluitate aquoſa ordinatæ: & ſunt duo, vnus à dextris prope hepar, alius à ſiniſtris baſsius alio: ſubſtantia ipſorum eſt carnoſa, dura. ipſi vero in forma ſunt rotundi, velut ouum compreſſum: & habent in ſe concauitates in quibus recipitur quod ab eis attrahitur. In quolibet ipſorum ſunt duo colla: per vnum attrahunt aquoſitatem à vena caua, & per conſequens ab hepate: & per alium ipſam aquoſitatem dictam vrinam tranſmittunt ad veſicam. Ad renes veniunt

venę,& arteriæ,& nerui:ex quibus fit pãniculus ipsorũ.Renes ligantur cum dorso. Renes habent pinguedinem seposam circumquaque. Retro renes iuxta spondyles sunt lumbi super quos ipsi iacent tanquam in eorum culcitra. Inter ambos renes supra spondyles transeunt vena caua, & aorta ad membra inferiora: à quibus venis satis de prope oriũtur vasa spermatica:de quibus dicetur infra. Renes possunt pati multas ægritudines præcipue oppilationes,& lapides.Modum curandi videtis difficilem vndique.

Quibus quidem visis potest omnia abiicere excepto stomacho: si debet fieri anatomia membrorum superiorum & renibus ad videndum anatomiam inferiorum:& tunc numerum & quantitatem spondylium inspicias, & inuenies eos quinque grossiores aliis, per quæ descendunt quinque paria neruorum à nucha ad vniuersum ventrem, & ad partes coxarum atque pedum magnorum.

De anatomia ancharum, & partium eius. Cap. VII.

PEr anchas hic intelliguntur partes inferiores ventris à sinu eius vsq; ad coxas & verenda:quarũ partes sunt triplices:quædam sunt continentes: quædam contentæ: quædam exterius procedẽtes. Partes cõtinẽtes sunt mirac,& sifac, atque zirbus, & ossa. Partes contentæ sunt, vesica, vasa spermatica,matrix in mulieribus, longaon siue rectum intestinum,nerui,venæ,& arteriæ inferius descendentes. Partes exterius procedentes sunt didymi,testiculi, atque virga, inguina per medium,nates,& musculi ad coxam descendentes:de quibus per ordinem est dicendum.

De partibus continentibus quantum ad mirac. & sifac, & zirbum in superiori ventre satis fuit dictum. Quantum ad ossa ita est expediendum. In anchis reperiuntur duo modi osium.primo sunt à parte dorsi tres aut quatuor spondyles osis sacri,& duo vel tria cartilaginosa,osis caudę:quorum primum osis sacri est valde grossum:& sequẽtia diminuendo versus anum & finem dorsi: foramina quorum vnde procedunt nerui sunt, & non in latere, vt in aliis osibus dorsi. A parte laterum sunt duo ossa magna:in quolibet latere vnum: & coniunguntur cum illo magno spondyli osis sacri à posterius & anterius in pectine faciendo os pectinis

ctinis: itaquòd illa ossa sunt lata à parte ilium: à quo vocantur ilia siue ossa ilium. In medio ipsorum à parte exteriori sunt concauitates dictæ pyxides: in quibus recipiuntur vertebra ossium coxarum: & ibidem statim versus partes ani est in quolibet magnum foramen: de quo dicit Gal. 16. de vtilita. capitulo nono. Inter medium capitis coxæ & ossium pubis necessarium fuit fieri foramen magnum & semitam, per quam descenderent nerui, & musculi, venæ, & arteriæ, quæ desuper feruntur inferius. Sunt etiam à parte pectinis stricta ad modum branchæ in pectine se iungendo: & licet realiter sit vnum os, tres tamen habet nominationes: & ideo tria ossa dicuntur ab aliquibus, scilicet os ilij à parte superiori: os pectinis, siue pubis ab anteriori: os femoris in medio.

De partibus contentis. primum quidem quod occurrit est vesica quæ est susceptorium quoddã velut peluis, siue saccus superfluitatis vrinalis à renibus in ea transcolatæ. Cuius substantia est panniculatis fortis, composita ex duobus panniculis. Forma ipsius est rotunda. Quantitas quasi de vno pincherio. Situs eius est immediate sub pectine. In ipsa enim implantantur duo meatus longi descendentes ex renibus, qui pori vritides seu vreteres appellantur, ingredientes per latera ipsius diagonaliter, portantes vrinam ab ipsis renibus. Est etiam in ipsa collum carnosum cum musculis claudentibus, & aperientibus, exiens ab ipsa reflexibiliter transeundo per medium vsque ad virgam in viris. In mulieribus sine reflexione vsque ad duos digitos infra vuluam, per quam expellitur extra vrina. Ex quibus apparet actus, substantia, positio, & cætera quæ inquiruntur in aliis membris. Apparet etiam q̃ prõpta est ad oppilationes propter collum, & ad lapides propter vrinam arenosam, quam suscipit & retinet ab ipsa. Modus syringandi habetur: ipsa etiam indicat quòd in collo, & extra futuram per medium debet fieri incisio, propter lapides, vt dicetur infra in medicatione.

De vasis spermaticis.

VAsa spermatica sunt quædam venæ quę oriuntur iuxta renes à vena caua, & aorta descendentia portantia sanguinem ad testiculos tam viri quàm mulieris: in quibus

per vlteriorem digestionem efficitur sperma. Sperma enim est semen & germen naturæ humanæ. In viris protenduntur extra: quia testiculi eorum sunt extra. In mulieribus remanẽt intra: quia intra sunt testiculi mulierum: vt dicetur. Exquibus apparet ꝙ propter ortum istorum vasorum sperma sapit naturam cordis, hepatis, & renum: & per neruos gratia delectationis à cerebro descendunt ad testiculos, cerebrum in hac communicationem habet, & per consequẽs totum corpus. Sperma ergo secundum hoc deciditur à toto corpore: non quidem mole, sed vigore, vt Dinus tenet, & Conciliator.

Consequenter gratia mulierum dicetur de matrice. Est enim matrix ager generationis humanæ, & per consequens organum susceptiuum. Cuius situs est inter vesicam, & longaonem. substantia eius panniculatis est ex duabus tunicis composita, forma eius est rotunda, cum duobus cornibus seu brachiis cellulatis: in capite quorum est paruus testiculus à parte superiori implantatus: à parte vero anteriori habens canale amplum. Est enim velut virga reuersata, aut interius posita, vt in 14. de vtilita. particularum: habet enim superius duo brachia cellulata cum testiculis, velut testiculorum bursa: habet etiam ventrem communem in medio, velut partes pectinales: habet collum inferius canulatum, velut virga: habet etiam vuluam, velut balanum: habet etiam tentiginem, velut præputium: habet etiam longitudinem, velut vitga 8. vel 9. digitorum. Et licet non habeat nisi duos sinus seu concauitates manifestas ad numerum mamillarum: habet tamen quamlibet illarum tripliciter cellulatam: & vnam in medio, ita ꝙ secundũ Mundinum septem in ea reperiuntur receptacula. Colligantiam habet cum cerebro, corde, hepate, & stomacho: & ligatur cum dorso: inter ipsam & mamillas continuantur venæ lactales & menstruales. Propter quod dicebat Gal. vbi supra ꝙ Hipp. dicebat, lac menstruo esse fratrem: vnde secundum idẽ tempus non contingit menstrua bene fieri & lactare fœminam. Aegritudines matricis sunt multæ. modus medendi per pessaria ab ipsa inuenitur: & hoc de matrice.

Subtus autem prædictas particulas longaon siue rectum intestinum quod dimisistis superius in anatomia intestinorum, inuenitur quod est receptorium superfluitatum digestionis

gestionis primæ. Cuius substantia est pannicularis vt aliorum. longitudo ipsius est vnius palmæ vsque prope renes directæ: supra ossa caudæ directe iacendo: pars ipsius inferior dicitur anus. Circa ipsum sunt duo musculi aperientes & claudentes ipsum: & ibi applicãtur quinque rami venarum que hæmorrhoidales venæ appellantur. Colligantiam habet magnam cum vesica: & ideo in ægritudinibus se compatiuntur. Deinde eleuato longaone poteris videre venas, & arterias, & neruos qui ramificantur, & ad partes inferiores delegantur.

De partibus exterius progredientibus. primo videndum est de didymo & oscheo. Circa quæ videnda sunt duo. primo continentia, secundo contenta. Continentia sunt tot quot fuerunt superius dicta in ventre: quia ab illis partes istorum oriuntur à mirace mirac, à siface sifac. Exterius pendentes supra hos pectinis transeuntes. Cuius principium, dum exit vocatur didymus, quia duplicatus. Finis vero oscheos seu testiculorum bursa. Partes contentæ sunt tres. primo testiculi qui sunt organa principalia generationis humanæ. In ipsis enim perficitur sperma. Quorum substantia est carnosa, glandulosa, & alba. Deinde sunt vasa spermatica à superius dictis venientia: quæ sunt duplicia, scilicet delatoria, & expulsoria. Portantia sunt vena & arteria quę dicta sunt oriri à vena caua & aorta. Expellentia sunt quæ ascendentia iuxta collũ vesicę expellunt sperma in foramine virgæ. Et cum hoc est vnus suspẽsorius & sensitiuus qui descendit ad testiculos. Sunt ergo infra didymum & bursam, quatuor corpora dicta. Ex quibus apparet ꝙ versus inguen in mirace & siface debet esse: & est foramẽ per quod descẽdunt à superius tria corpora, scilicet vena & arteria delatoria, & neruus: & extra iuxta collum vesicæ à radice virgæ aliud quartum, per quod descendit & expellitur sperma in canali virgæ. Apparet etiam ꝙ quando foramen versus inguen dilatatur præter naturam: tũc corpora superiora vt zirbus, inteſtina possunt exire & descendere in didymo & oscheo: & facere rupturam seu crepaturam, seu aliam materiam, etiam herniam, quorum sanatio dicetur.

Consequenter dicendum est de virga. Est enim virga agricultus naturæ humanæ, consequenti via vrinæ: Cuius substantia est composita ex cute, musculis, tendinibus, venis,

arteriis, neruis, & grossissimis ligamentis. Situatur & implantatur super os pectinis: ligamẽta veniunt ab osse sacro, & adiacentibus sibi venæ, & arteriæ, nerui, caro, cutis à superioribus sibi adducuntur. In ipsa enim sunt duo canales, aut transitus principales, spermatis videlicet & vrinæ. Finis virgæ vocatur balanos id est glãs, foramen, mitra, capellus, præputium: quantitas virgæ communis 8. vel 9 digitorum cum grossitudine moderata, esse debet. proportionalẽ vero matrici eam esse oportet.

Perinæum est illud quod arabica trãslatione peritonæum dicitur: & est locus inter anum, & pudibundum, id est virgam, supra quam est quædam sutura, quæ sequitur bursæ & virgæ lineationem.

Inguina sunt hepatis emunctoria: & sunt carnes glandulosæ in picatura coxæ ordinatæ.

Nates sunt carnes grossæ musculosæ supra os femoris ordinatæ.

Vltimo in anchis & ab anchis descendũt musculi & chordæ & ligamenta mouentia, & ligantia coxam & tibiam magnam cum ipsis anchis.

De anatomia tibiarum seu magnorum pedum. Cap. VIII.

PEs magnus siue tibia magna durat à iunctura scię vsque ad extrema articulorum. & quia particulæ talis pedis siue tibiæ conueniunt in multis cum particulis manus magnæ, vt Gal. deducit in tertio, de vtilit. pro tanto iste pes magnus siue tibia diuiditur in tres partes, vt superius manus fuit diuisa: vna quidem pars magni pedis, seu tibiæ dicitur coxa: alia parua tibia, tertia vero pes paruus. Verũ est quod græca translatio vocat crus quod arabica vocat coxam: & tibia quod vocat crus, Sed de nominibus non est curandum: duntaxat quòd res sit eadem per totum.

Pes magnus cũ omnibus partibus suis cõponitur vt manus magna ex cute, carne, venis, arteriis, neruis, musculis. tẽdonibus, colligationibus, atq; ossibus, de quibus p ordinẽ est videdũ. De cute & carne quales sint superius fuit satis dictũ.

De venis & arteriis manifestis insimul fiat sermo, propter causam superius allegatam. Postquam ergo venæ in ramificando à suis principiis descenderunt in vltimo spondyli:

dyli: diuiduntur in duabus partibus, quarum vna tendit ad dextram, altera ad sinistram coxam, & ibi diuiduntur in duos ramos magnos, vnus tendit ad partem exteriorem, alter ad interiorem: & ramificando descendunt per tibiam ad cauillas & ad pedes, & constituunt quatuor venas, quæ communiter phlebotomantur, propter passiones determinatas scilicet saphenam sub cauilla interiori versus tallum, sciaticam sub cauilla exteriori, popliticam sub pollice, renalem inter digitum paruum & sequentem. Sunt ergo in tibiis quatuor venæ manifestæ & grossæ quæ maximum fluxum & periculum multoties inferre possunt, plures alij sunt rami, de quibus chirurgus non habet curare.

De neruis pedum. dicit Auic. quòd diuersificantur à neruis manuum multum. Quicquid sit, ipsi oriuntur à spondylibus vltimis renum & ossis sacri, & maior pars transit per foramen ossis femoris, & descendit ad musculos poplitis. Et ex istis cõiunctis cum musculis & chordis mouentibus iuncturam descendẽtibus ab anchis & applicatis ossis coxæ efficiuntur musculi magni, qui sunt supra coxam mouentes genu & tibiam, & musculi supra tibiam mouentes pedem in cauilla, & musculi pedum mouentes articulos eodem modo sicut fuit dictum de manibus: super hoc aliquam recipientes differentiam opera chirurgiæ non multum variantem. non tamen est obliuiscendum quod dictum fuit superius, quòd secundum formã musculorum vulnera prope iuncturas sunt periculosa valde.

Colligationes siue ligamenta magna & grossa descẽdunt per totam tibiam, & manifestantur valde subtus inguina & genu. & supra calcaneum. & iuncturas articulorum: & solea pedis tota est ligamentosa.

Vltimo de ossibus secundum diuisionem dictam magni pedis vel tibiæ est dicendum. In prima parte quæ dicitur coxa, est vnum solum os magnum meduloſum, & est ab vtraque parte rotundum. superior rotunditas, quæ est vna sola, dicta vertebrum, quæ declinat versus interius recipitur in pyxide ossis anchæ, & est aliquantulum gibbosum versus exterius. In parte vero inferiori versus genu habet duas rotunditates, quæ recipiuntur & reuoluuntur in duabus concauitatibus quæ sunt in focili maiori tibiæ, & supra est quoddam os rotundum latum, quod dicitur patella genu, & ita perfi-

citur iunctura genu.

Deinde sequitur tibia, & in illa sunt duo ossa dicta focilia: maius à parte anteriori & domestica, quod facit aciẽ tibiæ descendẽdo de genu vsque ad pedem faciendo cauillam interiorem, minus est à parte exteriori & syluestri descẽdendo de sub genu parum, vbi implantatur vsque ad pedem ibi iungendo se cum alio focili faciendo cauillam exteriorem: cuius oppositum dicit Guli. de Saliceto & sectator eius Lanfrancus & male. Et qui vult videre, testimonium veritatis poterit perhibere. Forma istorum duorum focilium apparet quòd maius habet duas concauitates versus genu in quibus recipiuntur rotunditates coxæ, quia minus non peruenit ad iuncturam, sed implantatur (vt dictum est) & iacet prope de subtus genu à parte exteriori, & ideo vocatur actus, & versus pedem iungendo se cum maiori focili faciunt ambo vnã concauitatem lunarem in qua recipitur primum os pedis.

In pede sunt tres acies ossium: in prima acie sunt tria ossa insimul rotándaliter aggregata. primum est cahab arabice, græce astragalus, & est quasi ad modum nodi balistæ rotundum ab vtraque parte. In superiori rotunditate firmatur concauitas focilium, & ibi mouetur pes. In alia rotunditate firmatur cõcauitas ossis nauicularis post ipsum cahab. Immediate versus pedem est os nauiculare, quod est quasi nauis concauitata ab vtraque parte. In prima concauitate recipitur rotunditas cahab, & in alia rotunditates secundæ aciei ossium pedis. Subtus autẽ ista duo ossa, est calcaneus factus secundũ formam calcanei in quo firmatur totus pes, & exit versus posterius, propter ligamenta quæ in ipso implantantur. Post nauiculare immediate est secunda acies ossium pedis in qua sunt quatuor ossa satis curta, & vnum ipsorum dicitur glandinosum à parte exteriori versus paruum articulum, & sunt rotunda versus nauiculare, & concaua versus tertiam aciem. In tertia acie sunt quinque ossa satis longa correspondentia & recipientia articulos, qui sunt quinque, habentes quilibet tria ossa excepto pollice qui non habet nisi duo. Habet enim pes tarsum, metasum, & pectem, sicut & manus parua. Sunt ergo in pede paruo 26. ossa, & in toto pede magno seu tibia 38. Ex quibus potest considerare chirurgus modum dislocandi & frangendi, & per consequens modum reducendi, videre potest etiam quòd inter istas iuncturas

cturas difficilior ad dislocandum,& ad reducendum est iunctura pedis,facilior genualis,mediocris sciaticalis.Et Deus sit adiutor noster. Amen.

Tractatus secundus, & est de apostematibus, exituris, & pustulis. Cuius sunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima est de apostematibus, pustulis, & exituris,prout insunt membris simplicibus.

Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

Prima doctrina quinque habet capitula.

De apostematibus,pustulis,& exituris à notificatione incipiendo vniuersaliter. Cap. I.

APOSTEMA penes essentialia per Galenũ diffinitur in primo de ægritudine & symptomate, & per Auicen.in suo can. lib.1.quod est ægritudo cõposita ex triplici genere morborum in vnam magnitudinem aggregata.Ista autem diffinitio ostenditur esse perfecta per Conciliatorem & Albertum Bonon. sequentes viros præfatos. Nam diffinitum in esse constituit, & facit eum differre à quocunque alio. Ponitur enim in ea ægritudo pro genere. Reliqua,pro differentia aliorum modorum cõpositionis qui numerantur à Gal. vbi supra per accidentalia describitur à Gal.in de tumoribus præter naturã,in quo magis curauit apostema manifestare ad sensum quam ad intellectum,dum dicit quòd vnum aliquod illorum quæ accidunt corporibus,existit res quæ iudicatur ab hoc vocabulo tumor,& non pro quocunque, sed pro magno qui nocet actibus euidẽter. Quam descriptionẽ in 13.therapeu.repetit sub his verbis.manifestum est quòd in tumore penes magnitudinem desistunt membra ab eo quod secundum naturam,puta secundum apparentiam,quia forte primo,& magis per se peccat mala complexio.consequenter vnio, tertio ipsa compositio,vt tenet Conciliator. Non ergo erat mutans membrum à sua naturali qualitate solum, vt 13. de in-

Vide cap.1.

genio. arabica translatio dicebat, nisi quis vellet vocare omnes dispositiones qualitates, sicut in multis locis facit Gal. Quam diffinitionem perfectissime explicauit Halyabbas octauo sermone partis primę libri sui, de rega. dis. dum dicit. Apostema est tumor præter naturam in quo materia aliqua replens & distendens est aggregata. Tumor si est magnus, ponitur pro genere: si paruus, pro accidente, in lib. de differentiis morborum. Quomodo autem dicatur morbus vnus compositus cõsimilis organicus, quomodo etiam possit dici causa, & affectus, genus, & species, & accidens, siue differentia, penes diuersas considerationes, omitto quãtum est de præsenti, maxime quia ad physicalem pertinet doctrinam. Sufficit autem chirurgo scire quòd tumor, apostema, inflatio, ingrossatio, eminentia, eleuatio, excrescentia, nomina sunt synonyma, eandem rem quasi significantia, vt dicit Henricus. Ponitur etiam in prædicta descriptione, præter naturam ad differentiam tumorum naturalium capitis, ventris, & iunctarum, in quo est aliqua materia superflua, humoralis vel reducibilis ad humorem. Congregata ponitur ad differentiam tumorum apparentium in dislocationibus & fracturis, in quibus non sunt humores, sed ossa eleuata, Replens & distendens ponitur vt ostendat malam complexionem, vnionem, & compositionem in vnum aggregata. Ex quibus apparet quod satis simpliciter moderni viri, videlicet Brunus, Theodoricus, Lanfrancus & Henricus apostema diffinierunt, dicendo quòd est tumor, aut inflatio, aut grossities facta in membro quocunque vltra suam naturalem formam.

Apostematum multæ sunt species & differentiæ. nã quædam sumuntur à rei substantia, quædam à materia, quædam ab accidentibus, quædam à membris, quædam vero à causis efficientibus. A substantia autem assumit Auicen. primam differentiam, quòd apostematum quædam sunt magna, quædam parua. Apostemata magna secundum Galenum in de tumoribus præter naturam, sunt magni tumores phlegmonosi qui in carnosis fiunt particulis. Apostemata parua secundum Auic. sunt eminentiæ & pustulæ paruę bothorales in cute apparentes. A materia autem sumuntur differentiæ primo generaliter ponit diuisionem Gale. & Auicen. sequens eum quòd omne apostema aut est calidum, aut

non

non calidum, loquendo de calido proprie essentialiter & relatiue, vt dicetur, non autem large sicut per putrefactionem: dicebat Auic. Calidum est sanguineum & cholericum, non calidum, phlegmaticum & melancholicum, ac ventosum, & aquosum, quæ reducuntur ad ista specificãdo magis, sequendo viros præfatos, dicitur quod apostemata quædam fiũt ex humoribus naturalibus: quædã ex non naturalibus simpliciter & composite, vt etiam dicetur, intelligendo sane. nam medici quandoq; accipiunt ex pro in: quandoq; verò pro ab large & sensibiliter sæpe loquentes. Illa quæ fiunt ex humoribus naturalibus, dicuntur vera, propria, certa, & vniformia apostemata, eo quia in eis tumor qui est ratio sensibilior apostematis, euidentius apparet. Quæ autẽ fiunt ex humoribus non naturalibus, dicuntur non vera, impropria, incerta, & inuniformia, eo quia in eis mala qualitas seu mala morigeratio magis apparet quàm tumor, & secundum hoc magis dicuntur pustulæ, vlcerationes seu exituræ quàm apostemata. Quæ verò fiũt à dominio vnius humoris, simpliciter, & simplici nomine nuncupantur. Quæ verò à dominio duorum vel plurium, vt de se. colliget tertio doctor dicebat subtilis, compositæ, & composito nomine etiam dicuntur. Et tales differentias sumptas à materia præcipue coniuncta sequuntur differẽtiæ qualitatis & quantitatis, cum ipsa sint de gremio materiæ, vt in alia dicitur facultate. Et ideo principalissimæ & maximæ in libro de differentiis febrium dicuntur, quod per alia verba consueuit dici in schola nostra communi Montispessulani, quod apostemata quædam fiunt de materia non adusta, neq; corrupta: quædam de adusta & corrupta. Et vtraque, quædam sunt sanguinea, quædam cholerica, quædam phlegmatica, quædam melancholica. aliqua aquosa & ventosa simpliciter & composite. Prima dicebantur per socium nostrum magistrum Ioannem Iacobum mala simpliciter. secunda mala cum additione de fraudulentia, & mala morigeratione. Et absque dubio ita intellexit in 4. Auicen. cum dixit quod apostemata calida & quæ currunt cursu eius, sunt à sanguine & cholera laudabilibus, aut malis: & prosequitur sanguinea ex laudabili grosso & subtili sanguine, de quibus dicunt fieri phlegmonem & erysipelas, scilicet verum & certum quod vocauit spinam, vt Dynus prosequendo Gal. in secũdo ad Glauconem exponit su-

per

per locum: & non prosequitur cholerica ex cholera laudabili (quia ipsa & omnia alia vera sub sanguine comprehendit. sanguis autem infra dupliciter dicetur) sed solum ex illaudabili & mordaci quæ formicas, & non erysipelata nominauit, & etiam in curis tam in calidis quàm in non calidis idem innuit subsequenter. Neque diuisiones humorum aliter saluarentur, discrepatio sola est verbalis & non realis, vt apparet in facto. Sunt autem apostemata quædam ex humoribus naturalibus, quædam ex non naturalibus simpliciter & composite suo modo cum suis nominibus, vt dictum est & dicetur. Ab accidentibus sumuntur differentiæ multæ secundum quod multa in eis possunt apparere accidentia dolorosa & malitiosa. A membris etiam sumuntur differentiæ secundum ipsum Gal. in secũdo ad Glauconem. Quædam sunt in oculo quæ dicuntur ophthalmiæ: quæ in collo, squinantiæ: quædam in bubonibus seu emunctoriis: quædam intra: quædam extra: quædã in nobilibus: quædam in ignobilibus: quædam in sensibilibus: quædam in insensibilibus: quædam occurrunt in corpore pleno: quædam in non pleno: & id genus. A causis efficientibus: quædã sumuntur differentiæ secũdum Halyabbatem vbi supra: quæ sunt deriuatio & congestio: quædam critica: quædam non critica: quædam fiunt à causis interioribus: quædam ab exterioribus. Recolligantur ergo prædictæ species, & differentiæ: quia à talibus potissime indicationes sumuntur curatiuæ.

Causæ apostematum exiturarum & pustularũ quædam sunt generales: quædam speciales. Generales sunt rheuma & cõgestio. Causæ autem rheumatis, & deriuationis materiæ, licet in secundo, vel in quarto, de ægri. & symptomate leguntur diffuse, Halyabbas, vbi supra restrinxit ad sex. videlicet ad membri expellentis fortitudinem: ad suscipientis debilitatem: ad materiæ multitudinem: ad meatuũ portantium largitatem: & expellentium strictura: & cum membrum suscipiens in inferiori loco est situatum. Causę autem congestionis in hoc sunt: quando enim virtus pascitiua mẽbri: in quo est apostema: nõ potest cibum qui ad ipsum mittitur, digerere plena digestione: quare remanent in eo superfluitates: & paulatim augentur donec membrum repleatur & distendatur: fitq; in eo apostema. Et secundum hoc, vt dicit, promptius materia calida rheumaticat: Frigida verò

cong

congeritur. Ex quibus apparet quod in apoſtematibus quæ fiunt per viam deriuationis eſt dare fiens,& factũ eſſe:à quibus ſumit Gal.13.therap.potiſsimas indicationes curatiuas: fiens eſt materia antecedens quæ fluit:factũ eſt materia coniuncta quæ eſt fluxa, & incuneata in loco. Apoſtemata verò congeſta non habent hoc:ſed cum factis,& fluxis reponuntur,quod Gal. in lib.de inæquali diſtemperãtia ſic declarat: mox inquit ſi tamẽ materia calida deſcẽderit in muſculum, primũ quidem maioresvenæ,& arteriæ implentur,& extenduntur:deinde minores vſq; ad minimas:& dehinc ad regiones priorũ corporũ,quæ ſunt caro & panniculi:& fit apoſtema.Ecce ℣ ibi eſt fiens materia antecedens inuenis:& factũ, materia cõiũcta in carne:& ex hoc apparẽt cauſæ generales.

Cauſæ ſpeciales ſunt tres primitiuæ,antecedentes,& cõiunctæ.Cauſæ primitiuæ ſunt caſus & percuſsio.Cauſæ antecedentes ſunt quatuor humores naturales,& non naturales. Humores enim ſecundum quod dictũ fuit in anatomia, ſunt duplices:naturales & nõ naturales.Naturales ſunt qui ſunt cum ſanguine,aut cum aliquo naturam ſanguinis retinente:& ſunt materia nutritionis. & propter hoc intelligo naturales principaliter: & proprie à naturalitate nutritionis & ſubſtantiæ: non quãtitatis,neq; iuuamenti ad remouendum cachexiã:quod per totũ audire oportet,vt ſunt purus,& verus ſanguis cholericus,ſanguineus, phlegmaticus, atq; melancholicus, qui licet ſic propriis nominibus nominentur: communi tamen nomine in lib. de cholera nigra à Gal.ſanguis vocantur.Maſſa autem RabbiMoyſe in quarto expoſitionis ſecundo epidimiarũ allegatur.Halya.autem in ſecundo techni,maſſam ſanguineã dicit.Et talis ſanguis ſolus eſt materia nutritionis,nõ ille qui formaliter diſtinguitur ab aliis humoribus:vt dicebat ſocius ille de S.Floro:qui Pariſius, non eſt diu, ſatis bene diſcordantias Ioannis de S. Amando ampliauit.Non naturales verò ſunt qui ſunt à ſanguine ſeparati:& propter eorum malitiam non ſunt apti ad nutritionem de ſe,ſed mittuntur ad loca deſtinata, propter ſcita iuuamenta,aut extra corpus expulſa faciunt apoſtemata,exituras,puſtulas,excreſcentias,ſcabies, decolorationes, ſudationes:& aliquoties inſenſibiliter reſoluũtur:& aliquoties intus putrefiunt,& faciunt febrem:& aſſumunt nomina naturalium humorum: ſanguinem, phlegma, choleram,& melanc

melancholiam. Differunt tamen ab eis secundū Gal. de cholera nigra: quia humores naturales coagulātur & nutriuntur: & secūdum magis & minus sunt rubei. Non naturales verò non coagulantur: sed permanēt, & diuersos habent colores flauum album & nigrū: vt circa principium apostematum factorū euidentia in apertione, & repercussione euidēter ostendit. Istud etiā in 2. de elementis euidentissime declaratur: & in capit. singularibus sequentibus specificabitur manifestē. Ex quibus apparet q̄ ex humoribus naturalibus, fiunt quatuor species apostematū verorum, quæ cōmuni nomine in 2. ad Glauconē phlegmones vocantur: propriis tamen nominibus phlegmone, erysipela, œdema, seu corrupto vocabulo vndimia scirrhus, seu scliros, aut sephyros. Ex non naturalibus etiā sunt quatuor species nonverorum. scilicet pustulæ & exituræ, quę sibi nomina verorum vendicant, & assumūt: & duo ad hæc raducibilia, aquosa & ventosa: & sic sunt sex nomina apostematū simplicium, & cōpositorū infinita: de quibus dicūtur præfata nomina æquiuoce: per prius tamen dicuntur de veris: per posteriusverò de non veris, quæ sunt pustulæ & exituræ. Pustulæ enim sunt parua apostemata, & exituræ cōiunctæ, aut separatæ, vt glādulæ, & variolæ, seu bothores. Sonāt tamen magis proprie de venenosis, vt dicit Henr. & ambo carnē, & cutem quodammodo cōprehendūt: vesicæ verò cutē solam. Quæ quales in speciali sint, inferius apparebit. Exituræ autē secūdum Gal. in de tumoribus præter naturā: & in 2. ad Glauc. sunt dispositiones illæ in quibus ascēdunt partes interius prius se cōtangētes, in quibus necessariū est se cōtineri in medio aliquā substantiam spumosam seu humorosam, quæ diuturnitate tēporis in multiformibus alteratur substātiis: aut in saniē siue pus: aut in aliquā substantiam extraneā similem melli, fæci, aut amurcæ, aut lapidibus, seu filis, vt in glādulis reperitur: quæ quidē fiunt ab aliquo humore nō naturali: mox à prin. fluēte, aut ex putrefacto phlegmone coadunat̄ pus velut in aliquo sinu. Causæ autē coniunctæ apostematū, & pustularum sunt materiæ, quę in particula sunt cōgregatę & incuneatę.

Signa apostematum extrinsecorū pertinentium ad hunc artificē declarat sensus & præsentia singularis: vbicunq; enim inuenitur inflatio præter naturā ex aliqua materia humorali vel reducibili in membro coadunata: ibi est apostema.

Apost

Apostemata vera significãtur per tumorem, dolorem, & calorem secundum magis & minus graduata. Non vera verò significãtur per tumorẽ, & sequestrationem, & malam morigerationẽ secundum magis & minus etiam determinata. Partes minus calidæ, dicuntur frigidæ respectu magis calidarũ. Omnis enim res medicinalis dicitur ad aliquid in 2. techni, & 3. simplicium pharmacorum. Signa verò singularium apostematum, & earum materierũ in sequen. capit. dicentur. Ex quibus composita cognoscuntur: neq; ad singularia accedendũ est, donec sermones generales sint præuisi, vt Gal. 7. & 9. therap. consuluit. Et scias secundum Auic. ℘ apostemata singularia parum sunt pura, sed plura eorum sunt cõposita, præcipue vera: quia multa non vera videntur esse pura. Curæ tamen ponentur simplicium, vt ex inde cõpositorum curæ extrahantur. Apostemata in periodis, & paroxysmis & crisibus analogiam sequuntur suarum materierũ, vt in 2. de differentiis febrium innuit Gal. Apostemata quatuor tẽpora habent, scilicet principium, augmentũ, statum, & declinationẽ. Signum principij est, cum vides materiam currere, & membrũ extendere. Augmenti, cum cõcauitas, & acuitas manifeste augentur. Status, cum prædicta stãt in suo esse. Declinationis, cũ grossities incipit minui vel transmutari, & hæc distinctio temporũ est ex parte essentiæ apostematum: quamuis possunt suo modo distingui ex parte accidentium, & ex parte alterationis materiæ penes quæ curæ subalternantur: posset tamẽ ostendi quomodo interdũ coincidunt omnia illa tẽpora, scilicet principium cum princ. &c. & sæpius nõ coincidunt: quę omnia gratia breuitatis omitto. Apostemata si non retrocedunt, terminãtur per insensibilem resolutionẽ: aut per putrefactionẽ: aut per indurationem. Et secundũ Gal. in de inæquali dyscrasia, quæ per resolutionem est melior aliis: & illa quæ per saniationẽ melior quã quæ per corruptionẽ: per putrefactionẽ verò simpliciter mala. Signum ℘ apostema resoluitur, est leuitas, & carentia pulsationis. Signũ ℘ saniatur, est dolor, & pulsatio cum augmento caliditatis. Signũ ℘ corrũpitur, est nigredo & liuiditas. Signum ℘ retrocesit, subita diminutio per infrigidationẽ: aut per venenositatẽ vel ventositatẽ ad quam sequitur feb. & accidentia mala. Iudicia pustularũ in ca. propriis dicẽtur. Iudicia exiturarum sunt hæc. Cum videris inquit Auic.

pulsat

pulsationem plurimam,aut duriciem prolongatã,aut calidi tatem,& dolorem augmentatũ:tunc æstima quod apostema est in via, vt fiat sanies & exitura:cum autem videris lenitatem quandam,& sedationẽ doloris & caloris,& quod caput acuatur,& cum digitis apprehendis inundationem, & colorem ad quandam albedinem declinare videbis: tunc saniem scias ibi esse.vnde Hippo.in 2.aphorismorum.Circa generationem saniei magis accidunt dolores & feb. quàm facta sanie:& in cognoscendo saniem sis bene auisus: quia secundum Hippo.in 6.aphorismorum,multoties non manifestatur , imò decipitur medicus propter spissitudinẽ loci , & saniei grossitiem. Exitura secundũ Auic.quæ fit prope membra nobilia, & prope iuncturas , & in membris neruosis & venosis,& quæ fiũt in membro debili.& calore naturali depauperato,& quę fiunt de materia grossa grauis motus,plana & non acuta: suspecta est,& malæ maturationis:propter quod indiget adiutorio, & maturatione, & festina apertione. Quæ autem est secũdum diuersitatem ab ista, est laudabilis:& non indiget magno adiutorio:quia cito maturatur: & sæpe per se aperitur.Exituræ terminantur aliquoties per resolutionem : sæpius tamen per apertionem : & apertura quæ fit per naturam melior est quàm quæ fit per artem. Et quæ per ferrum quàm quæ per ruptorium. Nam secundum Auicen. hæc perforatio quæ fit per partem , generatiua est virus , & sordiciei , & fistularum : veruntamen cum non vides excusationem , tunc non est ingenium aliud.

Iudicia saniei ponit Hippo. in primo prognosticorum: putredo autem laudatur quæ est alba,& æqualis per totum, carens malo odore:quæ verò est contraria,pessima. Iudicia aliorum contentorum in singularibus capitulis dicentur.

Curationem apostematum Gal.perficere videtur per intentiones sumptas ab ipsis dispositionibus , & ab eorũ natura. Et secundum generalem indicationẽ,videtur quod ipse tractauerit sub nomine sermonis de apostematibus ex humoribus naturalibus generatis,in 13.therapeu.& de non veris ex innaturalibus humoribus factis in 14. Et hic etiã tractabitur de cura apostematũverorum ordinatorum & non corruptorum : quæ quãtum est de se vtplurimum resoluuntur: deinde sub nomine pustularum & exiturarum de non veris sanioſis corruptis,& in alienam naturam conuersis. iudicationem

tionem curæ ſumendo ab ipſa diſpoſitione, & à mẽbrorum, vt dictum eſt, natura. Diſpoſitio autẽ ipſa continet quantitatem, qualitatem, & materiam quæ includitur in eius ſubſtãtia. Aliter enim curatur magnum apoſtema: aliter paruum: aliter deriuatũ & fiens: aliter congeſtũ & factum: aliter calidum: aliter vero frigidũ &c. Natura membrorũ indicat, ꝙ aliter curãtur apoſtemata in carnoſis particulis: aliter in neruoſis: aliter in oculo: aliter in collo: aliter in emunctorio: & ſic de aliis: prout ſuperius fuit diſtinctũ, & inferius diſtinguetur: principiũ facientes in ſecundo ad Glauconẽ ab inuẽtione occaſionis ægritudinis: vt quę eum faciunt cauſæ abſcindãtur: qd autẽ iam eſt factũ, ſanare oporret ſecundũ eundẽ in tertio therapeu. Cum ergo generatio communis omnibus phlegmonibus ex ſanguine, id eſt ex maſſæ ſanguinarię influxione fiat amplior quã indigeat particula: influit autẽ, vt dictũ eſt, amplior, mandante aliqua particula: quandoque vero trahente ipſa quæ patitur: mittit autẽ particula, quãdoq; quidẽ vt ſuperfluũ: quãdoq; quidem vt triſte: quandoq; vero propter ambo: quę vero trahunt, hoc eſt propter calorẽ morboſum, aut dolorem, & iuuant ad hoc debilitas particulę, & meatuũ latitudo, & aliarũ viarum ſtrictura, & ſitus in baſo: vt ſuperius dictũ fuit. Conſequenter ex omnibus ſumũtur, & iudicantur tres intentiones. Prima eſt remouere ſuperfluum quod influit. Secunda eſt curare, & mitigare dolorẽ, & actionẽ quę membrum recipit, & materiam attrahit. Sed tertia eſt quod factum eſt ſanare. Prima cõpletur per Gal. vbi ſupra dicentẽ. Cum enim æqualiter ſibi inuicẽ aucti ſunt humores, & plethorã faciunt, & etiã vbi plethora non eſſet, dolore membri phlegmonẽ patientis, ac calore fluxionem excitante, ſanguinis ablatione curatur, & balneis ſequẽtibus, & exercitationibus, & frictionibus, dũmodo febris nõ adſit, adhuc etiã & pharmacis euaporãtibus: & præter hæc omnia ieiuniis, & regiminibus debitis. Cum autẽ flaua vel nigra bile, vel phlegmate, vel ſeroſis tumoribus plenũ fuerit corpus, & cacochymia generata fuerit, pro cuiuſq; humoris abũdantis purgatione curatio faciẽda eſt: de quibus inferius in ſingulis capitulis. & in antidotario dicetur, Auerſio aũt, ſeu antiſpaſis, id eſt in contrariũ euulſio cõmunis eſt in talibus vniuerſis: quantũ ad principiũ & augmentũ. Quantũ autem ad ſtatum, & declinationẽ non eſt malũ vti euacuationibus

per eãdem partem:quamuis noui medici faciunt talia absq; præuisione:vt dicit Auerrois in septimo, & dicetur infra de phlebotomia.

Secunda intentio completur cum sedantibus dolorem, & cum rectificantibus malam qualitatem:& cum restringentibus, & intercipientibus materiam à parte fluxus:& relaxantibus per partem vnde membrum consueuit purgari.

Sed & tertia intentio cõpletur per euacuãtia materiam à loco. Euacuatur autẽ non solũ diaphoreticis pharmacis: sed etiam repercutientibus:& magis incipientibus phlegmonibus repercutiẽtibus est vtendum quàm euaporantibus casibus saluis exceptis:de quibus Gal. videtur quatuor excipere. Primus est,quãdo apostema sit in emunctoriis. Secũdus, quãdo fit à re venenosa. Tertius,quando materia est grossa. Quartus,quando est vehementer incuneata. Auic.autẽ non excipit: niſi quando est in emunctoriis:aut in loco vbi sit timendũ de reditu ad mẽbra principalia.Rogerius excipit solum in materia venenosa. Commentatores ipsius quatuor magistri vltra ipsum in materia congesta, & frigida valde. Et quando fit per viam crisis, & iuxta principalia:& quando fit per subitam deriuationem Brunus dicit vt Aui. Theodoricus,vt quatuor magistri:Lanfrancus excipit decem casus. Hẽricus 19.magister Dynus de Florentia super quarto cañ. Aui. excipit 23. Ego autẽ distinguo de repercussiuis: ꝙ quędam propria sunt repercussiua:vt oxycratũ ex aqua & aceto, plãtago,solatrũ,bolus ar.absinthiũ,cinnamomũ:& talia quę repellunt materiã quã inueniunt ad fundũ,& quædã sunt repercussiua largè dicta:vt albumẽ oui, malua, oleũ rosatũ, & oleũ camomillæ,atq; mastychinũ,collyria alba,& talia quæ alterando prohibent mẽbrum à superfluitatum receptione. Dico duo primo quod in principio omniũ apostematũ phlegmonicorũ cõpetunt repercussiua proprie 10.casibus solum exceptis. Primus est, quãdo apostema est in emunctorio. secũdus, quãdo est materia venenosa.tertius,quãdo est de materia valde grossa.quartus,quãdo est de materia vehemẽter incuneata,quintus,quãdo est criticũ.sextus,quãdo est à causa primitiua.septimus,quãdo est in corpore pleno.octauꝰ,quãdo est in corpore debili.nonus,quãdo est iuxta mẽbrũ principale.decimus,quando est fortiter doloroſum. Secũdo dico ꝙ in principio omniũ apostematũ phlegmonicorũ cõpetunt

reper

repercussiua large, tribus casibus dūtaxat exceptis. Primus, quādo apostema est in emunctorio. secūdus, quādo est per viā crisis. tertius, quādo est de materia venenosa. In omnib⁹ istis casibus præcipue quādo materia est fluxa, & apostema in facto esse: & materia aliqua in parte est relicta: oportet materiā resoluere, & euaporare cū diaphoreticis nō mordicantibus, sed domesticis mediocriter calidis & hu. maxime in casibus tribus vltimis, in quibus volumus materiā trahere, & apostema augere, & reditū materiæ auertere: & hoc aliquoties facimus cum emplastris attractiuis. aliquādo cū vētosis, vt dicit Aui. Sit ergo regula generalis ꝙ in principio omniū phlegmonum ab exceptis ponātur repercussiua. In augmēto cum eis paulatine misceātur resolutiua. In statu vel ante statum super ipsa sint æqualia. Cum autē declinatio, & supplesinis status fuerit: non sit ibi nisi quod resoluat, & laxum faciat. Et hoc nihil aliud est dicere, nisi ꝙ durāte fluxu est repercutiēdum: & cessante ipso est euaporādum: mediāte vero, mediādum. In casu quo apostema incedit via resolutiōis, auxilia cum quibus ista cōplentur secundum diuersitatē materierum in capitulis singularibus, & in antidotario dicentur. Si vero apostema via incedit exituræ in secundo ad Glauconem, curatio earum exiturarum quæ iam incipiūt fit per indolorosam chalasticam. id est laxationem, siue euaporationem cum tetrapharmaco molli mitigatiuo in quo quid sit mellis additū 13. therap. Quæ autē iam processerunt, ad digestiuam & suppuratiuā ducere oportet. Quæ autem in aliam speciem transiuerunt, per chirurgiam abscindēda sunt: vnde in quarto therap. Et oportet intendentem, id est operantem ad meliorem modorum ire. Modi autē ipsius sunt tres, breuitas scilicet curationis, & indolorose operari, & tertia cum his infallacia, seu tuto curare. Ipsius autē infallacię sunt tres intentiones, vna quidē & prima, vt sortiamur finē totaliter, alia vero, vt si non sortiamur finem totaliter: saltim ꝙ passio alleuietur, & non noceat laboranti. sed tertia, vt nō fallaciter reuertatur ægritudo. Secundum hoc autē in nunc propositis exituris inuenitur quandoque per chirurgiam: quandoque per pharmaciam via sanationis eligibilior, quæ per chirurgiam, quæ ex toto genere præter naturam sunt, penitus abscindere intendit, quæ vero per pharmaca, primo quidem diaphorare & euaporare, si vero hoc non est

posſibile ſuppurare & putrefacere. Secunda intentio in eis ſit & per conſequẽs aperire,& mũdificare & incarnare & cõſolidare:& hęc ad curationem vlcerũ ducere. Neq; enim(vt dicit Gal. 4.therap.)ſuppurare,& cataplaſmare eſt ſecũdum primam rationem curæ apoſtematũ: ſed mitigatio quędam ſymptomatis,ſcilicet doloris. Et ſequitur,cõpendioſa enim cura phlegmonum per ſiccantia, & reſoluentia completur pharmacha,quæ vel totaliter ſanant à diſpoſitione,vel ſi relinquunt quid breue, ſuppuratur: & cũ acri pharmaco euacuatur:& ſi ſubtilis cõtinens fuerit cutis, & cito patientem liberare volueris,inciſionis eſt opus. Et hoc eſt quod dicebat Auic. q̃ curatio apoſtematis inquantũ eſt apoſtema eſt attractio materiæ extraneæ quæ facit accidere apoſtema. Auxilia autẽ maturatiua cũ quibus prædicta cõplentur,in ſingularibus capitulis & antidotario dicentur. Maturato autẽ apoſtemate, aut trãſmutato & incuneato,ſi ſanies aut materia nõ reſoluitur, vel ſi in conuenienti tempore ipſum per ſe non aperitur potiſsime ſi timeretur corroſio: aut aliud nocumentum aperiatur:& ſi neceſſe fuerit,cõtra aperiatur & extrahatur. prõptius autẽ,& tutius propter cauſam ſuperius dictam aperitur cũ ferro:& ſequẽdo doctrinã Albucaſis fiat foramẽ ſecundum quantitatem materię,& loci,ad formã folij oliuę ſiue myrti. Et oportet q̃ in aperiendo ſeptẽ attẽdantur cõditiones. Prima,quòd ſectio fiat in loco materiæ. Secũda,quòd fiat in magis inferiori loco. Tertia vt fiat ſecundũ rugas, & inceſſum muſculorũ. Quarta,quòd caueãtur nerui, & venæ quãtũ erit poſsibile. Quinta, quòd materia ſubito tota nõ extrahatur: præcipue in magnis exituris: quia timẽdũ eſſet de virtute. Sexta,quòd indoloroſius quo poterit locus tractetur. Septima,quòd poſt apertionẽ locus mundificetur,& incarnetur atq; cõſolidetur. Auxilia ad mũdificandũ ſunt elychnia, & bonæ ſtupatę,& emplaſtra,& vnguenta quę in ſingularibus capitulis,& in antidotario dicẽtur. In primis tamen diebus ſufficit vitellus oui cũ albumine inſpiſſatus cũ alumine:vt faciebat Guli.de Saliceto. Poſt vero tranſeũdum eſt ad mel roſatũ, & mundificatiuũ de apio. Poſt vero ad vnguẽtum apoſtolorũ,& egyptiaticũ,& deſuper baſilicon,diachylon, & diapalma, & alia quæ ad vlcera ordinantur: eo quia poſt apertionẽ exiturę,excreſcentiæ & puſtulæ ad curationẽ vlcerũ reducũtur. Si autẽ patiens non ſuſtineret ferrũ,

aperia

aperiatur cum medicinis: & ad hoc laudat Aui. se. lini, fermẽtum, & stercus columbinum: & si incorporaretur cũ sapone molli, aut cum mucilagine sinapis, bonum esset. Ruptorium tamẽ de calce, & sapone, in hoc obtinet principatum.

De phlegmone vero & apostematibus sanguineis notificatio. Cap. II.

PHlegmon secundũ Gal. in primo de ægritudine, & symptomate dicitur dupliciter, Vno modo communiter pro omni inflãmatiõe particularũ. Alio modo proprie pro omni apostemate ex sanguine vero, & puro generato, assumens sibi ĩ secũdo ad Glauconẽ generis nũcupationẽ. Et est duplex, verus videlicet, & nõ verus. Verus ex sanguine benigno multo plus saltim quã indigeat particula, fit. Nõ verus ex malo, & nõ naturali efficitur. Sanguis est humor calidus, & humidus ex tẽperatiori parte ipsius chyli generatus: & est duplex, naturalis, & nõ naturalis. Naturalis est humor calidus & humidus, in substantia tẽperatus, in colore rubeus, purus, in odore & sapore amicabilis. Sed non naturalis est ille qui deuiat ab isto infra terminos suę latitudinis, quos si trãseat, nõ est sanguis, sed alter humor. Quod cõtingit dupliciter, vno modo quãdo ipsius substãtia efficitur magis grossa vel subtilis quã debeat. Alio modo qñ aduritur: & eius subtile cõuertitur in cholerã citrinã, & grossum in melãcholiã absq; separatione. Per aliud fit innaturalis qñ alter humor aduenit de foris: quod multipliciter cõtingere potest secũdum quòd multæ species phlegmatis, choleræ, & melãcholię cum ipso misceri possunt. Ex quibus apparet quòd ex sanguine generantur quatuor species apostematũ. Primo ex sanguine naturali & benigno generatur verus phlegmõ. Ex sanguine illaudabili per admistionẽ tria generãtur apostemata, secundũ quòd tres humores possunt misceri cũ eo: vt si veniret sibi cholera, gñatur phlegmõ erysipelatodes: & si phlegma, phlegmõ vndimiades, seu verius œdematodes: si melancholia, phlegmõ sephiroides. Ex sanguine illaudabili per substãtiã suã, & adustionẽ secũdũ eius grossitiẽ, & subtilitatẽ, generãtur omnes pustulæ crustosæ à carbũculo vsq; ad esthiomenum, vt sunt carbũculus, pruna, ignis persicus, aut facer, esthiomenus, & anthrax: Non autem formicę vt dicebat in concordantiis socius ille.

Cause phlegmonis sunt primitiuę vt casus, & percussio, & malitia regiminis, & antecedētes, vt sanguinis boni, & laudabilis exuberātia: propter quā ad particulā debilitatā calefactā, & decoloratā deriuari cogitur, & incuneari, vt in capitulo vniuersali fuit dictū: ad quod oportet recurrere, vt dictum est, si vis bene particulam videre. Coniuncta causa est ipsemet sanguis in loco incuneatus.

Signa & iudicia sunt tumor eleuatus, calor roridus, rubor sanguineus, dolor pulsatiuus, & renitēria exrēliua: & alia signa repletionē sanguinis significātia. Phlegmō quatuor habet tēpora, principiū, augmētū, statū, & declinationē. Significatur principiū per ipsius causārū præsentiā. Augmētū per additionē magnitudinis, & retētionis declaratur. Status per aggregationē materię. Declinatio incipit tēdere ad lenitatē. Phlegmō prēterea terminatur p resolutionē, aut p sanationē, aut per putrefactionē, aut per lapidationē. Et tu scis per ea quę dicta sunt in capitulo vniuersali, illud quod resolui tur: q̄a tumor diminuitur, & dolor pulsatiuus alleuiatur. Et scis illud quod sanatur per additionē pulsatiōis, & caliditatis, & fixionis vtriusque. Et scis illud quod putrefit per tenebrositatē: & illud qđ petrificatur p duriciē. Prēterea in phlegmone plerūq; veniūt mala accidētia quę curā ordinariā prēuaricāt, vt est dolor magn⁹, q̄n est in mēbro sensibili: & reditus materiei ad īfra, q̄n est in emūctorio: & corruptio esthiomenata, q̄n nimis īfrigidatur, & materia cōculcatur: & duricies sclirotica, q̄n indocte resoluitur. Quocirca attendere oportet mēte in vnaquaq; remutatione ad quid trāsit eorum qui curantur tumorum vnusquisque: & dare operā ei, quodcunque appareat in secundo ad Glauconem.

Cura phlegmonis duplex habet regimē, vniuersale, videlicet, & particulare. Vniuersale sumitur ex capitulo communi superius posito. Particulare quatuor habet intentiones. prima vitā ordinat. secunda materiā antecedētē adæquat. tertia materiā cōiunctam euacuat. sed quarta accidentia corrigit.

Prima cōpletur cū debita administratiōe sex rerū nō naturaliū cū suis annexis vergētiū ad frigiditatē & siccitatem: vt est aer, cibus, & potus, somnus, & vigilia, motus, & quies, inanitio, & repletio, & accidentia animæ. In primis ergo eligatur aer syncerus & clarus, non humidus, nec rheumaticus. Et cibaria ipsius sint leuia, pauci nutrimēti. non comedat

edat pinguia, neque dulcia. dimittat brodia, leguminum substantiam, & lacticinia. species abhorreat, & alia, & cepas, & vina fortia. vtatur lactuci, spinachiis, & boraginibus: satis ponat de aqua in vino. & si febricitaret, transeat cũ ptisana, & lacte amygdalarum, & hordeato. sobrie viuat. cœnã dimittat. ventrẽ teneat laxum. quiescat saltim secundũ membrũ apostematũ parũ dormiat, de die saltim, honestẽ viuat.

Secũdam rem cõplet phlebotomia: si plethora sit per partem contrariã, si fuerit in principio: & per eandem, si fuerit in statu & declinatione. imò etiã euacuamus secundum Gale in 13. therap. vt superius dictum fuit, non solum propter plethoram, sed propter magnitudinẽ passionis, & dolorem, & commoderationem humorum. Dolor enim & calor phlegminati membri causæ rheumatis fuit: & si sine superfluitate fuerit corpus, vniuersales canones semper seruando.

Tertiam rem cõplent repercussiua, & refrænãtia in principio, exceptis calibus in capitulo vniuersali conditionatis: & cum resolutiuis mistis inæqualiter cum refrænatiuis in augmẽto: & cũ æqualiter mistis in statu: & cum puris resolutiuis in fine status, & in declinatione vt supra: si apostema incedit in via resolutionis. Si vero incederet via exituræ, cũ maturatiuis, aperitiuis, & mũdificatiuis. Et desiccãtia sunt quæ in vtriusq; fine sanãt. Auxilia repercussiua & refrenãtia quæ cõpetunt in principio, sunt quatuor formarũ. Prima est Gal. secũdo ad Glauconẽ, bxycratum ex aqua & aceto in forma potabili mistis, & cũ spõgia applicatũ. Secũda est Aui. quod recipit semperuiuæ lib. j. vini grossi acerbi lib. ß. farinę hor. quartã. i. corticum granatorũ, sumac puluerizatorũ. aiitę vnc. ß. coquãtur, & fiat linimẽtum. Tertia forma est Haiyab. Re. sandal. al. & rub, ana. drac. iij. memirhe. drac. iij. cimoleæ, voliar, ana. drac. ß. & ß. tere omnia subtiliter, & deligẽter cribra, & distẽpera cum succo semperuiuæ ac portulacę, siue lactucę, & fiat linimẽtũ. Quarta forma est totius cõmunitatis refrenatiuum, & alteratiuum vulnerum & cõcussionum. Recipe albumẽ ouorum quãtum vis, aquæ rosatæ, aut olei rosarum ad placitum: fiat linimẽtum & cum stupatis pãnis applicetur, & sæpe remutetur. Localia quę cõplent intentionẽ augmenti sunt trium formarum. Quarum prima est oleũ rosa. nã secundum Gal. in tertio phãsmacoi um simpliciũ ex parte rosa. refrenat, ex parte olei euaporat. Se-

cunda est Aui. Recipe foliorũ maluæ. M. j. absinthij. rosa. an. vnc. 5. farinæ hordei vnc. j. olei chamomillæ quartã 5. coquãtur, & pistentur, & fiat emplastrum molle. Tertia forma est eiusdẽ. Recipe vini cocti quartã. i. aquæ rosa. aceti. an. quartam 5. croci drag. 2. bulliãt modicũ, colẽtur, & fiat epithema cũ stupatis aut pãnis, & tardius quã repercussiua remutẽtur. Localia quæ resoluũt, & cõplent intentionẽ status etiã sunt triũ formarũ. Prima accipitur à magistro Dyno. Recipe parietariæ, foliorũ maluę an. M. j. furfuris subtilis partẽ. i. anethi, fœnugræci an. vnc. 5. olei chamomillæ quart. 5. coquãtur cũ vino, & pistẽtur, & fiat emplastrũ. Secũda est Gal. 13. thera. Recipe medullæ panis frumẽtacei lib. j. infundatur per horam in aqua feruẽti, & exprimatur aqua, & mellis quartã. i. misceatur, & fiat emplastrũ molle. Tertiã formã ponit Aui. in vnguẽto dicto diachylon & basilicone: quorum formæ & receptæ ponãtur in antidotario: & ista tardius remutentur. Declinationẽ vero per desiccationẽ cõplent lana succida aut stupata, aut spõgia, aut filtrũ cum vino styptico calido infusa expressa & applicata. Per saniationẽ cõplent declinationem auxilia triũ formarũ. Quarum prima est triapharmacũ Gal. quod fit de farina frumenti, aqua, & oleo simul coctis: & fiat emplastrum. Et si vis eã colorare cum modico de croco, fac. Secunda forma est eiusdẽ Gal. & ipsam assumit Halyab. Recipe mucilaginis ficuum, & corticis radicis maluauisci lib. j. farinæ frumenti libr. 5. coquantur insimul, & fiat emplastrum. Tertia forma est cõmunitatis. Recipe foliorũ maluæ, senecionis, radicis lilij, & corticis maluauisci. ana. M. i. farinæ frumẽti quartã. i. farinæ se. lini. vnc. j. axungiæ porci recentis lib. 5. coquãtur herbæ cum aqua, & pistẽtur cum aliis in mortario, & fiat emplastrum. & ista tardius remutẽtur. Si autem collecta sanie nõ aperiatur per se, aperiatur cum sagitella, vel cũ medicina aperitiua, & mundificetur, & incarnetur, & cõsolidetur. iuxta formã dictã in cap. vniuersali. & dicendã in tractatu de vlceribus: eo quia exituræ apertæ, vt dictum est, ad vlcera reducũtur. Sed quarta res quæ est accidẽtium correctio, cõpletur, secundũ naturã accidentiũ quæ cõtingunt: vt si adest dolor, q̃ secundũ omnẽ modũ mitigetur. Nam dolor prosternit virtutẽ: & totã rectã operationẽ impedit. Ponãtur ergo tẽpore doloris alterãtia & dilatãtia, vt est oleũ rosa. cũ vitellis ouorũ: aut mica panis albi tẽperata

in aqua

in aqua feruẽti expressa,& cũ oleo rosa.mista:aut maluæ co ctæ cum aqua mistæ cum furfure subtili: & oleo violarum: & crocus ingreditur in sedatione doloris secundum Aui. Et si est necesse trãsire ad hyposcyamum,fac audacter. Nã herba ipsius cum cineribus calidis cocta, & cum axũgia recenti aliqua mista,dolorẽ mitigat,& apostemata calida maturat, vt ponit Theodoricus. Caue tamen à nimia humectatione: quoniã in principio est timorosa,vt dicit Aui. Reditũ mate riæ ad intrinseca securat euacuatio & attractio,& si nõ cum alio,saltim cum vẽtosis. Si igitur suspitionẽ habueris,ꝙ apo stema induretur, decoque in aqua radicẽ cucumeris syluestris,vel bryoniæ,vel asari:multoties quidẽ ipsarũ solarum: quãdoque autẽ & pinguium ischadõ,id est ficuum superimponẽs. Demum in illa aqua farinã misce,& pinguedinẽ anseris vel gallinæ,& coque:& fiat emplastrũ in secũdo ad Glauconem. Si vero in apostemate corruptio accidat,tunc sacrifica locum: & cum aqua salita embroca: & post emplastra ipsum cum farina fabarum, aut orobi cocta cum oxymelite:& reliqua curatione esthiomeni cura.

Capitulum adminiculatiuum prædicto de carbunculo,anthrace,& esthiomeno,& pustulis malis sanguineis,& cura eorum ponenda.

Pustulæ malæ & corruptæ sanguineæ, vt dictum est,sunt omnes quæ in sua eruptione dimittunt escharã. Ex quo apparet quod licet furunculus sit paruus phlegmõ, nõ propter hoc est pustula mala corrupta:quia in sui eruptione nõ facit escharã. Curatur etiã & maturatur facta phlebotomia cum frumento masticato,& diachylõ:& mundificatur cum melle cocto,& sarcocolla,vt ponit Rasis,qui ipsum vocat carbũculum. Sunt enim tales pustulæ quæ dimittunt escharã secũdum Gal,in 14.therap.ex sanguine grosso ebullieṅte,& putrefaciẽte:quod dum incipit ebullitio,causa est carbũculi,& prunæ,& ignis perfici siue sacri. Si vltra protenditur, & per ebullitionẽ adipiscatur venositatẽ,est causa anthracis. Si vltra quòd finiatur ebullitio,& putrefactio,causa est gangrænæ,& esthiomeni. Sunt enim gangrænæ,& esthiomeni,& carbunculi proprie phlegmones,in lib.de tumoribus præter naturã. Non ergo sunt dictæ pustulæ ex mistione & aggregatione humorum naturalium,vt dicebat Lanfrancus &

Henricus: licet ipse Henricus in suis notabilibus de hoc fecerit dubium. sed sunt de sanguine grosso bulliente, in quo subtile, & grossum, quod in choleram, & melancholiam cõuertuntur, sint adhuc simul: & propter hoc dicebat Auicen. quod sunt de cholera citrina, & melancholia insimul mistis, differentibus secundum magis & minus, vt dicetur.

Est ergo carbũculus, siue pruna, siue ignis persicus, vel sanctus, quæ quasi pro eodem accipit Auic. pustula phlebotonica, mala, vesicans, & comburens locum in quo est, nigra seu cinericia cum rubedine obscura, & dolore versuto, & ardore, & vesicatione in circuitu: ex qua euenit quãdo rumpitur, escharа: qualem facit accidere combustio & cauterium.

Cuius causa est grossus sanguis semibullitus, & putrefactus, à quo non fuit adhuc separatum grossum & subtile.

Signa carbunculi incipiẽtis sunt rubor, fusciditas, citrinitas, duricies, dolor, & calor & incendium, acuitas, & parvitas formę ad modum ciceris, velocitas augmẽti, vesicatio in circuitu: & quãdo maturatur, videtur caro mortua & escharalis, quæ sorditiẽ emittit viscosam, ac si essent radices quędam: & aliquoties erumpitur in multis locis: & post reducitur ad vnum &c. Carbũculi nõ sunt negligendi: quia in parte sunt venenosi. Carbunculi licet à principio nõ sint vlcerati, terminantur vt plurimum ad vlcera. & ideo tractatus vlcerum in ipsis habet locũ. Carbunculi sequuntur pestilẽtiã.

Cura carbunculi tres habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia materiam coniunctam regit & gubernat.

Prima intentio cõpletur cum debita administratione sex rerum non naturalium cũ suis annexis secundum formam datam in phlegmone: nisi quod oportet quod magis declinent ad tenuitatem, & infrigidationem, & humectationem: eo quia ad ipsos plurimum sequuntur febres. Et propter hoc subtrahantur vinum & carnes: vtatur lactucis, portulacis, & granatis, & omnibus acetosis. Et si necesse sit, detur brodium pulli cum lactucis, & agresta alteratum.

Secunda intentio completur cum phlebotomia, primo à parte contraria, deinde quando locus incipit alterari ad nigredinem, de parte eadem.

Sed tertia intentio cõpletur ante vlcerationem, cũ mistis refrænatiuis, & euaporatiuis: ne materia retrocedat: neque

etiam

etiam irritetur: & ad hoc laudatur per Gal. in 14. therap. emplastrum de arnoglossa: & ipsum accipit Auic. Cuius forma est. Recipe arnoglossæ, lentium, panis furfuracei ana. coquãtur cum aqua donec liniantur: & applicentur supra locum: & in circuitu Aui. cum eo addit gallas: & credo quòd si subtilis sanguis magis apparet quàm grossus, laudabiles essent. Et emplastrum de duobus granatis coctis cum aceto, aut aqua acetosa, illud idem. Remissa aliqualiter furiositate, emplastrum Auicẽ. de ficubus, & vua passa & nuce, & farina hordei coctis cum vino ad maturandum, & rumpendum esset bonum. Facta eruptione, mundificetur cum succo apij, et melle, & farina coctis, & post more aliorum vlcerum cum diachylon consolidetur. Vnguẽtum tamen de bolo ar. oleo, & aceto semper in circunferẽtiis ponatur. Si vero locus incipiat malignari & corrumpi, sacrificetur circunquaque: & lauetur cum aqua salita: & vlcus cum trochiscis calidicon dissolutis cum vino desiccetur: & escara mundificetur cum emplastro dicto de apio, aut de butyro: & regimine anthracis & vlcerum putridorum curetur.

Anthrax secundum Guli. de Salicето nihil aliud est, quàm carbunculus malignatus. Materia namque anthracis est sanguis grossus, & ebulliens tantum: quòd propter suam ebullitionem adeptus est venenositatem. Dicitur autem bona buba per antiphrasim: quia pessima, periculosissima: (& deriuatur forte ab anthra quod est cor, quòd semper appetit cor):

Signa anthracis secundũ Hẽricum sunt signa carbunculi augmẽtata cum varia venarum in circuitu coloratione ad modum iridis: & magna mẽbri, in quo est põderatione, ac si esset ligamẽtis ligatum cum magnis & intolerabilibus angustiis, & calõribus, cum prostratione appetitus, & nausea, & cordis pulsu, cũ magna defectione. Anthrax ex tota natura, est ægritudo acuta, & periculosa: quia de materia multũ venenosa pestilentiali, & cõtagiosa. Et deterius eorũ est secũdum Aui. quod accidit in emũctoriis, & vicinitate mẽbrorũ principaliũ: timẽdum enim est de reditu materiæ. Et omnis pustula mala venenosa, quæ postquã apparuit retrocedit, est mortale: & maxime si apparuerint mala signa. Et quãdo accidentia sunt vehementia, est signum malum. Si vero accidẽtia remittantur, & quietentur, est signum bonum. Et salutis mortalium, vt dicit Auic. est illud quod est rubeum demum

& cit

& citrinum. Ex eo verò quod ad nigredinem declinat, nullus euadit. Anthraces enim in pestilentia multiplicantur.

Cura anthracis quatuor habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda confortat cor. tertia materiam antecedentem euacuat. sed quarta materiam coniunctam extrahit & gubernat. Prima completur cum debita administratione sex rerum non naturaliũ. Ordinetur ergo sibi mansio luminosa, & vociferetur: & parũ permittatur dormire: & alia ordinentur secundũ quod fuit dictum in carbunculo: nisi quod magis subtilietur regimẽ: diætetur sicut diætantur habentes feb. pestilentialẽ. Sufficit enim ptissana & aqua cum zuc. ro. lac amygdalarum, hordeatum vsq; ad quartum vel quintum diem, mala granata, arãciæ, limones, & omnia acetosa sunt pro ipso. Et si est necesse, detur brodium pullæ alteratũ cum agresta & lactucis. Secũda res completur cum administratione bonæ & probatæ theriacæ in quantitate vnius fabæ, & distemperatæ cum aqua scabiosæ, aut decoctionis eius: aut cum aqua rosa bugloss æ, si feb. est multũ acerba. & sit eius administratio, si est possibile, per sex horas post cibum; & non comedat de totidem horis. Et dico possibile: quia in theriaca necessitas nõ habet horam, vt dicit Auenzoar in princ. thesau. In tanto enim tempore vel circa communiter celebratur digestio prima. Auenzoar tamẽ in theriaca concedit septẽ horas, & plus. Auer. verò nouem. Et totum hoc est secundum medietatẽ temporis totalis digestionis quæ est 16. horarum secundum antiquũ præceptum quod in duobus diebus ter corpus reficiatur, licet secũdum Auic. terminus moræ cibi in stomacho sit à 12. horis vsque ad 22. quod de toto stomacho, & intestinis intelligẽdum est, vt dicit Albertus Bonoñ. Ratio prædictorum est: quia nullum pharmacosum debet misceri cum cibo. generatur enim inquietudo, & dolor, vt dicit Auẽzoar vbi supra. Theriaca autem non solum est pharmacosum, sed etiam in medio naturarum patientium corporũ, & lædentium ea pharmacorum 5. simplicium, quod nõ proprie, sed similitudinarie est intelligendum. Et redeũdo ad propositum, emplastretur sibi cor ab extra cum rosa. viol. floribus bugloss ę, & sandalis omnibus, atq; cortice citri. Et si feb. concedit, addatur modicũ de melliss a, & maioratia, atque de croco, & scarlatũ tinctum in grana, in hoc habet magnũ locum tormentilla, & herba tu-

nici

nici loco theriacæ laudantur per Hernoldum. Tertia res completur cum phlebotomia eiusdem partis, aut cum ventosis,& scarificationibus,si ætas nõ tolerat. Sed quarta res cõpletur cum infrigidantibus,& prohibentibus in circuitu, & non supra,ne materia retrocedat: vt est vnguentũ de bolo armeno, oleo rosa aut myrtino, cum aceto mistũ. Supra locum apponantur extrahentia materiã.& si non cum alio, saltim cũ ventosis,aut suctionibus succurrite diligenter, vel cum diligentia: quia ægritudo est quæ paucas dat inducias. Advltimas enim ęgritudines vltimæ curationes sunt necessariæ ad perfectionẽ. Ego enim aliquoties fui coactus cum cauterio actuali ipsum extirpate: imò audiui ꝙ cum morsu alicuius vilis personæ remouebatur. Sacrificetur etiã in circuitu, & embrocetur cũ aqua calida salsa, vt sanguis exeat, & non coaguletur,aut corrosiuũ apponatur.& arsenicum in hoc obtinet principatũ. In locovero,in quo aliquas daret inducias,maturetur:& aperiatur cum ficubus,& fermẽto,atq; sale insimul mistis,vt ponit Auic. post secũdam aut tertiam appositionẽ huius emplastri locus solet apparere totus niger,& apertus:& ex tunc mundificetur cũ mundificatiuo de apio:vt in carbunculo fuit dictum. Et postea cum diachylon finiatur. Medicamẽ de vitello oui cum sale sæpe applicatum maturat,& aperit anthracẽ,vt dicit Theod. Præterea ad maturãdum, & rumpendũ dictat Iamerius tales pultes. Recipe radicis apij,ranarũ,scabiosæ,rostri porcini,ancipitris,marubij,farinæ frumẽti, se.lini,mellis,olei,axungiæ veteris:coquantur cum vino,& fiat emplastrũ. Consolida quoq; maior inter duos lapides contrita quodã diuino miraculo anthracem liberat,& interficit ex toto,infra vnius diei spatiũ taliter,ꝙ postea non indiget nisi aliorum vlcerum cura,vt dicit Roger. quod affirmat Theod. Illud idem accipiunt quatuor magistri,& generalizãt de scabiosa verbum notabile: quod scabiosa in potu sumpta cũ vino vel comesta,interiora apostemata ad exteriora conuertit: & ea insensibiliter dissoluit. Illud quod ponit Henricus de probatione anthracis curabilis,& mortalis de bursa fellis porci,fabulæ sunt Theodorici. In cura anthracis respice curã carbunculi,& esthiomeni: quia in medio eorum est, vt superius fuit dictum.

Esthiomenus licet proprie non sit pustula:est tamen effectus pustularum: & ipsius cura ęst eis proportionaliter. Est enim

enim mors, & diſsipatio membri: & propter hoc dicitur eſthiomenus quaſi hominis hoſtis cum putrefactione, & mollificatione ad differentiam lupi, & cancri quæ diſsipant membrum cum corroſione, & induratione. Non ergo ſunt idem, vt dicebat Theodoricus & Lanfrancus atq; Henricus. Eſthiomenus vulgariter dicitur ignis ſancti Antonij, aut ſancti Martialis. Eſthiomenus vocatur gãgræna apud Græcos. vnde in libro de tumore, inter maximos phlegmones eſt vocata gangræna mortificatio exiſtens patientis particulę. Auic. tamen ponit differenti aminter ipſam per maiorem, & minorem mortificationem.

Cauſa eſthiomeni & deſtructionis vitæ in membris fit tripliciter. vno modo quando membrum non poteſt recipere vitam, ſcilicet vitam ſibi à corde delegatam, propter diſsipationem complexionis, & harmoniæ ipſius cauſatam à nimia frigiditate, vt in hyeme valida, & indocta apoſtematum infrigidatione: aut ab excellenti caliditate, & venenoſitate accidentis, & puſtularum malignarum. Alio modo: quia in membro vita recepta ſuffocatur, vt in magnis apoſtematibus: quæ ita obturant venas & poros cutis, quod ſpiritus carens reſpiratione, ſuffocatur. Tertio modo: quia vita non poteſt venire à corde ad membrum, propter ligaturam, aut concaſsionem factam in via.

Signa & iudicia ſunt ſecundum Gal. vbi ſupra. Primum quidem extinguitur coloris floriditas, quæ adhæret phlegmonibus: deinde, & dolor & pulſus diſcedunt: non ceſſante diſpoſitione, ſed mortificato ſenſu. Nigrum ergo membrum efficitur molle, & putridum cum fœtore cadauerali: & ideo cum premitur cum digitis, facit foueam quæ non reuertitur: imò quaſi videtur cutis à carne ſeparata. Eſthiomenus tantæ eſt ferocitatis, quod niſi cito ſuccurratur, faciliter mortificatur quæ paſſa eſt particula: & comprehendendo continua, interficit homines.

Cura eſthiomeni tres habet intentiones. prima vitam ordinat. ſecunda materiam antecedentem adæquat. ſed tertia locum corruptum. & mortificatum regit & gubernat.

Prima completur cum debita ordinatione rerum nõ naturalium declinantium ad frigiditatem, & tennitatem. Cibus ergo ſuus micæ panis ſint lotæ cum aqua. hordeatum, auenatum cum lacte amygdalarum, brodium pullæ alteratum,

tum, maximè si febricitaret, vtatur lactucis, portulacis, pomis granatis, & aliis acetosis. Et ad omnem euentum, quia fumi qui eleuantur à corrupto, possunt inficere cor, detur sibi theriaca, & alia cordialia administrentur sibi secundum quod dictum est in pustulis supra dictis.

Secūda intentio completur cum phlebotomia: & sanguinis mundificatione cum diacatholicon: & casiafist. & tamarindis, lupulis, fumoterræ: & polypodio: & talia, quæ sanguinem habent depurare: eo quia in istis corruptionibus semper est calefactio. Sed tertia intentio cōpletur, eo modo quo dicit Auic. Cum ergo inquit vides membri colorem alterari, tunc oportet quod liniatur cum vnguento de bolo armeno, terra sigillata, & aceto. Si autē illud non valet, non inuenies excusationem quin scarpellationē profundam facias in diuersis locis: aut sanguisugas apponas, & venas paruas proximas aperias: & locū cum aqua salita laues: vt sanguis grossus exeat, & non congeletur. Et pone super locum scarpellatum quod putrefactionem prohibet, & resoluit: vt est farina orobi, aut fabarum, cum syrupo acetoso incorporata, & semper bis in die cum aceto calido laua. Postquàm autem calefactio, & furia cessauerint vnguentum ægyptiacum, quod fit cum flore æris, alumine, melle, & aceto, æqualiter mistis, & coctis, desuper apponatur. prohibet enim, & resoluit putrefactionem: & facit cadere quod est putrefactum: & conseruat illud quod sequitur ipsum. Si autem perträsierit dispositio: & incipit venire ad mollitiem & putrefactionem, cauteriza, & separa corruptū à sano cum cauterio actuali: aut cum medicina causfica: vt sunt trochisci calidicon, aut andracaron, aut asphodelorum. Et ad hoc melius, & infallacius est secundum Theod. & Henricum, & me, arsenicum sublimatum purum, aut correctum in puluere, aut cum vino dissolutum, cum carpia, aut cotone desuper applicatum præcipue inter sanum & corruptum. Et si necesse est post, separa modicū cum spatumine inter sanum & corruptum: facit enim sine dolore sistere ægritudinem incontinenti. Modum autem ipsius infra capitulo, de glandulis, & de cancro, & ruptura specificaui. postea procuretur casus escharæ cum butyro, aut aliquo vnctuoso.

Et postquàm ceciderit eschara, locus purificetur lauando semper cum aceto, & emplastrando secundum Guil. de Sali-

ceto

ceto cum tali emplastro, Recipe mellis lib.ſ.vitellorũ ouorum crudorũ trium vel quatuor in numero. farinæ hor. lib. ſ.miſceantur:& fiat emplaſtrum. Et poſt duos vel tres dies, vt melior fiat mundificatio, addantur huic emplaſtro ʒ. 10. myrrhæ electæ. Cum ergo eſt neceſſarium incidere membrum:quia putrefactio nõ ceſſat: & timetur quod corruptio ad alia vadat membra : incidatur & ferretur,iuxta doctrinã inferius dicendã:& cauterizetur quod continet ipſum; quia illud eſt tutius. Quomodo autem membrũ corruptum, & mortuum ſeruatur ne fœteat, dicetur dum de cõſeruatione mortuorum tractabitur.Hæc eſt ergo quantitas quam dicimus hic inquit Auic.Et tu quidẽ inuenies in ſermone communi de vlcerib.putrefactis:quod te oportet addere huic c.

De Eryſipelate ſeu hæriſipila,& apoſtematibus cholericis. Cap. III.

LIcet phlegma in generatione humorum ſequatur ſanguis, & poſt ſanguinẽ de phlegmate ſit pus in corpore: nihilominus quia apoſtemata cholerica in multis cõueniũt cum ſanguineis,poſt phlegmonẽ, & apoſtemata ſanguinea, dicetur de cholericis. Apoſtemata cholerica,nomine cõmuni nominãtur Græcè eryſipelas, aut vt aliqui volunt hæriſipila:quia adhęret pilis & cuti:eryſipelas enim cutis eſt propria paſsio:ſicut phlegmon carnis,licet conſequenter ſe extendant 14.therapeu. Eſt tamẽ duplex eryſipelas:eryſipelas verum,& nonverũ.Verum eryſipelas ex cholera fit naturali abundante,vt dictum eſt,quæ proprie ſanguis dicitur ſubtilis,quod Auic.vocat ſpinam. Non verum ex cholera fit non naturali,quod formicã vocat Auic.vnde Gal.14.therap.eryſipelas duplicẽ habet differentiã, quia aut ſine vlceratione, aut cum hac fiens. Prius autẽ vniforme eſt, & vocatur phlegmon:aliud vocatur formica,ſiue herpes. Iſtud etiã innuebat in lib.de tumoribus præter naturã. Cum igitur peruenerit cholericum rheuma,quod quidem certitudinaliter eſt tale,id eſt purum,& ſequeſtratum:vlcerat cutim. Quod verò eſt tenue,& ſanguini commiſtum,& non ſeparatum:magis in tumorẽ eleuat quàm vlceret. Horum autem alter vocatur eryſipelas. Alter verò herpes.In ſecundo etiã ad Glauconem facit diſtincta capitula. primo enim determinat de formicis,& herpetibus:deinde de eryſipelate certo quod ex

ſang

sanguine subtili fit. Est ergo erysipelas apostema cholerici cum duplici dicta differentia: per prius tamē dicitur de vna, per posterius de alia. Cholera autē est humor calidus, & siccus ex subtiliori parte chyli generatus. Et est duplex, naturalis, & non naturalis: loquendo de naturali dupliciter vt dictū est. Naturalis est humor calidus, & siccus, in substantia subtilis, in colore rubicundus, declinans ad quandam citrinitatem in odore, & sapore acutus. Non naturalis est, qui declinat ab isto infra terminos suæ latitudinis: quos si transeat non est cholera proprie, sed alter humor. Quod contingit dupliciter: vno modo per se & in se: alio modo per mistionē. Per se & in se dupliciter: vno modo quādo cholera naturalis putrefit, & aduritur: & talis dicitur adusta per putrefactionē. alio modo quādo cholera nō naturalis vitellina aduritur siue in stomacho, siue in hepate, siue in venis. & efficitur prasina, & æruginosa: quæ sunt in vltimo malitiæ. Per admistionē efficitur cholera innaturalis, cū alter humor aduenit sibi de foris. Et hoc fit multipliciter: vt si phlegma tenue admiscetur cum ea, efficitur cholera citrina: si grossum, vitellina: si melancholia adusta permiscetur, efficitur cholera adusta per admistionem.

Et sic sunt secundū Auic. sex species choleræ innaturalis: sed secundum Halya. non sunt nisi quatuor: quia de duabus speciebus adustis nullā facit mētionē. Gal. autem in secundo de virtutibus non ponit præter naturam, nisi vitellinā, quia prasinā, & æruginosam ex malis oleribus dicit generari in stomacho, aut ex aliqua mala dispositione in venis in secūdo prognosticorū. Ex quibus apparet q̄ ex cholera generātur quatuor species apostematum. Primo ex cholera laudabili quam subtilem sanguinē vocant, generatur vnum apostema quod certū & verum erysipelas dicitur in secundo ad Glauconem. Ex cholera illaudibili per admistionem generātur tria apostemata scilicet erysipelas phlegmonodes, erysipelas œdematodes, erysipelas scirrhodes. Ex cholera illaudabili per adustionem, generantur secundum eius subtilitatem & grossitiem omnes pustulæ corrosiuę ab herpete vsq; ad cancrum. vt sunt herpes serpigo, & formica in 14. therap.

Causæ autem erysipelatis veri sunt vt phlegmonis veri primitiuæ, videlicet antecedentes, & coniunctæ.

Signa & iudicia sumuntur per cōparationē ad phlegmonē

iuxta doctrinã Gal. 14. therapeu. & secundo ad Glauconem, Et in hoc apparet quòd in erysipelate vero & certo, est species phlegmonis. Assumẽdo ergo primũ signũ veri, est color rubeus declinãs ad citrinitatẽ, secundum rubedo cito euanescens tactui. tertium tumor nõ multum trãsiẽs cutim. quartum caliditas vehemẽs feb. attrahẽs, & plusquã in phlegmone. quintum pulsatio non magna. sextum dolor mordicatiuus, & pungitiuus nõ extensiuus, vt in phlegmone: & alia signa dominiũ cholerę significãtia. Erysipelas vt plurimum accidit in facie: & incipit in lepore nasi: deinde spargitur ad faciem totã: & hoc est propter lenitatẽ choleræ, & faciei raritatem. In ossis denudatione erysipelas malũ. In erysipelate putredo, aut sanies, malum. Erysipelas verum quatuor habet tempora: vt alia apostemata: quorum signa à superioribus extrahantur. Erysipelas verum raro facit sanię. vt plurimum enim per insensibilem euacuationẽ terminatur. Propterea in erysipelate contingunt accidentia, quæ aliquoties in curando superant suam causam: & præuaricant ordinem curatiõis, vt de phlegmone dictũ est. Præterea erysipelas motum sequitur tertianæ: quia ad eius materiã habet analogiã.

Cura erysipelatis veri, vt cura veri phlegmonis, pręter regimen vniuersale, quatuor habet intentiones. Prima vitã ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. tertia materiam coniunctam extrahit & euacuat. sed quarta accidentia corrigit.

Prima completur cum debito regimine declinãte ad frigiditatem & hu. vt in tertiana. Eligantur ergo aër, & habitatio frigida: & infrigidata cum sparsione foliorum salicis, vitis, & cannarum, & iuncorum, rosa. & viol. Et dimittat omnia calida vnctuosa, pinguia, dulcia, & acuta: dimittat vinum, & lacticinia: vtatur lactucis, portulacis, cucurbita, hordeato, riso & aliis sanguinem inspissantibus, infrigidantibus. sobrie viuat. Ventrem teneat laxum. Dormiat & quiescat: Ac etiam honeste viuat.

Secundam rem cõplent euacuatio, & phlebotomia: quandoque euacuetur materia cum aliquo cholagogo: vt est electuarium de succo rosa. aut aqua tamarindorum Rasis, quod Reci. prunorum damasc. 20. tamarindorum recentium drac. x. zuc. vio. quartã mediam. fiat colatura: quę detur de mane. Et si vigoraretur electuarium cum drac. j. de succo rosa. esset

valde

valde bonum. Phlebotomia fiat, si expedit, secundū modum qui dictus est in phlegmone.

Tertiam rem complent infrigidantia, & repercutiētia in principio, casibus sitis in capitulo gñali exceptis. Et postea cum euaporantibus extra secundū immanifestā sensui transpirationem. Quoniā vero nō quantitate solū cōtristat, sed & qualitate, vehementē habens inflammationē: infrigidatione indigebat ampliori, quā phlegmone. Terminus autē infrigidationis sit transmutatio coloris: etenim cessat tunc certissime. Aui. etiā ad hoc laudat effusionem aquæ frigidę: Gal. vero succum solatri, semperuiuę, portulacę, psyllij, hyoscyami, & cętera in capitulo de phlegmone formata: deinde euaporat materiā Gal. cū farina hordei, & aliis in cura phlegmonis, iam superius dictis. Sicut enim & signa sumebantur secundum analogiam ad signa phlegmonis: ita & auxilia ad analogiam curationis ipsius.

Sed quarta intentio completur de reditu materiæ, & induratiōe, & corruptione, sicut in phlegmone dictū est de dolore, & ardore: optimū fit mitigatiuū de foliis, & radicibus hyoscyami inuolutis cū stupis coctis sub prunis mistis cum populeone, vel cū axungia: secundū qđ de phlegmonis dolore superius fuit dictum: si contingeret ipsum vlcerari, curetur cum vnguento albo, aut cum vnguento de lithargyrio: aut si adderetur eis scoria plumbi, optimum esset.

Capitulum adminiculatiuū prædicto de formicis, herpetibus, & pustulis malis cholericis.

Pustulæ malę cholericæ (vt dictum est) sunt omnes quæ in sua eruptione dimittunt corrosionē & virulentiā, vt sunt omnes ab herpete vsq; ad cancrum. Et licet sint multę species carentes nomine: tamen sunt duæ nominatę manifestę, herpes videlicet cenchrias græce, arabice formica & miliaris: & sunt omnes de cholera nō naturali differente secūdum grossitiē & subtilitatē. Quod autē trāsit vltra in grossitie, herpes esthiomenus græce vocatur, cancer latine. Et hæc est intētio Gal. in libro de tumoribus præter naturā 14. therapeu. secūdo ad Glauconē. Auic. vero omnes pustulas cholericas factas à cholera nō naturali, sequestrata, vocat formicas: quia à cholera naturali naturalitate nutritionis, dicta, quæ est sanguis subtilis, dixit fieri spinā, id est verū erysipelas: vt

ſuperius fuit dictum. Cõmiſceamus ergo græcum,& arabicum: & faciamus gratia manifeſtæ doctrinę,duas ſpecies puſtularum cholericarum:ſub quibus cõtineantur aliæ:vna vocatur herpes quæ fit de cholera ſubtiliori : alia vocatur formica de cholera groſsiori: & non curremus de nominibus, duntaxat ꝙ res intelligantur.

Sit ergo Herpes puſtula vel puſtulæ malæ cholericæ eryſipelate veſicatę,& inflammatæ cũ pruritu & rubedine declinante ad citrinitatem. Et breuiter herpes nihil aliud eſt quã eryſipelas puſtulata, & vlceratum. vnde Gal. in 14. therap. val le enim eſt ſubtilis cholera quæ herpetẽ generat,vt non ſolum omnes tranſeat,quæ interius particulas, quæcunque carnoſæ ſubſtantiæ ſunt:ſed & cutem vſque ad epidermida, quã ſolam corrodit,eo ꝙ detinetur quid ab ipſa:quod ſi demum hanc pertranſiret velut ſudor,non vlceraret.

Cauſæ & ſigna ex dictis nota ſunt. Ex dictis etiam apparet ꝙ herpes eſt velocioris reſolutionis,quã formica.etiam apparet quod eſt medium tranſitus de eryſipelate ad formicam,& de formica ad cancrum.

Curatio tres habet intentiones, vt eryſipelas. Prima vitam ordinat.ſecunda materiam antecedentem adæquat.tertia materiam coniunctam regit & gubernat.

Prima & ſecunda cõplentur vt dictum eſt de eryſipelate: niſi quòd iuuamẽtum phlebotomiæ minoratur in eo. Tertia vero non ſimiliter in ſecundo ad Glauconẽ,quia eryſipelas indiget infrigidare cum his quæ humectãt,cum nõ ſit vlceratũ. Nõ ergo cum lactucis,nec portulacis, nec cum aqua frigida:ſed cũ teneritatibus vitis,& rubi, & plãtaginis,cum lentibus,& farina hordei:& eo quòd ſcriptũ eſt ad phlegmones, miſcendo quid mellis, ſi indiget mũdificatione. Ad vlcerationes vero quæ non ſunt multum male morigeratæ, ſufficiunt vnguenta alba,& metallica, quæ dicta ſunt: & dicentur in vlceribus virulentis.

Formica eſt puſtula vel puſtulæ malæ cholericæ,ſine latitudine cum inflammatione & pruritu ambulãtes in cute cum vlceratione,corroſione, & virulentia. Et breuiter formica nihil aliud eſt quã herpes malus. Eiuſdẽ enim generis ſunt, vt dictum eſt. Cuius ſunt duę ſpecies: vna eſt leuioris motus, quia de magis acri,& ſubtili cholera. Alia tardioris, quia de groſsiori cholera:adeo ꝙ quibuſdam viſum fuit ſupermiſceri cho

ti choleræ phlegma, & dicitur miliare: & tantum potest ingrossari materia quod videntur esse pustulæ ficales & bothorales: quia ad modum ficus, & bothores sunt apparentes. Ex quibus appare nt causæ & signa.

Signa formica est tardioris resolutionis quã herpes. Formica non habet escharam: licet possit habere putredinem & virulentiam. In omni for mica sentitur quasi pũctura formicæ, inquit Aui. veruca in nascendo assimilatur formicæ: non tamẽ in materia: sed post efficitur claualis: & ideo Gal. inuenit eã curare cũ ambula 14. therap. formica. s. & pustulæ cholericę, licet à principio nõ sint vlcera, terminãtur vt plurimũ ad ea: & ideo tractatus vlcerũ in eis habet locum.

Cura formicæ vt herpes tres habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat: sed tertia partem pustulatam sanat.

Prima & secunda intentio complentur, vt dictum est de erysipelate, & herpete. Verum est quòd in solutione formicæ illius mulieris romanæ Gal. approbauit serum lactis in quo quid scamoneæ apposuerat. Auic. vero in miliari iubet virtutem turbit misceri, & etiam epithymi.

Supra vero locum antequã vlceretur, ponenda sunt medicamina mista, habẽtia virtutẽ repercussiuã videlicet, & diaphoreticã. Et ideo in talibus laudatur emplastrum de arnoglossa dictũ in carbũculo. Et emplastrũ de duobus granatis ante vlcerationem, & post sæpissime vtile inueni. Aqua quæ currit ex ligno vitis cũ aduritur, in miliari & ficali seu bothorali laudatur ab Auic. Et si in ea decoquerẽtur capita piscium salitorum, esset optima. Millefoliũ, & parietaria cum pauco sale pistata, sunt optima ad bothoralem seu ficalem, vt dicit Theodoricus. Et ad desiccandum putredinem in miliari præcipue laudat Auic. linimẽtum factum ex flore æris, & sulphure cum aqua dicta.

Vnguentum de bolo armeno, & terra sigillata, & aceto, & aqua rosa. saltim in circuitu approbat Halyab. & laudo vt continuetur. Quando autẽ manifeste apparet corrosio, & vlceratio: non descendẽdo ab infrigidatiuis in circuitu: supra vlcus apponas trochiscos andaton vel calidicon cum vino styptico vel aceto cõmistos, vel cum aqua rosa. sic quòd fiat linimẽtũ, inquit Haliabb. Et si ista nõ sufficiũt, oportet trãsire ad fortiora, velut ad arsenicum, & ferrum ignitum. in

secundo ad Glauconem. Ista enim talia consumendo materiam coniunctam corrodentem, sanant corrosionem. Post vero procuretur casus escharæ cum butyro, aut aliquo vnctuoso. Et si oportet ea incidere, incidantur, aut cauterizentur, aut cum ligamine ad modum verificus, euellantur, & sanatione aliorum vlcerum vlcus sanetur.

De œdemate seu vndimia, & apostematibus phlegmaticis. Cap. IIII.

SIcut aũt in cholerico rheumate fit erypsipelas: sic in phlegmatico œdema fit 14. thera. quod est apostema phlegmaticum duas habẽs differẽtias: vt & alia: verũ videlicet, & nõ verũ. Verũ œdema fit ex phlegmate naturali: quod nihil aliud est quã sanguis crudus siue diminute decoctus, qui in massa sanguinaria ad nutriẽdũ mẽbra phlegmatica reperitur. Nõ verũ est, quod fit ex phlegmate nõ naturali. Est autẽ phlegma humor frigidus & hu. ex crudiori parte ipsius chyli generatus: cuius aliud est naturale, aliud nõ naturale. Naturale est humor frigidus & humidus in substãtia crudus, in colore declinãs ad quandã albedinẽ: & in sapore, & odore ad dulcedinẽ. Nõ naturale est, quod deuiat ab isto infra terminos suæ latitudinis: quos si trãseat, nõ est phlegma, sed alter humor. Quod cõtingit dupliciter: vno modo in se, quãdo in sui substãtia aquosatur, ventosatur, seu attenuatur: & fit tũc phlegma tenue aquosum siue vẽtosum. Aut ingrossatur & inuiscatur: & fit tũc phlegma grossum, mucillaginosum, & gypseũ seu vitreum per vlteriorẽ indurationẽ. Aut ipsum putrescit, & alteratur: & efficitur falsum, & nitrosum & corrosiuum. Secũdo modo nõ naturale efficitur per admistionẽ, quãdo alter humor venit sibi deforis: vt si sanguis efficitur dulce: si cholera, efficitur salsum: si melãcholia, ponticum & acetosum. Sunt ergo octo species phelgmatis nõ naturalis secundũ Aui. Halyab. vero nõ ponit nisi quatuor. Gale. nõ videtur ponere nisi salsum & acidum. Nihilominus in secundo de differẽtiis febriũ, & secũdo de locis affectis, & in multis aliis locis, facit mentionẽ de vitreo: quod propter cõuenientiã multoties reponit cum acido. Ex quibus apparet quod ex phlegmate generãtur octo species apostematũ. Primo ex phlegmate naturali generatur œdema verũ & certũ. Secundo ex phlegmate nõ naturali per admistionem generantur

rantur tria apostemata secundū quod tres humores possunt cū eo miscerī, vt œdema phlegmonodes, & erysipelatodes, & & scirrhodes. Tertio ex phlegmate non naturali per alterationē in substātia generātur quatuor apostemata. primo ex phlegmate vētoso generatur apostema vētosum. secundo ex phlegmate aquoso generatur apostema aquosum. Ex phlegmate crudo, grosso, mucillaginoso generātur omnes nodi, & exituræ phlegmaticæ à lupia vsque ad nactam: vt sunt glandula, & nodi leues, dubellæ, & testudines. Ex phlegmate vitreo & gypseo fiūt oēs nodi duri, & scrophulæ. Ex phlegmate corrupto, & putrefacto generantur fistulæ, & vlcera scrophulosa. Est ergo vndimia vel œdema græce, zimia arabice, apostema laxum & indolorosum, id est parum dolorosum per comparationem ad phlegmonem, & erysipelas.

Causæ œdematis sunt vt aliorum apostematū triplices: Primitiuæ, sicut casus, & percussio, & malum regimen. Antecedentes, multiplicatio humoris phlegmatici. Coniunctæ, ipsum phlegma coadunatum in membro.

Signa & iudicia sunt humor laxus, & mollis, adeo quod cedit digitis, & seruatur impressio post digitorum remotionem: dolor paruus, calor debilis, color declinans ad albedinem, cum aliis signis dominium phlegmatis significātibus. Oedema vt cætera apostemata, quatuor habet tēpora. principium, augmentū, statum, & declinationem. Terminatur & declinat œdema, plurimum per solutionem, Raro per sanie, Sæpissime per conuersionem ad nodos, & ad alias excrescētias: quarum terminationum cognitiones superius in capitulo vniuersali sunt dictæ. Apostemata phlegmatica multiplicantur in hyeme, & in senibus atque crapulosis.

Curatio œdematis veri præter regimē vniuersale, quatuor habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. tertia materiam coniunctam gubernat. sed quarta accidentia corrigit.

Prima cōpletur cum debita administratione sex rerū non naturalium, & trium eisdē annexarum, quę oportet declinare ad caliditatem, & siccitatem, cum quadam subtiliatione. Et ideo cōpetit eis aer subtilis, & siccus, & panis bene coctus & præparatus: & vinum sit bonū, syncerū, & clarū cum pauca aqua. carnes sint electæ de auiculis campestribus, & de bono montone: paucis vtatur brodiis, & oleribus, atque offis,

caueat ab azymis,& crudis,& aquosis.nõ comedat substantias leguminum,neque caseũ,neque fructus grossos. pisces fugiat nisi parum de petrinis:& illi cum vino coquãtur. assa sibi sunt vtiliora elixatis,& pastillatis.sobrie viuat: parũ comedat:& minus potet. Venter laxetur cum ficubus,& cartamo. Exercitium temperatum est bonum. Parum aut nihil dormiat,præcipue in die:fugiat balneum, & omnes res humectantes. Secunda intentio completur digerendo materiam cum aliquo oxymelite:& eam euacuando cum aliquo phlegmagogo:vt essent pilulæ cociæ, aut de benedicta, aut diaturbit. Et si plethora adesset, laudabiliter posset aperiri vena. Tertia intẽtio cõpletur in principio cum repercussiuis nõ infrigidãtibus:sed aggregãtibus exiccationẽ,& resolutionẽ. In augmẽto cum resoluẽtibus fortioribus. In statu cum puris fortissimis. In declinatione cum cõsumptiuis,si incedit via resolutionis:si via exturæ regitur,cũ maturatiuis,& reliquo exiturarũ regimine. Auxilia repercussiua aggregãtia exiccationẽ & resolutionẽ, quæ cõpetunt in principio,sunt triũ formarũ. Prima forma est Gal.14.therap.& secundo ad Glauconẽ:propter autẽ,inquit,phlegmaticũ humorem sufficit aliquãdo,& spõgia sola in aqua infusa modicũ aceti habẽte. Fiat autẽ mistio vti biberet quis, & supplecale fiat. Et quãdoque dicit Aui. loco spõgiæ administretur pannus duplicatus,aut supple cõsimile:& bonũ est assiduare,& remutare sæpe:et cõprehendat omnia latera: et ligatura sit cum bona strictura à capite mẽbri incipiẽdo. Secunda forma est Auic. Reci. aquę baurac, et cineris, et aceti. ana. quod sufficit. Tertia forma est Rasis,et eã cõcedit Aui. Reci. aloes, myrrhæ,licij,acaciæ scief memithe,cyperi, croci orientalis, boli armeni. ana. omniũ partes æquales pulverizentur,et cũ succo caulũ,et aceto misceãtur, et fiat emplastrum. Auxilia quę cõplẽt intentionẽ augmẽti sunt prædicta fortificata cũ aceto. Sed ea quæ cõplent statũ,et declinationẽ,si tẽdit ad resolutionẽ,sunt trium formarum. Prima est Aui. et est spongia in lixiuio cinerum vitis,et fici,et ilicis,id est querci. Secunda est Bruni,et eã accipit Theodoricus. Reci. aluminis, sulphuris,myrrhæ,salis. ana. partes æquales:cõficiantur omnia cum oleo rosa. et aceto, et fiat linimentum. Tertia est Aui. Recipe stercoris vaccini lib. ʒ. olibani,styracis, vineæ, calami aromatici,spicæ,absinthij. ana. vnc. ʒ. cõfice cum aceto,et

to,& aqua caulis,& fiat emplastrum. Ad maturandum apostemata phlegmitica laudat Rogerius diachylon quod ipse conficit. Item ad idem. Recipe maluã, brancã vrsinam, radicis bismaluæ, radices lilij, cepas assatas, limacias, fermẽtum. se. lini cocta & pistata,& cum axungia veteri, vel butyro mista,& fiat emplastrum. Itẽ Theodoricus extrahit succum de ebulo,& sambuco, lapathio, leuistico, marathro: decoquãtur bene cum dialthæa, melle, oleo & butyro, & fiat emplastrũ. Maturato autẽ apostemate non expectetur vt aperiatur per se: quia tarde aut nunquã aperietur, vt dicit Hẽricus. Sed cũ ferro aperiatur, aut cum causto iuxta formã superius dictã. Et mundificetur sanies cum vnguẽto apostolorum & mundificatiuo de apio,& succo absinthij. Aut cum isto qui secundum Dynũ attrahit,& mundificat saniẽ grossam. Re. galbani, ammoniaci, resinæ terebẽthinę, picis, sepi vaccini, olei antiqui. ana. partes æquales. dissoluãtur gummi cum aceto: & liquefiat ad ignem cum aliis: & fiat vnguẽtũ: & curatione vlcerum sordidorum cura: & ita cõpletur tertia intẽtio. Sed quarta intentio cõpletur secundum naturã accidentium: vt si accidebat dolor, tunc secũdum Aui. oportet vt sedetur dolor in primis cum eis quæ sunt sicut œsipus seu hyssopus humida, & vinum coctum, & cerotaria cum oleo de chamomilla, de absinthio, & spica, & cera. Sed duricies dissoluatur cũ medullis bouinis, ceruinis, & cõsimilibus, vt dicetur infra.

Capitulum adminiculatiuum de apostemate ventoso.

Tempus igitur est iam de inflationibus pertransire non eandem œdomatibus curã habentibus in 14. therap. Nam & illa quidẽ, vt dixi, à phlegmatico fiunt humore. Et propterea comprimentibus nobis cedunt vsque sufficiẽs in profundum digitis descendentibus in ea. Inflationes vero ex spiritu coaceruato fiunt quandoque quidem sub cute: quãdoque vero in membranis, quę circa profundum coexistunt: quandoque vero circa vnum membrum: quandoque vero per totum corpus discurrunt: quandoque etiam cum dolore, quãdoque vero absque ipso.

Causæ talium ventositatum in sexto de ægritudine,& symptomate, est debilitas caloris in materia phlegmatica ad hoc dispositа. Est autem inquit,& harum generatio in ipsis

humoribus phlematicis vel cibis in vaporem resolutis à caliditate egena. Nam perfecta quidē infrigidatio nullatenus vaporem operatur: quoniā non omnino subtiliat, neque excoquit, neque dissoluit cibum. Fortis autem caliditas multò copiosius obtinens pluſquam secundum generationem vaporis subtiliat nutrimentum. Si vero ventosum fuerit natura: tunc enim generatur quidam spiritus turbidus, vt vtique dicat quis caliginosus & paucus: quod ab ipsa eructuatione euacuatur. retinetur autē in loco, vt dicit Aui. propter spissitudinem membri, aut propter ipsius vaporis grossitudinē.

Signa & iudicia sunt inflatio turbida, clara, resistens tactui cum quadā luciditate sonans, vt vter dum percutitur, & sentitur sæpe ambulans per totum corpus, dolorem excessiuū pariens. ventosas incluſa quæ non dissoluitur, multa parit incommoda. ventositas fumosa currens per corpus cum dolore, & anxietatibus, est verenda: quia videtur eleuari ab aliqua materia venenosa.

Cura apostematis ventosi tres habet intentiones. prima est in vita. secunda circa digestionem. sed tertia in extirpatione materiæ coniunctæ. Intentio vitæ fit quòd ipse abstineat se ab omnibus grossis, viscosis, crudis, phlematicis, & ventosis: vt sunt res dulces, substantia leguminum, fructus, rapæ, castaneæ. vtatur calidis, & siccis subtiliantibus, & carminantibus ventositatem, & panis hordeatus, in quo ponatur sal, & cyminum. Potus eius sit vinum album aut clarum, aut vinum græcum, & bonum pigmentum. vtatur porretis, cicere, cum cepis, & petroselino, calamentho, atque ruta, in quo ponatur cyminum. carnes sint volatilium, & aliorum secūdum quod dictum est in capitulo præcedenti. Secunda, virtus digestiua confortetur cum bonis spiciebus, & cōfectionibus de diacymino, diacalamentho, & cum tali tragea. Re. anisi, marathri, carui, dauci, cymini, bacarum lauri tritarū. ana vnc. j. liquiritiæ rasæ, zinzi, albi, galangæ. ana vnc. 5. gariophyllorum, cubebarum, piperis longi, se. rutæ. ana. drac. ij. anisi confecti quartam, id est panis zuccari tabarzet lib. 5. fiat tragea. Et ab extra inūgatur stomachus cum oleis de spica, de costo, atque de ruta. Sed tertia intentio completur cum his quæ habent mistam virtutem, vt digerant & euaporent, & stypticent moderate, & non augeant dolores. Et ad ista sumuntur tres formæ auxiliorum à Gal. 14. therapeut

peutices. Prima est spongia noua infusa in conia, id est sapone vel lixiuio calido: coexistente dolore forti subinũgatur particula cum aliquo oleo resolutiuo, vel cum aliquo relaxatiuo chalastico nõ existente forti dolore. Secunda forma fit cum lana succida infusa in sapone vel lixiuio cum vino cocto austero, maxime secundum principia. fortis autem virtus est in sapone, & in aceto: non ita autem in vino. Horum autem scilicet de vino, aceto, & oleo plus misces quàm de conia cum mitigare volueris. expellere autem, & corroborare voleus, vinum austerum nigrũ. euaporare eligẽs coniã. acetum autẽ ad ambo operatur, quia & mistam virtutẽ habere demõstratum est. Tertia forma fit linimentũ de terra tenaci & calce viua simul coctis cum aqua & vino. In casu autem in quo talis vẽtositas esset fumosa, mala, & corrupta à materia venenosa eleuata, & curreret per mẽbra cũ dolore, & æstuationibus intolerabilibus: nõ est consilium secundum Guliel. de Saliceto nisi quod postquam fuerit apprehensa in vno loco, ligetur mẽbrum à parte superiori & inferiori: & in medio perforetur cum rasorio, aut cũ ferro calido taliter quod exeat: postea impleatur locus cum aloe, & bolo dissolutis, & mistis cum oleo rosaceo & aceto, & post tertium aut quartũ diem locus incarnetur & consolidetur. Dixta tamen in isto casu sit tenuis: & mundificetur corpus cum aliqua medicina. Et si theriaca sibi daretur bonum esset.

Capitulum adminiculatiuũ de apostemate aquoso.

Ex phlegmate aquoso, & seroso generatur apostema aquosum laxum, & omnino indolorosum. vnde in sexto de ægritudine, & symptomate, ex serosis quidem superfluitatibus abundantibus in corpore generatur hyderus. In particulis vero, vesicæ, & apostemata aquosa: quorum causæ sunt alteratiua virtus infrigidata, & male disposita: & ciborum malicia, & aquositas: & ideo in 14. therapeut. & 2. ad Glauconem assimilat tale phlegma phlegmati hydropicorum, & corporum male habituatorum: quod est penitus aquosum non diuersificans curam ab œdemate vero, nisi in maiori deficcatione.

Signa & iudicia sunt quasi œdematis veri, nisi quod tumor est magis laxus in isto quàm in illo: & ideo non tantum resistit tactui: & sonat non vt ventus, sed vt aqua: & transiucet

aliq

aliqualiter circa lucem. In apoſtemate aquoſo eſt debilior calor quàm in ventoſo, vt ponit Gal. quarto aphoriſmorum commento vndecimo. apoſtemata aquoſa magis accidunt in pedibus, & teſticulis, ſeu in capite, & iuncturis, quàm in aliis locis: quia aquoſitas plus in eis deſcendit: & caliditas magis in eis hebetatur, ſecũdo prognoſticorum. Sicut ventoſitas raro reperitur ſine aqua: ita neque aqua concluditur in particula ſine vento.

Curatio quinque habet intentiones. prima ſtat in vita. ſecunda in rectificatione digeſtionis. tertia in purgatione per ventrem. quarta in eductione per vrinam. quinta in euaporatione humiditatis coniunctæ. Primas duas ordinauit Gal. in lib. de ſubtiliante diæta. Tres vltimas poſuit in ſecundo ad Glauconem, & ſeptimo aphoriſmorum, cõmento illius. Quibuſcunq; hepar. De vita, prima res perficitur per regimen dictum in duobus capitulis præcedentibus: niſi quod oportet vt iſtud ſit magis calefactiuum & deſiccatiuum: & ideo dimittat omnia humida & aquoſa, vt aquam, & herbas virides, & fructus, & caſeum, & lac atq; piſces, & omnia legumina, & carnes porcinas, & dimittat offas, & omnia brodia. ſobrie comedat, & potum minuat. panis ſuus ſit de hordeo in quo quid ponatur de aniſo. vinum ſit optimũ, tamen in parua quantitate ſumptum: vina græca, & pigmenta ſunt ſibi bona: aqua cicerum, & ſaluia, hyſſopus, calamenthum, allia, & cepe cocta, & ſpicies, & genera ſalis, conueniunt: cibaria cuniculorum, & auicularum campeſtrium, & carnes gallinarum, & montonum expediunt, & omnia ſicca. laboret, & vigilet, ieiunet. Et ventrem, & vrinam ſæpe inuitet.

Secunda intentio completur cum bonis ſpiciebus, & bonis drageis, & vnctionibus ſuperius dictis.

Tertia res completur per purgãtia humiditates aquoſas & ſeroſas: vt ſunt panis factus de farina hordei, aut lacte tithymalli: aut panis factus de eſula, & granis catapuciæ, atq; tartaro cum modico de ſpica: aut pillulæ de ſucco cucur. agreſtis: & ſpiciebus dictis ab heben Meſue in ſimplicibus medicinis ſuis.

Quarta res completur cum tragea dicta in qua additur ſemen apij, & petroſelini, & ſe. alchechengi, atq; ſpica. Sed quinta res perficitur cum exiccantibus, & reſoluentibus trium formarũ. Prima eſt Gal. vbi ſupra cum oxyrhodino & ſale.

& sale. Secunda est eiusdem cum spongia infusa in lixiuio, & aliis auxiliis dictis in œdemate verò fortificata cũ aphronitro, & alumine, & sulphure. Tertia forma est cuiusdam emplastri per Auic. in cura scrofularum, in lib. de compositione medicinarum secundum genera, seu catageni Gal. attributo, de quo dicit quod resoluit omnem duriciem in minus quàm hebdomada: in tribus scilicet diebus. Ego tamen eum in illo libro non inueni. Sed cum ad resoluendum duriciem aquosam, & ventosam acceptaui. Re. seminis sinapis, se. vrticæ, sulphuris, spumæ maris, aristolochiæ, bdellj, ammoniaci, olei antiqui, ceræ quod sufficit, & fiat emplastrum. Si autem per illud non resoluitur, non est consilium, nisi quod cum ferro aperiatur: & post mundificetur, & modo vlcerum sordidorum curetur.

Capitulum adminiculatiuum de nodis, glandulis, scrofulis, & omnibus excrescentijs phlegmaticis.

Glandula, & scrofula, nodus, & lupia, testudo, & nacta. hernia, botium, atq; bubo fugilinus, vbicunque in corpore nascantur, phlegmaticam videntur habere materiam, vt dicit Rogerius: & bene dicere videtur: quia licet aliqua sint permutata in duriciem melancholicam: radix tamẽ eorum fuit phlegma pro maiori tamen parte: quia aliquando coniungitur cum eo alter humor: nos tamen loquimur semper de simplicibus: vt sint exempla compositorum secundum quod superius fuit dictum. Omnia tamen prædicta sub genere exiturarum, & excrescentiarum phlegmaticarum reponuntur. Speciales præsertim inter se habent differentias. Glandula ad formam glandis dicta, satis mollis, vnica, mobilis, & separata, vt plurimum in emunctoriis generata reperitur. Scrofula ad modum scrofæ porcinæ plurificatur, dura, non omnino separata, in collo plurimum reperta. Lupia sicut lupulus, mollis, rotunda, in iuncturis, & locis siccis suam aperit natiuitatem. Nodus sicut nodus chordæ rotundus, durus, & mansiuus, circa loca neruosa inuenitur. Testudo est exitura magna humoralis, mollis cum lata forma ad modum testudinis, dicta in capite talparia, in collo botiũ, in testiculis hernia, & aliquoties cum sanie & squamis, aut

fistulis

fistulis reperitur. Nacta est etiam nascentia magna carnosa, velut caro natium, seu ancharum, diuersarum formarum & quantitatum, velut melon, & cucurbita, sortiens diuersa nomina secundum formam & membra. Plura autem nomina habent prædictæ excrescentiæ. Sed non est curādum: duntaxat quod res cognoscatur, quæ diuersificatur & inducat sub talibus diuersitatibus curam. Excrescentiarum quædam continentur in sacculo siue cysti: quædam verò sunt in carne infiltratæ: quædam etiam sunt resolubiles: quædam verò non: quædam sunt cum gracili pede: quædam verò non: quædam magnæ: quædam paruæ: quædam sanabiles: quædam verò non: quædam etiam sunt squamosæ, fistulosæ, & cancrosæ: quædam verò non, & sic de aliis.

Causæ istarum nascentiarum sunt triplices, videlicet primitiuæ vt casus, & percussio, crapula, & regiminis malitia. Antecedentes sunt humores maximè innaturales phlegmatici: & phlegmones permutati, vt superius fuit dictum. Causæ coniunctæ sunt ipsæmet materiæ quæ in loco continentur. Continentur autem in istis quandoque humores aquosi, putridi, & corrupti, limosi, & mucilaginosi, mellini, pultini, & adipini. Quandoque verò continentur carnes phlegmaticæ, & spongiosæ, atque glandulosæ: quandoque verò lapides & aliæ res.

Signa & iudicia habentur per suas dictas descriptiones & differentias. Signum quo concludantur in cysti est mobilitas, & cutis separatio. Quando verò sunt mansiuæ, & adhærentes in carne, siue cysti videntur esse. Nouę & tractabiles videntur esse resolubiles. duræ verò & antiquæ, nequaquam. Rubor, & dolor, & caliditatis additio ostendunt excrescentias saniaturas, & fistulosas & cancrosas. Multiplicatio scrofularum, & discursus earum per corpus, & caliditates extraneæ, ipsas ostendit esse germina scrofularū intrinsecarum. Vnde Arnoldus. Scrofularum extrinsecarum multitudo clamitat earum pluralitatem intrinsecā. De quibus dicit Auic. quod tales in casu, & offensione multiplicantur. Et ideo sequitur in Arnoldo, quod in talibus parum proficit exterius operari, & tu scis supra quod eis multum conferūt purgantia, & potiones diureticæ, atque electuaria desiccantia, & ætatis mutatio puerilis: propterea pueri, propter gulositatem, & raritatem corporis sæpius incurrunt scrofulas.

senes

ſenes autem tardius, propter contrarium. Amplius habentes frontem curtam, & tempora compreſſa, & maxillas amplas, parati ſunt ad ſcrofulas: quia in talibus prompte materia deriuatur ad collum: vt dicit Henricus. Inciſio excreſcentiarum, & corroſio, eſt multum verenda, circa ventrem, collum, & commiſſuras: propter propinquitatem venarum, arteriarum, & neruorum, ac intrinſecæ ſpatioſitatis. In inciſione magnarum ſcrofularum eſt cauendum de vena quæ nutrit eas, circa pedem. Sæpe enim parat hæmorrhagiam, & periculum magnum.

Curatio duos habet proceſſus, vniuerſalem videlicet & particularem. Vniuerſalis proceſſus concernit vitam, vt non multiplicetur materia, & adæquat materiam antecedentẽ, vt non addat in coniunctam. Primum completur per regimen dictum in capitulis proximè præteritis. Ad maiorem ſubtiliationem, & inciſionem declinando. quare ſecundum Auicen. oportet vt deuitet cibos groſſos, & potum aquæ frigidæ, & nauſeatiuam ſatietatem, & repletionem, & toleret famem quantum poterit. Super omnia bonam digeſtionem procuret. Caueat habitationem humidam, & valloſam, aquarum malarum irrigatam. Potus eorum ſit bonum vinum atque aqua aluminoſa ſeu ſulphurea. Nam ſecundum Arnoldum vſus aquarum mineralium maximè ſaporis tartarei, non ſolum interiora bocia: ſed extrinſeca valet attenuare. Secundum completur tripliciter euacuando, per ſeceſſum, & per phlebotomiam quandoque, & purgando per vrinam, ac euaporando cum conſumptiuis. Ad primum laudatur per omnes puluis de turbit, qui ſecundum Auicen. fit de turbit & cinc. & zuc. partes æquales, & concedit de ipſo drac. ij. & teſtificatur quod cum hoc quod ſoluit phlegma groſſum, non calefacit, nec abradit inteſtina. Raſis verò qui fuit magis audax in laxatiuis, eum facit in cap. de doloribus ventris, in 9. Alman. de 20. partibus turbit. & 10. cincib. & 30. zuc. & drac. iij. de ipſo concedit. benedicta, & hiera, & pilulæ de agarico, & maiores hermodactylatæ ſunt ſatis cõuenientes. Ad ſecundum ex dictis multorum talem conſueui potionem. Recipe ſcropuli partes tres, philipendulæ partes duas, pimpinellæ, piloſellæ, tenateti, caulium rub. rubeæ mã. ana. part. j. ariſtol. radicis ſpatulæ fœtidæ, radicis raphaniana partem 5. conquaſſentur, & cum vino albo, &

melle

melle vsq; ad consumptionem medietatis coquantur, & fiat colatura. de qua de tertio in tertium diem hora matutina, quartum, id est tepidem administretur. Ad tertium Gal. 14. therapeu. maximè ad glandulas intrinsecas quæ extrinsecarum sunt causæ, consulit theriacam, athanasiam, atq; humorusiam: & medicamẽ quod per craticam nepitam aliter calamenthum fluuiale cõstruxit. Plures alias potiones, & electuaria, olea etiam ad iniiciendum per aures, & emperica multa, posuerũt nostri prædecessores, quæ in operibus meis non acceptaui. Concedo tamen, quod virtute diuina serenissimus rex Franciæ tangendo liberat multas: & hoc est de regimine, & processu vniuersali. Particularis siue localis processus maximam sumit diuersitatem à substantia, quantitate, & natura membri & corporis. Temporis autem duratio licet non iudicet curam: iudicat tamen qualis est dispositio, 14. therapeu. Et quãuis à prædictis possunt sumi multæ indicationes, & intentiones: reducantur quantum est de præsenti ad sex. Primo molles paruæ quæ vocãtur lupiæ: quando sunt in membris firmis, quæ propter paucam duriciem suspicãtur habere teneram cystim, constringuntur & desiccantur. Secundo maiores non multum duræ nec inueteratæ ad modum apostematum phlègmaticorum, mollificantur, resoluuntur, & consumuntur. Tertio sanioſæ & apostemosæ aperiuntur & mundificantur. Quarto quæ non poterunt cum prædictis curari: (& sunt mobiles & tractabiles) incidantur & extrahantur. Quinto quæ tales erũt, immobiles, & infiltratæ atq; latæ, corrodantur & mundificentur. Sexto quæ tales, & pedem siue radicem habebunt gracilem: ligentur & euellantur. Primum completur, vt tales secundum Auicen. conterantur, & comprimantur: deinde super ipsas stringatur cum graui ligatura plumbũ: quoniam vt ait digerit ipsum. Primo enim fricetur lupia cum manu, vt aliqualiter calefiat, & mollificetur: deinde tenendo particulam firmiter cum fundo scutellę, aut cum aliqua solida linea toties, & taliter percutiatur, donec euanescat: & cum cystis interior fuerit delaniata, & materia sparsa, statim desuper laminam plumbi secundum quantitatem lupiæ, cum bindello duorum capitum stricte, & firmiter ligetur: & de nouem diebus non remutetur. Rogerius tamen præmittit vnguentum factum de plumbo vsto, & caligine sambuci seu

ficus

ficus cum oleo & aceto: quod Brunus accepit. Theodoricus præmittit emplastrũ factũ de aloë, acacia, myrrha, olibano, & sarcocolla cum aceto seu albumine oui. Henricus pręmittit, & supę laminã ponit etiã paruas plagellas de stuppis, infusas in albumine oui inspissato cũ sale, & alumine zucarino. Secundũ cõpletur vltra auxilia phlegmaticorum apostematũ superius positorũ, quę ad hoc, & ad omnes hernias cum sequẽtibus sunt vtilia, per quoddam emplastrũ Gal. catageni quod dissoluit exitura grossas, & confert patienti scrofulas, & apostematibus quæ fiunt in radice auriũ & podagræ: & in multis aliis facit opus laudabile, in vltimo Reci. olei veteris vnc. xij. picis siccæ vnc. vj. laudani vnc. iij. lethargyri drac. xij. viridis æris drac. xiiij. galbani vnc. iij. teratur lithargyrum cũ oleo & coquatur: & cũ erit inspissatum, supponatur pix & viride æris: & vltimo ponatur laudanũ, & pistẽtur in mortario: & vsui reseruentur. Secundũ Rasim, similiter eadẽ intentio, & multos alios, cõpletur cum diachylon communi & ireato. Cuius forma infra in antidotario ponetur: in quo ad vnam libram diachylon malaxetur vnc j. pul. radicis ireos, aut cum diachylon magno heben Mes. Cuius forma dicetur infra. Ipse etiam Rasis vir magnæ experientiæ consulit stercus antiquũ caprinum cũ melle, & aceto supra ignẽ emplastratum: aut emplastrum factum de fœnogręco, se. lini, semine caulium cũ mucilagine maluauisci confectis: & est bene maturatiuũ. Halyabbas cõmendat istud. Reci. farinæ fabarum, farinę hordei. cuiusq; drac. x. radicis liquiritiæ, radicis althææ, picis, cuiusq; drac. v. cerę albæ, adipis anserini cuiusque drac. x. terantur, & incorporẽtur cũ oleo antiquo, & cum vrina pueri virginis, & super lento igne fiat emplastrum. Ex auxiliis Auic. hoc accipio. R. stercoris vaccarũ vnc. ij. radicis cauliũ, radicis capparis, squillę, ficuum pinguiũ ana vnc. ę. lupinorum, bdellij ana drac. ij. mellis, aceti, axungiæ por. fęcis olei antiqui. ana quod sufficit. fiat emplastrũ. Brunus probauit in omnibus apostematibus duris, & Theodoricus ab eo accepit ammoniacum, bdellium, galbanum, omnium partes æquales, dissoluãtur in aceto per tres dies, quibus supra ignẽ addatur furfuris subtilis quod sufficit: fiat emplastrum. Rogerius ad scrofulas. R. radicis filicis, asphodelorum: & si adderetur ebulorũ, bonum esset. coquantur in optimo vino: & pistãdo addatur modicũ de sulphure viuo: & fiat emplastrũ,

Vide in libro sexto de cõpositione medicamẽtorũ, secundum generaliter enim ibi describitur.

Magiſter meus Montiſpeſſulani ſumme laudabat emplaſtrū factum de limaciis 12. coctis cū vino aut lixiuio cinerum clauellatorum, aut cū capitello. imò quod fortius erat, eis qualibet die vnam ſiccam, aut confectam adminiſtrabat. Tertia intentio cōpletur communiter cū prædictis. nam omnia reſoluentia mollitiua quando inueniunt materiam repugnantem reſolutioni, materiā maturant, & inſaniant: præcipue ſi fuerit dulcis materia, aut cum ſanguine aſſociata. Halyabbas tamen appropriat ad maturandū eas emplaſtrū factum de farina hordei, & olibano atq; pice cū vrina pueri incorporatis. Auic vero ad refrænandū furiam caliditatis cōſulit farinam prædictam cum aqua coriandri: & fortius illo ſit de myrrha cum duplo ſui de lycio cum aqua dicta. Ipſis autem maturatis, quod ſcies per ſigna ſaniei, aperiantur, aut ſecentur, & mundificentur cum vnguēto apoſtolorum ad chriſtianos relato, ſanationis magnæ in ſcrofulis malis & vlceratis, aut cū vnguento ægyptiaco Raſis in antido. dicēdo: & cū diachylon, aut cum diapalma deſuper ponendo. Et ſi eſſent in loco in quo oſſa eſſent cōtaminata, & corrupta, vt in iunctūris dicetur infra, aut aliqua mala morigeratio adducta: regantur cū regimine vlcerū ad quæ determinantur. Quarta intentio cōpletur ſecundum doctrinam Albucaſis: quē in hoc ſequuntur omnes præterquā in experiendo materiam cum intromiſſo: quod fortem facit: quia continentes humores ſecundum longum aperit & mundificat: continentes vero res duras ſecūdum crucem ſecat & excoriat. quicquid ſit, glandulas, & ſcrofulas, & tales excreſcentias tractabiles iubet cum digitis apprehendere, & ſecundum longum findere, & excoriare cum aliquo ſpatumine contuſo & non acuto: elongando labia cum vnciis, & eas cum floſculo ſuo totaliter extrahere: quia alias rediret, & vulnus ſi neceſſe eſt ſuere, & reliqua, vlcerum curatione tractare. Ego autem propter melius extrahere apprehendo deſuper cutim: & cū forficibus ſecundum quantitatem excreſcentiæ in forma folij myrti quod ſupereſt de cuti incido: & in reliquis, vt dictum eſt procedo. Si autem ſanguis te perturbat: iubet eum cum auxiliis ad ſanguinem reſtringere: & poſtea ad operationem redire: paruum autem fluxum cum ſpongia, ſtuppis, aut corone infuſo, & expreſſo in aqua, & aceto exiccando ego reſtringo. Si ergo aliqua vena digna ratione continuatur

cum

cum pede, iubet eam ligare: & ita quousque cadat, dimittere vel permittere. Si aliquid de cysti, aut flosculo, vel de aliquo extraneo remanserit, iubet consumere in primis diebus implendo vulnus cum cotone vel consimili infuso in aliqua aqua salita. Ego autem in albumine oui cum alumine inspissato. post vero cum vnguento ægyptiaco, vel cũ aliquo de corrosiuis. In omnibus autem istis operationibus, quod apostemata sedat, iubet apponere. propter hoc igitur super totum, stupatam infusam in albumine oui, & oleo ros. superappono.

Quinta intentio completur secundũ Brunum, & sequentes ipsum, ꝙ cutis cum caustico secundum quantitatem excrescentię rumpatur: & caute seruetur ne ad alias partes diffundatur. Et ad hoc non fallit: & operationem iuuat ruptorium de calce & sappone: & operationem suam perficit saltim in 12. horis: & si staret amplius, non esset malum. deinde finde in medio escharæ secundum longum profundando vsque quasi ad viuum: & incisuram incarcera cum aliquo lychnio de aliquo corrosiuo seu forti medicamine à puluere asphodelorum vltra. Et licet multi multa ponant: & in antidotis multa nominabuntur: arsenicum sublimatum, & præparatum, quid scit id bene ducere, obtinet principatum, vt infra dicetur in ruptura. Modus autem ducendi, & gubernandi talia certitudinaliter describi nõ potest in tertio therapeutices. Est enim arsenicum, fortis, & violenta medicina, commouens febres, & accidentia mala, in parua quantitate magnam faciens operationẽ. Quantitas communis est medietas grani frumenti in fortibus, & longe à membris principalibus plus: in contrariis minus: melius est semper reiterare quã in vna vice nimis ponere. per tres dies durat operatio sua: quare interim teneat infirmus regimen: ac si haberet febrem, & membrum & partes adiacentes eum populeone, solatro, & aceto, & aliis infrigidantibus defendãtur. Quando autem cõstabit tibi per duriciem, & tumorẽ escharæ, ꝙ grandula est corrupta: ex tunc procura casum escharæ cum butyro lauato cum modico de farina frumẽti inspissato: aut cum axungia, vel aliquo non salito vnctuoso. Et post casum escharæ: si aliquid remanserit cum pul. asphodelorũ, aut vnguento ægyptiaco consumatur. si vero totum est consumptum, more aliorum vlcerum consolidetur.

Sexta intentio cõpletur cum ligamine de seta, aut de pilis equorum stringendo de die in diem ligamine posito: aut ponendo aliud quousq; excrescẽtia fuerit deficcata. Iuuando ligamen cum aliquo corrosiuo, & sedando dolorem cũ albumine oui: aut oleo populeone: aut cum aliquo sedatiuo. Et postquàm ceciderit, more superius dicto procuretur.

De sephyros, siue scliroſi vel scirrho, & apostematibus melancholicis. Cap. V.

TEmpus igitur est iam pertrãsire ad aliud tumorũ genus, de humore videlicet melancholico generato, habens duplicem differentiã, scilicet verum, & non verũ, vt & alia apostemata. Est enim verum apostema quod ex melancholia fit naturali: quæ nihil aliud est quàm sanguis grossus qui in massa sanguinaria ad nutriẽdum mẽbra melancholica reperitur. Non verum vero, quod fit ex melãcholia nõ naturali. Melãcholia est humor frigidus & siccus ex grosiori parte ipsius chyli generatus. Et est duplex: naturalis, & non naturalis. Naturalis, est boni sanguinis fęx & turbulẽtia, in substantia grossa, in colore declinãs ad nigredinẽ, in sapore ad ponticitatẽ & acredinẽ. Non naturalis, est quæ deuiat ab ista infra terminos suæ latitudinis: quos si trãseat, non est melancholia, sed alter humor. Quod cõtingit quadrupliciter. Vno modo in se quando aduritur & putrefit: & efficitur cholera nigra acida, quæ si proiiciatur supra terrã, bullit sicut acetũ: & muscæ eã fugiũt. Secundo modo: quando fit per adustionẽ aliorũ humorũ, vt supra choleræ adustę: quãdo vltra aduritur: & est etiã ita malitiosa, ꝙ bullit, & muscæ eam fugiũt, quãdo sanguis, & phlegma adurũtur, efficitur etiam innaturalis melãcholia per adustionẽ. istę enim duę species magis sunt mites, vt dicit Aui. Gal. tamẽ & Halyabbas non faciunt mẽtionẽ nisi de duabus primis. Tertia vero efficitur melãcholia innaturalis per cõgelationẽ & indurationẽ: aut ab extra ex phlegmone, & apostematibus de humoribus naturalibus, quãdo indocte infrigidãtur aut resoluũtur: subtile tunc resoluitur, & grossum putrificatur: & in melancholiam reducitur. Quarto modo efficitur innaturalis, quando alter humor venit sibi de foris: qui tamen omnes dulcorant eam exceptis choleris duabus adustis. Ex quibus apparet, ꝙ

ex me

ex melancholia quatuor generantur apostemata. Primo ex melancholia naturali generatur sephyros siue scliros vera & certa phlegmonica quieta, cui est aliquis sensus absq; dolore. Secundo ex melancholia innaturali per adustionẽ tria fiunt apostemata, vt sephyros phlegmonodes, œdematodes, & erysipelatodes. Tertio ex melancholia innaturali per cõgelationem, & indurationẽ generatur scliros vera & certa duratica, cui non est sensus nec dolor. Quarto ex melãcholia innaturali per adustionem generãtur omnes species cancrorũ. Est autem scliros siue sephyros apostema durum, quietum, sedatum, & indoloros um.

Cause ipsius sunt triplices, vt & aliorũ apostematũ. Primitiuæ, videlicet, vt est regiminis malitia multiplicantis melancholiam, & sanguinis grossitiem. Antecedẽtes, humor melãcholichus pessime à corpore expulsus. Coniunctæ sunt, ipsamet melancholia in particula incuneata.

Signa & iudicia sunt tumor durus cũ sufficiẽti resistẽtia, & color in medio ruboris & nigroris: qualis est fęcis color: vocãt autẽ plurimi medicorũ liuidũ. Et si venas dignas ratiõe habeat particula, videntur eleuatę à crasso, & nigriore quodãmodo sanguine, qualis per aluũ multorũ hepaticorũ excernuntur, prout hæc legũtur 14. therapeu. Et cũ hoc adsunt signa significantia melancholiam. Apostemata melãcholica incipiunt vtplurimũ apparere pauca, & paulatim deueniunt magna. Et quædã sunt solũ in vno mẽbro: quædã mutantur de vno mẽbro ad aliud: & nominatur ferinos secũdum Auic. Amplius apostemata melancholica multoties terminantur per resolutionem: sæpe tamen remanẽt indurata: plurimum etiam in cancrum reuertuntur.

Curatio tres habet res. prima est in vita. secũda in materia antecedenti. tertia in cõiuncta. Vita ipsotũ ordinatur in rebus nõ naturalibus, sobria & moderata, declinãs ad calidum & humidum: vtatur enim bonis cibariis euchymis, bonum sanguinẽ generãtibus, vt est panis frumentaceus depuratus, bonum vinũ, & bonę carnes gallinarũ, & capretorum, porcorum, & brodiis ipsarum, & præcipue gallinarũ. nã ipsarum brodium reparat totam naturam. vtantur spinachiis, boraginibus, lupulis, lactucis, & aliis quæ sanguinem habent purgare. Caueant omnia quæ melancholicũ sanguinẽ generant: quæ in tertio de locis affectis numerantur: vt sunt

carnes bouinæ,& caprarum,& asinorum,& camelorum,vulpium,leporum,atque canum, & syluestrium porcorum: & vt sunt pisces bestiales,& ostracosi:olerum vero brasica, id est caules rubei: & leguminũ lenticula vilissimus est cibus: & panes furfurei,& leguminosi.sed & vinorum quæ grossa & nigra,& veteres casei. Caueant etiam à testis, assatis,frixis,salitis acetosis,& acutis,velut sunt allia,cepæ,piper,sinapi,& omnia sanguinẽ adurentia. Caueant ab ira, & solicitudine,& nimio exercitio,& vigiliis superfluis:ventrem teneant laxum lætitiã diligant,& tranquillitatẽ. De secundo præcepit Aui.vt corpus mundificetur & phlebotometur: & ad hoc laudat hebẽ Mes.sene,epithymum, polypodium,fumum terræ,lupulos,& volubilẽ, casiam fist. mirabol.indos, atque lapidem laçuli.diascene, diacatholicon, hiera Rufi ad hoc sunt assignata. De tertio teneo me cum Aui. quod caute agatur.nã materia tãtæ est malitiæ,quòd si indocte resoluatur,petrificatur:si nimis mollificatur,timẽdũ est quòd corrũpatur,& in canẽrũ cõuertatur.propter hoc enim ipse præcipit facere duas reuolutiones.primã mollificantium.secundam resoluentiũ. Et quia istas reuolutiones sigillatim esset difficile absque errore ordinare,pro tãto est tutius talia auxilia ordinare,quæ mistã hebeãt virtutẽ:mollificatiuã videlicet,& resolutiuam,cum quadã à principio repercussione. Ad hoc autẽ Auic.ordinauit multas formas:quia tamẽ propriores sunt scliros ex phlegmone seu erysipelate generato,vt in cap.sequenti ostẽdetur:assumo post quandam refrænationem factã in principio cum aliquibus domesticis medicamen Rasis septimo Almans.Quod recipit bdellij, ammoniaci,galbani partes æquales:quæ cum oleo de ben aut de lilio mollificato in mortario terantur: deinde mucilago fœnugræci,semi.lini,& ficuum quæ eiusdem sint quantitatis: cuius sunt omnia prædicta,sumantur:& omnia simul terantur donec vniantur,& emplastrentur. Ad idem Gale. quarto decimo therap.Cortices radicis maluauisci coctas,& cum axungia gallinæ pistatas & incorporatas, summe commendat.In casu tamen in quo materia saniaretur,caute procede, vt dictum est,sine calefactione & incarnatione:timore tantum in cancrænationis.Et si aperiatur,diachylon sit tibi assiduum.si induratur, & trãsit in lapidem, ad capitulum sequens recurrendum est.

Cap

Capitulum admiculatiuum superiori de scliroſi, & apoſtemate melancholico, ex melancholia in naturali per congelationem & indurationem phlegmonis generato.

QVandoque autē cōtingit, vt ſupra dictū eſt, quod phlegmon nimis infrigidatur: ita quod materia ipſius cō gelatur, aut ita fortiter reſoluitur, quod ſubtile euacuatur, & remanet in particula humor viſcoſus & groſſus, qui eam indurat, & ſcirrhū generat: & de iſto principaliter dicetur hic. Quādoque cōtingit indurari particulā propter tēſionē ventoſitatis, aut humiditatis: de quo dictū eſt in apoſtemate vētoſo & aquoſo. Quādoque propter priuationē, & deſiccationē materiæ: de quo dicetur infra de duritie iunctura rum.

Signa & iudicia eius ſunt: quod eſt tumor durus, & inſenſibilis, & aliqualiter indoloroſus, nō habēs aliū colorē quàm corporis. Igitur inſenſibilis quidē ſubintus, id eſt totus durus, inſanabilis eſt: diſſenſibilis vero nō inſanabilis quidem neque facile ſanabilis in ſecundo ad Glauconem. Durus per deſiccationē, & maraſmationē, non ſanatur. ſatis enim eſt ſi quis prohibeat ſiccari nō cito, vt infra dicetur de macredine & pinguedine. Quando in ſcliroſi ſuperuenient pili, non ſperatur ſanitas, vt dicit Aui. Amplius magnū, & durū qđ eſt cū colore corporis, non ſanatur neque vnquā permutatur.

Curæ vero eius communis intentio in 14. therapeu. eſt euacuare omne quod præter naturam in particula continetur. Modus autem proprius euacuationis eſt, purgare quidem oportet illud quod difficile ſolutum inhæret. Igitur ſi repente ſimul attrahentibus, & euaporantibus, pharmacis tentaret quis euacuare ſine mollificantibus, in paucis quidem diebus videtur melioramentum accipere: non tamen habet hoc: quia reliquum diſpoſitionis vniuerſo leptomero, id eſt ſubtili euaporato, inſanabilem, & ſimilem coagulationi lapideæ dimittet: propterea igitur in duris diſpoſitionibus nullum eorum quæ fortiter calefaciunt, & deſiccant pharmacorum, congruum eſt. Sola vero quæcunque mollificando euaporare poſſunt, apta ſunt huic operi, puta ceruina medulla, vitullina, & adeps caprina. Adhuc autem cum his ammoniacum, galbanum, bdellium, & ſtyrax liquida, ſed etiam radix altheæ, & folia maluarum ſylue-

ſtrium,quæ vbicunque reperiuntur,cocta,& piſtata cũ axungia anſerina ſeu gallinacea, vtilia ſunt valde. Auic. vero defendit axungias ſalitas:& addit ad prædicta maſtichẽ, laudanum,œſypum,ſorditiẽ balnei,ſtercus aſini, & fæces oleorum de lilio,alcãna,& de cherua. Et cum apoſtema fuerit vehementis groſsitiei,non eſt excuſatio ab aceto. Sed in eius adminiſtratione ſit cautela,quia fortiter penetrat,& incidit, & neruos percutit. Et ideo Gal. in coxa ſcliroſata illius pueri præmiſit fomentationẽ cum oleo ſambucino:deinde acetum cum ammoniaco appoſuit. In tenantibus vero cum lapidibus pyritalibus,ſeu marcaſitis,vel rubeismolẽdini ignitis in aceto proiectis ſtuphando locum, faciebat fomẽtationem,& multi,vt ipſe dicit,hoc modo curationis ſanati ſunt perfecte,vt fere magicum opus videretur, tamen cum oleo præmittebat, & emplaſtrum conueniens ſuperapponebat. Quod magis explicabitur:dum de duritie quę remanet poſt algebras tractabitur,cap.de arthretica in ſexto.

Capitulum adminiculatiuum de apoſtemate cancroſo.

Cancer æquiuocatur ad duo, videlicet ad cancrũ,qui eſt apoſtema de quo dicetur hic. Et ad cancrũ quod eſt vlcus de quo dicetur infra. Cãcer ergo, vt eſt apoſtema, eſt tumor durus, rotũdus, venenoſus, fuſcus, velociter ardẽs,inquietus, calidus,& indoloroſus:vide in lib.de tumoribus prẽter naturã. Quæ vero in carne nigra prouenerit cholera, mordax quidem exiſtẽs,corrodit cutim, & vlcus operatur. Moderatior vero eſt quæ ſine vlcere operatur cancrum. Incipit autem vt plurimum obtuſe ſecundum quantitatẽ ciceris,aut fabæ:ita quod vix ad modũ paruarum plãtarum cognoſcitur:demum augetur intantum,vt neque puerum lateat 14.therapeu.

Signa & iudicia ſunt quòd habet ſubſtantiã durã,liuidum colorẽ,& tenebroſum, venas in circuitu ad modum pedum cancrorum eleuatas cum dolore,& extranea caliditate. Cancer ex toto genere eſt ægritudo pernicioſa. Cancer vt plurimum accidit in mamillis,& locis glanduloſis,præcipue mulieribus quando non habent menſtrua, & viris quibus hæmorrhoides defecerunt. Cancer eſt particularis lepra. nam melancholia aduſta in vna particula incuneata cancrum facit,aut varices: diſperſa per corpus,facit lepram,in ſecundo ad Glauconem. Cãcer cõfirmatus non curatur niſi radicitus

extirp

extirpetur. Et ideo de nõ vlcerato efficitur vlceratus. Quod tamen est pessimum iuxta illud Hippo. sexto aphorismorũ. Quibuscunq; cancri abscõditi fuerint, hos non curare melius est quàm curare. Curati enim citius pereunt: non curati autem longum tempus perficiunt.

Cura cancri non vlcerati tres habet intentiones. prima vitam ordinat secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia locum particulariter pertractat.

Prima intentio completur cum regimine dicto in scliroſi siue sephyros. & proprie quando in cibis eorũ ponuntur ea, quæ infrigidant, & humectant, & generant materiam sanã, sicut aqua hordei, & pisces petrini, vitelli ouorum sorbiliũ: & similia illis. Et quando est ibi caliditas, tunc detur lac vaccinum à quo butyrum est extractum, & de oleribus vsque ad cucurbitam.

Secunda intentio completur cum purgatiuis iam dictis: epithymũ tamen in hoc obtinet principatũ, de quo drag. iij. vel iiij. cum sero caprino, de tertio, in tertium diẽ concedun tur à Gal. & hieram ellebori, cõcedit Aui In cancro secundũ Gal. in secundo ad Glauconem nõ est incongruum, si non est quod prohibeat phlebotomare. Nec nõ ab his euacuationibus abstineat secundũ Halyab. cũ semel aut bis euacuaueris. Sed tantũ illud fac, donec totaliter humor fuerit euacuatus.

Sed tertia intẽtio perficitur cum medicinis domesticis, & non mordacibus mistã habẽtibus virtutẽ refrænandi, & euaporandi. Materia autẽ grossa est inobediẽs, & male morigerata, & ideo sufficit, si totaliter nõ curatur quòd augeri prohibeatur, aut ne vlceretur, defendatur secundum Aui. Et ad hoc laudat Gal. secũdo ad Glauconẽ succum morellæ, & cũ eo pompholygẽ addit: propter quod Theodoricus vnguentũ diapõpholygos ordinauit. Quod Reci olei ros. ceræ al. ana. vnc. v. succi granorũ rubeorũ, morellæ siue solatri, vnc. iiij. cerussæ lotæ vnc. ij. plũbi vsti & loti, pompholygos quod est thutia, ana vnc. j. thuris, vnc. ʒ. fiat vnguentum. Ad idẽ Gal. videtur in primo myamir, seu de cõpositione medicamentorum secundũ loca. Reci. lithargyriũ puluerizatũ, & cerussam cũ oleo ros. ducẽdo in mortario de plũbo cum pistello eiusdẽ ad solẽ quousque recipiãt colorẽ plumbi: fiat vnguentum, vt in sexto de tinea dicetur. Quãtum autẽ valet virtus plumbi in dispositionibus cancrosis scit ille qui ex illis ex-

pertus est: & qui legit 9.de simplicibus medicinis. Pro eadem dispositione laudat Auic.emplastrũ de cancris fluuialibus,& proprie cũ climia. Auic.autẽ incidere radicitus præcipit cancros paruos in locis quibus capi possunt. Et iubet exprimere sanguinẽ vndequaque, & postea cauterizare. Et licet Gal.hoc innuat,propter timorẽ tamẽ hæmorrhagiæ, & conuersionẽ ad vlcerationẽ, ego cũ regimine dicto propter scandala quæ vidi supersedeo. Complementum vero istius operis in cancro vlcerato tractabo iussu Dei &c.

Doctrina secunda de apostematibus, & exituris,pustulis, prout insunt membris compositis,continens capitula octo.

De his quæ insunt capiti, vt sunt apostemata, & aqua in capitibus puerorum. Cap. I.

TALES quidẽ igitur vt dictũ est, quædã sunt passionũ sanationes secundũ genus:exalterãtur autẽ iuxta patiẽtiũ organicorũ naturas. Quatuor sunt enim quæ ab his indicationes sumuntur, ex cõplexione eorum,videlicet,& cõpositione,virtute,& plasmatione. Ex cõplexione quidem,quia calida calidioribus indigent auxiliis,& sicciora siccioribus. Et sic de aliis. Carnosiores igitur secundũ hoc breuius indigẽt siccari. Non carnosiores vero sufficiẽter,vt seruetur eorum natura. Sicut enim passio ad curam indicat cõtrarium,ita particula similẽ quinto therapeu. Compositio enim,per quæ & qualiter oportet euacuari docet. Aliter enim rara,aliter spissa medicãda sunt corpora. A virtute vero habetur directio acrium,& domesticorum pharmacorum. Nam sensibilia mẽbra velut oculus,nec acria,nec grauia sustinent pharmaca:insensibilia vero velut craneum non læduntur ab eisdem. Plasmatio, & positio in profundo,& superficie,etiam variant medicamina:& ita apparet quando secundum membra organica exalterentur sanationes. Non minus autem,& secundum proprietates eorum,velut in capite testudines,in oculis ophthalmiæ, in collo squinantia: & multæ aliæ passiones secundum membra de quibus dicetur infra. Hic tamen de apostematibus propriis est dicendum.

In cap

In capite enim accidunt apostemata calida, frigida, sanio-sa, nodosa, & glandulosa, & aquosa: quorum causæ, & signa ex superioribus habentur. Iudicia verò sunt, quod talia propter cõmissuras, & propinquitatẽ ad cerebrum sunt verenda: vt est dictum in anatomia. Testudinem & glandulam siue talpam quæ adhæret craneo, & id contaminauit, secundum Rogerium melius est dimittere, quàm cum trapanis, vt ipse docet, curare. Et ego, sicut Lanfrancus, vidi hominem qui habebat talpam vlceratam supra proram capitis cum corruptione ossis adeo, quod ita perpendebatur panniculorũ motus, ac si locus esset discoopertus. Cui consuluit regimen palliatiuum, & recessit.

Cura apostematum calidorum, & frigidorum, in olla capitis non differt à cura communi superius dicta nisi in tribus. Primo quod in vita omnium passionum capitis in speciali prohibentur omnia fumosa, & vaporosa. Secundo quod in euacuatione materiæ antecedentis ad materias calidas appropriantur electuarij de succo ros. & pillulæ mirabo. & de fumoterræ. ad frigidas hiera, & pillulæ cochiæ, & aureæ. Tertio circa locum, & materiam coniunctam quantum est in olla capitis appropriantur tria præcepta. Primo quod in principio talium apostematum nõ debent apponi propria, nec fortia repercussiua: propter propinquitatem membri principalis. Sufficiunt enim oleum ros. & talia refrænantia largo modo dicta repercussiua. Secundo quod quando saniantur, non expectetur mora in aperiendo, ne sanies contaminet craneum. Tertio quod quando apostema est magnum: vt melius mundificetur, debet fieri apertio secundum triangulum ad formam cifræ, de 7. cuius angulus sit versus partem superiorem. Nodi verò, & glandulæ, vt superius dictum est curentur.

Curatio aquæ in capitibus puerorum.

Aqua in capitibus puerorum secundum Guli. de Saliceto, & sectatorem eius Lanfrancũ cum oleo chamomillino, aut anethino in quo sulfur incorporetur, resoluendo exiccetur: & si est necesse, fiant duo aut tria cauteria à fronte vsque ad posterius, per quæ aqua paulatim euacuetur. Et desuper lana, aut stupa infusa in oleo, & vino tepidis, & expressis secundum Auicen. apponatur.

De apostematibus faciei, & membrorum eius. Cap. II.

APostemata calida, & frigida, saniosa, & nõ sanioſa, nodi & glandulæ in facie non variantur à cura communi aliorũ: nisi quod inciſiones non fiunt secundũ rugas in aliis membris: quia musculi pręcipue in fronte non sequũtur rugas, sed corporis longitudinem. In palpebris ab angulo ad angulum perforatione semilunari dorsata secundum situm oculi, retro aures, & mandibulas æqualiter: vt dicit Auicen.

De ophthalmia, apostematibus, & exituris, & sanie retro corneam, & de doloribus oculorum.

Ophthalmia est apostema proprium oculorũ, vnde ophthalmia in primo de ægritudine, & symptomate dicitur phlegmon innati membrani, id est coniunctiuæ, & ipsius coniunctiuæ est passio per se: oculi autem secundum accidens est ægritudo, vt dicit textus: & ita volunt omnes, quod ophthalmia sit apostema coniunctiuæ, pustulæ, vesicæ, bothores, sanies retro corneam, quæ sunt ex prædictis apparet.

Causæ autem ophthalmiæ, non variantur à causis aliorum apostematum vniuersalibus, & particularibus, nisi in tanto quod rheuma magis deriuatur in ophthalmia, à capite quã in aliis apostematibus aliorum membrorum. In causis autem primitiuis, fumus, puluis, ventus, sol, acuitas immissorum in oculo addunt in generationem ophthalmiæ: maximè quando obuiant corpori plethorico. Tunc enim secundum Auic. velociter mutatur in apostema manifestum: sicut mutantur febres ephemeræ in alias febres. Sunt enim secundum hoc duo modi ophthalmiarum. Quædam enim est parua non pertransiens terminum: sed est sola rubedo cum humectatione: quædam est magna, pertransiens terminum in magnitudine, in aqua albedo cooperit pupillam. Iesus tamen filius Halyab. assignauit tres modos: quia illam, quæ mouet causam intrinsecam, vocauit mediam.

Communia signa ophthalmiarum secũdum Iesum sequuntur accidentia apostematum aliorum membrorum: sicut inflatio, dolor, durities, calor, & rubedo, venarum repletio, & fluxus humiditatum. Signa autem propria significantia materias, accipiuntur ab Alcoatin, & ab Alcaram, Galas,

Albuc

Albucaſ. Quia ex ſanguine ſigna ſunt rubedo, & caliditas oculi, temporum, & partium adiacentium inflatio, & groſſities venarum, coniunctiuæ, palpebrarum lippitudinis, & lachrymarum multitudo, extenſio, & grauitas in toto corpore, maximè in capite: & reliqua ſanguinis ſigna.

Signa ex cauſa choleræ dolor, & calor fortis & acutus, & rubor floridus in oculo, & partibus adiacentibus, lachrymarum multitudo cum acuitate, & paucitate lippitudinis: infra oculum ſentit puncturam, & mordicationem: ac ſi arena infra ipſum eſſet. Et ſigna choleræ in corpore manifeſtantur.

Signa ex cauſa phlegmatis ſunt multa inflatio cũ remiſſa rubedine, calore, & dolore, lachrymarũ exuberãtia abſq; acuitate, grauitas in corpore: & reliqua phlegmatis ſigna.

Signa ex cauſa melancholiæ ſunt paucitas rubedinis, & tumoris, & humiditatis, cum reliquis melancholiæ ſignis. Ophthalmia quatuor habet tempora ſicut & alia apoſtemata: principium, augmentum, & ſtatum, & declinationem.

Signa principij ſunt accidentia dicta parua incipientia. Quando autẽ augmentantur, & decurrunt de oculis, & naribus lachrymæ, & humores crudi, augmentũ iudicatur ſecundum Ieſum. Quãdo eſt magna furia, & incipit, aliqualis remiſsio eſt ſtatus. Quando autẽ abſcinditur fluxus notabiliter, & mucilagines ſunt paucæ, & ſpiſſæ, & palpebræ coiunguntur: tunc eſt declinatio. Coniunctio autẽ (vt dicit Ieſus) eſt de maioribus ſignis maturationis. Iudicia lippitudinis, ſunt hæc. lippitudo velox cũ grauitate, & bona maturatione, & æqualitate, & albedine, & quę cito ſeparatur, & reſoluitur: eſt laudabilis: cõtraria verò & granuloſa, eſt praua.

Ophthalmia capitalis declaratur per grauedinem, & dolorẽ capitis. Et ſi adeſt rubedo, & calefactio, & dolor, & pulſatio circa frontem, & tempora cum extenſione, & venarum repletione, & inflatione: ſignificatur quod venit propter velamen extrinſecum. Et quando prædicta non adſunt, & adeſt continuus fluxus, ſternutatio, & pruritus in naſo, & palato venit propter intrinſecũ. Et ſi eſt ſtomachalis, eſt cum nauſea, & vomitu, ac conturbatione ſtomachi. Dolores acuti oculorum ſunt moleſti. Nullum autem ſymptoma, inquit Gal. in quarto myamir, ita moleſtat laborantes ſicut dolor. Mori enim magis vellent aliqui quàm per totam diem pati dolorem. Et ideo cum magna diligentia ſunt ſedandi dolo-

res,

res,& soda:quando coniunguntur cum ægritudinibus oculorum vt dicetur infra. Dolores verò mordicationem materiæ, aut multitudinem, seu ventum vaporosum in 12. trerapeu. in oculis ostendunt. Quando in ophthalmia feb. fortificatur,magna prognostica occasionum.

Præterea si remedia in ophthalmia non conferũt: & ipsa in oculo tardauerit, scias quod rheuma descendit ad oculum: aut quod materia retinetur infra tunicas: aut scabies est in palpebra, quæ continuant ophthalmiam. Amplius scias quod species ophthalmiarum habent periodos, & paroxysmos sequẽtes analogiam,& materias,ex quibus fiunt in secundo de differentiis feb. & longior periodorum prolongatur vsq; ad dies septem:vt dicit Iesus. Propterea scias quod ophthalmia est morbus contagiosus, & transit libenter de vno oculo ad alium.In oculis patiente à diarrhœa accipi bonum, septimo aphorismorum. Ophthalmia secundum Gordonium non est negligenda: quia si male curatur, malas dimittit reliquias: sicut rupturam corneæ, maculas, & pannos tædiosos.

Cura ophthalmiæ maioris, & minoris non variatur nisi secundum magis & minus.Vltra cõmunem curationem apostematum aliorum membrorũ, specificatur in quatuor rebus. Prima est in vita. secunda in materia antecedenti tertia in coniuncta.sed quarta in correctione accidentium.

Primo enim specificatur de vita,quod diminuatur cibus, & potus maximè serotinus:vitando vaporosa:ex eis eligendo cibos pauci & laudabilis nutrimenti. dimittẽdo carnes, & vinum proprie in princ. & in materia calida, & forti dolore. Et super cibũ accipiat aliquid de coriandro, aut ex citoniis ad reprimendum fumos,vt nõ ascendant ad caput. Et stet in loco obscuro, & coram se teneat pannos virides, nigros,atq; blauos:fugiat claritatem,splendorem,& fumum, puluerem,atq; ventũ,coitum,atq; iram.non iaceat super faciem suam.imò semper teneat caput altum.Ventrem laxet: somnũ diligat& quietem.Nullo modo grauet oculos tactu, & aspectu. Secunda res cõpletur secundum materiæ diuersitatem: vt superius fuit dictum. Euacuando,diuertendo,& intercipiendo materiam: & rheuma, & dolorem capitis sistendo cum phlebotomia,& euacuatione cum medicinis laxatiuis appropriatis: vt dictum est in capite. & cum clysteribus

ribus acutis, & fricationibus, & ligationibus doloroſis ſecundum extremitates: & cum ventoſationibus, & ſectionibus ſeu cauteriis, ſuper ſpatulas & collo, & emplaſtrationibus deſiccantibus materiam rheumatizantem: ſuper caput de milio, & ſale, & ſtercore columbino chamomil. aniſo, & conſimilibus, & cauteriis punctualibus, ſuper molle capitis. Et ſi neceſſe eſt, ad melius intercipiendum materiam maximè calidam præcipit Gal. in 13. therapeu. incidere venas temporales & frontales: & eas claudere cum grano frumenti, aut thuris toſti, aut aliquo corroſiuo, aut arterias ligare quemadmodum varices in duobus locis in medio incidere, & poſtea incarnare, & ſuper frontem, & tempora cum binda ligare. Emplaſtrum reſtrictiuum, factum de bolo arme. farina lentium, de gallis, pſidia, acacia, aloë, thure, & ſimilibus cum albuminibus ouorum incorporatis. Et iſta toties reiterare quouſque habeatur intentum.

Tertia requirit ſecundum heben Meſ. alterationem, & digeſtionem eius, quod tranſmiſſum eſt: & illud completur cum repercuſsiuis domeſticis in principio, & cum paucis reſolutiuis additis repercuſsiuis in augmento, & cum æqualiter miſtis in ſtatu, & cum puris reſolutiuis, & deſiccatiuis in declinatione. Igitur in principio, quando materia eſt calida, ponantur ea, quæ materiæ acuitatem, & inflammationem remouent, & reprimunt: qualia ſunt aqua roſ. & albumen oui. portulaca trita, & ſuperpoſita: endiuia, ſolatrum, & pſyllij mucilago: & collyrium album in quo eſt opium, vt vult Halyab. quia opium, niſi quando dolor ſuperat, viſum hebetat, & confundit tertio therapeu. Cuius forma ſecundum Galaſ. ex libro ſumitur Damaſceni. Recipe ceruſſæ ablutę, drag. viij. amyli, drag. quarta gummi arab. dragaganthi, ana drag. ij. fiat collyrium cum aqua roſa. Et ſi cum prædictis cum cotone emplaſtraretur leuiter, & abſque dolore oculus, eſſet bonum. Deinde in augmento, expedit lac muliebre, & mucilago citoniorum, & fœnugræci extractis cum aqua roſ. & collyrium album in quo eſt ſarcocolla. Cuius forma à Raſi eſt aſſumpta. Recipe ceruſſæ ablutæ, drag. viij. amyli, drag. iiij. ſarcocollæ nutritæ cum lacte aſinæ, gummi arab. dragaganthi, ana drag. ſecunda opij, drag. 5. fiat collyrium cum aqua pluuiali: & emplaſtrare cum iſtis & vitello oui eſt ſatis expediens. Et miror multum

multum de Gordonio, qui dixit quod omnes sapientes conueniunt quod sarcocolla non cõpetit, nisi in declinatione: & tamen in ipsa est dissolutio parua absq; mordicatione, quod est necessarium in augmento, & cum hoc Raf. Alcoatis, Heben Mes. & Acaram eam in augmento commendant. forte credidit, quia Iesus eam in puluere prohibuit in princ. quod etiam, & in aliis temporibus prohiberet. In statuverò ponatur mucilago fœnugræci cum aqua meliloti extracta. Aut collyrium albũ in quo est climia ex magno antidotario Galaf acceptũ. Recipe ceruſſæ ablutæ, drac. viij. amyli, drac. iiij. climiæ, drac. ij. gummi arabici, olibani, añ. drac. j. opij, drac. ß. fiat collyrium cum aqua fœnugręci. Collyrium citrinũ, & collyrium rosatum ad eandem intentionẽ sunt confecta, & emplastrare cum eisdẽ est vtile, aut cum mica panis, aut cum medulla pomorum coctorũ cum aqua ros. fief rosatum ponitur à Iesu in cap. de liuiditate, & sanie retro corneam. Recipe ros. rub. recentium mundatarũ à capitis fustis, drac. iij. viridis æris, battituræ æris, ana drac. ij. spicæ nardi, drac. ij. myrrhæ, drac. iiij. gummi ara. cadmię vstæ, & lotæ ana drac. xxiiij. croci, drac. vj. opij, drac. iij. summa medicinarum 14. terantur, & pistentur cum aqua pluuiali, & fiat sief.

Sief citrinum descriptione Alexãdri. Recipe amyli, drac. xxj. sief memithe, drac. viij. sarcocollæ, dragaganti, gummi arabici. ana. drac. iij. croci, drac. ij. & ß. myrrhæ, drac. j. opij, drac. ij. cõfice cum aqua pluuiali. In declinatione balneum, & fomentatio, & pyria cũ aqua decoctionis ros. chamomillæ, meliloti, fœnugræci sunt optima: & collyria de tutia, & pulueres, tunc habent locum quorũ formæ sunt tres. Prima est, Montispessulani. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. ß. lapidis calaminaris præparati, drac. ij. gariophyl. clauos. v. gariophyl. cum melle, vnc. j. vini albi, vnc. ij. aquæ ros. quartam. j. camphoræ, drac. j. fiat collyrium. Secunda forma est collyrium de domo. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. j aloës succotrini, vnc. ß. camphoræ, drac. j. aquæ ros. lib. j. succi granatorum quartam j. Tertia forma est puluis quem magister Arnoldus fecit pro Papa Ioanne pro rubedine, & humiditate oculorũ. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. j. antimonij præparati, vnc. ß. margaritarũ, drac. ij. floris coralli rub. drac j. & ß. serici crudi de flosculo vermis, drac. ß. fiat puluis subtilissimus: & seruetur in pyxide ærea, & ponatur cum stillo. Item

& pul

& puluis citrinus, qui secundū Rasim valet in fine ophthalmiæ: sic fit. Reci. sarcocollæ nutritæ, drag. x. sief memithe, drag. iij. lycij, aloes, ana drag. ij. croci, drag. j. spumæ maris, vel myrrhæ, drag. ʒ. fiat puluis. Si autē materia est frigida, in principio administretur sief de spica. Cuius forma secundū hebē Mes. Reci. sarcocollæ, drag. v. spicæ, drag. ij. ros. croci, ana drag. ij. amyli, aloes. gūmi arabici, dragaganthi, ana drag. j. opij, drag. ʒ. fiat sief cū aqua pluuiali. & emplastretur oculus cū emplastro de foliis maluarū, & anetho coctis cum vino. Cum autē signa maturitatis apparuerint, fomentetur oculus cū aqua decoctionis fœnugræci, & meliloti: & imponatur puluis citrinus, & emplastretur cū medulla panis infusa in vino, & expressa. & administretur meri potatio: & tunc verificatus erit totus aphorismus Hipp. Dolores oculorū meri potio, lauacrū, pyria, phlebotomia, aut pharmacia soluit.

Quarta res completur corrigentibus accidentium, quæ occurrunt &c.

De dolore oculorum.

In dolore oculorum administrentur medicamina punctararū, & mordicationum, narcocitatis parū habētia sedantia, secūdū qđ exiget dispositio. De pleno, & vētoso, qualia sunt secundū heben Mes. albumen oui conquassatum cū aqua papaueris, & mucilago psyllij cū eadē aqua extracta: aut cum succo pomorum mandragoræ ac lactucæ. Et quādo necessitas occurret, ponēdum est de opio: non tamē multiplicanda sunt narcotica: quia tardant statum, & maturationē, & cum hoc nocēt visui, vt dictum est. Et ad hoc laudatur collyrium album cum opio. Cuius forma est superius dicta: duntaxat ℈ addatur de opio drag. j. & istam fomētationem ad hoc dictat Azaram, Reci. papaueris, plantaginis, ana partes. ij. croci, memithe, aloes, gummi arab. acaciæ, ana partem j. coquātur cum aqua, & administrentur. Istud etiam emplastrum valet ad hoc, vt accipitur à xxj. parte antidoti magni. Azaram, Reci. croci, memithe. lycij, aloes, acacię, ana partes ęquales terantur, & cum succo auriculæ muris, & lacte mulieris puellam nutrientis, fiat linimentum. Nocumentum quod prouenit ex narcoticis, cum fomento decoctionis chamomillæ, meliloti, fœnugræci remouetur. Puluis Azaram, de corticibus ouorum gallinarum præparatis. quem appro-

priat Iesus ad dormitandum infirmum, videlicet, puluis tutię, & sarcocollę. & zuc. quē benedicit Beneuenutus in omni tempore ophthalmiæ: nō placeat mihi: quia pulueres omnes in principio, & in dolore forti oculos irritant, & aggrauant: vt ipsemet Iesus confitetur. Somnus prouocatur cum narcoticis dictis: præcipue addendo papauer, rosa. viol. nenufar, sandalos cū lacte, & succo hyoscyami confectis, & supra pro ram capitis applicatis. Sordities remouetur humectādo palpebras cum aqua tepida, & aspergendo eas cum cotone subtili super stilū inuoluto. Et vniuersaliter in curatione ophthalmiæ, & ægritudinum aliarum oculorum, documēta obseruentur. quæ infra in tractatu oculorum dicentur.

De sanie retro corneam.

Et si elongata fuerit ophthalmia, & sanies acciderit retro corneam, medicetur cū sief de thure vtili vlceribus, & saniei grossæ posito à Iesu in capitulo de dubellati. Reci. cerussæ, drag. viij. opij, sarcocollæ nutritæ, ana drag. j. dragāthi, gummi arabi. ana drag. iiij. thuris drag. j. Et secundū heben Mes. ammoniaci croci, ana drag. j. fiat sief cum aqua pluuiali: aut cum mucilagine fœnugræci. Et si cum istis non resoluitur, curetur cum diaphoreticis, & consumptiuis: ad quæ summe conferunt infusiones, & stuphæ, & collyria data in declinatione, & in frigida ophthalmia: & collyrium de myrrha in 14. therapeu. multum comendatur: & omnia quæ conferunt in curatione aquæ: sicut opopona, euphorbium, & similia, & balsamus in hoc est mirabilis. Et si nō potest resolui: de consilio Iesus, & Alcoatim, est ꝙ scindatur locus cum spatumine paruo super corneam, inter pupillam, & album, & extrahatur virus. Et Gal. dicit 14. therapeu. ꝙ in tēpore suo quidam medicus oculorum curabat saniem retro corneam tali modo. Faciebat sedere ægrū in sede: & tenebat caput ipsius ex duabus partibus: & mouebat cum motione vehementi quousque videbat illud virus descendere inferius.

De bothoribus, & vesicis.

Præcipitur ꝙ resoluantur, & maturentur cum eisdem, & si non possunt resolui, nec per incisionem extrahi ad decorandum oculum, vt dicetur inferius de eminentia accidenti in vlceribus oculorum, ligentur cū filo: post autem eruptionē,

cura

cura vlcerum regantur. De macula, & veſtigio quæ ſequuntur iſta : infra deo dante dicetur in ſexto. De apoſtemate etiam lachrymalium, in tractatu de vlceribus dicetur.

De apoſtematibus aurium.

Apoſtemata aurium calida & frigida, ſanioſa, & non ſanioſa : quædam fiunt in profundo auris : quædam in ſuperficie : quædam in radice auris. Et habent cauſas,& ſigna,ſicut & alia apoſtemata , prout in communibus ſuperius fuit dictum.

Indicia tamen habent propria : videlicet ꝙ ad ea ſequũtur dolores maiores quàm in aliis : maxime ad calida exiſtentia in profundis,verſus porum auditiuum. Dolores aurium fortes ſunt periculoſi,ad quos ſæpiſsime ſequitur feb.& alienatio & ſyncopa, & etiam mors. Et magis periclitantur de dolore adoleſcentes quàm ſenes. Vnde iuuenes in ſeptem diebus pereunt : & vix ſuppurationem expectare poſſunt. Senes autem vltra tranſeunt : & eorum apoſtemata ſuppurantur. Et hoc eſt propter diuerſitatem ſenſibilitatis ipſorum, in tertio prognoſticorum.

Cura talium apoſtematum , quantum eſt de diſpoſitione, non variatur à cura omnium aliorum apoſtematum. Quantum autem ad locum,& ſymptoma doloroſum , diuerſificatur. Quia licet apoſtemata in profundo , & ſuperficie aurium in principio curentur cum aliquibus domeſticis repercuſsiuis, auribus appropriatis, alterantibus,& refrẹnantibus materiam:tamen quæ ſunt in radicibus auriũ,& emũctoriis cerebri,quæ Gal. appellat parotidas,nullo modo repercutiuntur neque refrẹnantur : imò toto poſſe extrahuntur , vt dicetur infra quando de apoſtematibus ſubaſcellarum,& inguium tractabitur,non obſtante quòd de hoc recitauerit Henricus. Dolor etiã,quia aliquoties ſuperat ſuam cauſam,prẹuaricat ordinem curationis,& inducit neceſsitatem narcoticorum.In cura ergo iſtorum apoſtematum profundi videlicet, & ſuperficiei aurium, ſpecificantur quatuor res. Prima eſt in vita. ſecunda in materia antecedenti. tertia in coniuncta.quarta in accidentibus.

Primum & ſecundũ complentur,per capitula communia, ſecundum quòd fuerunt completa,& appropriata, ſpecificata in capite,& in ophthalmia.

Tertium completur ſecundum diuerſitatē materię: quia in apoſtemate, de calida materia in principio, alterantia frigida domeſtica: qualia ſunt ſecundū Gal. in tertio myamir. oleū roſa. bullitum cū aceto vſq; ad conſumptionē aceti, & trochiſcis de glaucio, id eſt memitha: in quo ſit 12. pars gummi ara. cōfecti cū aqua pluuiali diſſoluti in vino. Halyabbas vero concedit collyria alba cū lacte diſſoluta. Auic. vero laudat lac muliebre vice poſt vicē vſq; in tertium diem. Deinde poſt principiū concedit mucilaginē ſe. lini, & fœnugræci: & aquam volubilis: de qua dicit ℞ confert in hora. In ſtatu conceduntur vaporationes miſtarū virtutum, velut eſt decoctio roſ. chamomil. meliloti adminiſtrata cū emboto: & cum inunctione oleorū declinantiū ad aliquā caliditatē, vt eſt oleū amygdalarū. Et poſt iſta Gal. in tertio myamir. laudat baſilicon diſſolutū cum oleo roſ. ſi adhuc eſt caliditas: & cū oleo nardino, ſi fuerit remiſſa. Et Auic. in iſto caſu, quādo caliditas fuerit remiſſa, iubet diſtillare vice poſt vicē cū ſtillo cum cotone inuoluto adipē vulpis tepidā, aut lacerti, aut anatis: & butyrū ſeu medullā cruris vituli: de qua dicit heben Meſ. quod eſt experta. Si autē non eſſet apoſtema calidum, iubet adminiſtrare medicamē cōpoſitum cū adipe caprino, melle, rob, hyſſopo humida, & oleo laurino, de lilio, & de nardo, rutha: & oleū de balſamo: etiam ſi tunc fieret ſuffumigatio cū decoctione hyſſopi, ſanſuci, betonicæ, fœniculi, & ruthæ, non eſſet malum. Et ſi apoſtemata conuertuntur ad ſaniē, medicamen laudatur iſtud ab heben Meſ. Recipe farinā fabarum, farinā hordei, chamomillam, melilotū, viol. althææ. decoquantur cum aqua, & rob, & oleo chamomillæ, & fiat emplaſtrum, & vtere. Si autem apoſtema fuerit extra aurem, quia eſt pauci timoris ſecundum Auic. ſufficit emplaſtrum dictum. In bothor autem qui fit in aure, ſufficit decoctio ficuum cum tritico. Sanies, cū vino & melle, & reliqua cura vlcerum aurium curetur.

Quarta autem intentio completur ſecundum accidētia: dolor enim quod eſt proprium ſymptoma iſtorum apoſtematum, ſedatur ſecundum materiam de qua fit. Si fit à cauſa calida, laudat Galen. in tertio myamir, trochiſ. factos de opio, & caſtoreo, & vino cocto diſſolutis cum eodem vino tepefacto, & ſuauiter cum lana molli in aurem infundātur. Poſtquam autem bene fomentaueris, dimittes parum quieſcere:

ſcere:& ab extra lana in ipſo orificio,& in tota aure, calida apponatur.Et ſi eguerit iterum fomentare, rurſus fomẽtetur,cauens quantum eſt poſsibile, ne ipſum porum tangas, nec moleſtes.Auicen.autem ad hunc dolorem laudat oleum roſ.vel viol.tepidum, aut albumen oui cum camphora : verum oleum viol. dicit eſſe magis ſedatiuum quàm roſatum, propter mollificationem quæ eſt in ipſo:& lac mulieris cum aqua ſolatri,& oleo roſ.aut amygdalarum : in quo vermes terreſtres:aut qui reperiuntur ſub vrceis,aut lapidibus,cum multis pedibus rotundi,vt media faba,ſint bulliti :& oleum de ſe.cucurbitæ,& oleum nenufarinum,papauerinum,& ſalicinum iniecta tepida, & exterius cum lana applicata. Et Auenzoar glorioſus iubet apponi oleum de vitellis ouorũ: quoniam vt dicit incontinenti remouet dolorem : & properat exitum ſaniei. Si vero à ſpiritu ventoſo aut ab humore non habente exitum fuerint, permiſce quæ dicta ſunt cum aliquo aperientium pharmacorum: velut ſecundum Gal.vbi ſupra, eſt nitrum quod aphronitrum vocatur:& vterq; elleborus:& vtraq; ariſtolochia,& rutha, centaurea, radix cucumeris ſylueſtris, radix bryonię, & iarri,& dragonteæ,& coſtus,cinnamomũ,& cubebe. Propterea,vt dicit,ſcripſit multa exempla pharmacorum : vt non habeatur eorum inopia: quia nõ omnia in omnibus regionibus reperiuntur,ſed certa in certis. Auic. autem laudat calefactoria cum vẽtoſa plena aqua calida,& milio,& ſale,& pannis calefactis:& heben Meſ. euaporationem emboti factam cum decoctione chamomillæ,meliloti, anethi,fœnugræci,caulium,rubi, ſanſuci, herbæ venti,vel parietariæ. Et oportet,vt dicit Auicen.vt poſtponatur vſus narcoticorum vſquequo timeatur ſyncopa, & proprie cum fuerint humores frigidi. Iſtud enim nocet eis valde. Quod ſi accidit nocumentum ex vſu narcoticorum,adminiſtra caſtoreum poſt illud ſolum.

Glandulæ, & ſcrofulæ quæ in iſtis locis ſæpiſsime generantur,vt ſuperius fuit dictum curantur. Apoſtemata emunctoriis cerebri, ſub aure cum cordis emunctoriis dicentur. Caue tamen in inciſione de venis, & arteriis, quæ ibi ſunt magnæ, & groſſæ, ex quorum inciſione multa ſunt pericula : & de reuerſiuo neruo qui eſt ibi : quia per eius inciſionem perditur vox. De aliis autem paſsionibus quæ veniunt in facie, inferius dicetur. Nam licet polypus

narium, & noli me tangere, alcola, in principio sint apostemata, seu pustulæ: quia cito efficiuntur vlcera, cum ipsis reponentur. Apostemata oris, vt squinantia, tractantur, de quibus satis dicetur.

De apostematibus colli, & dorsi. Cap. III.

APostemata colli sunt duplicia: quædam sunt in membris extrinsecis cõtinentibus: quædam intrinsecis contentis. Prima assumunt nomen generis, & vocantur simpliciter apostemata. Botia, glandulę, aut pustulæ: quę vt alia curantur communia.

Secunda vero nomen habent proprium: quia squinantia vocantur: & proprium habent modum curandi.

De squinantia.

Est ergo squinantia apostema gutturis, & partium eius, viam aëris, & cibi impediens. Cuius species secundum loca distincta, quatuor assignat Auic. sequendo sententiam Gal. in quarto libro de locis affectis. Vna est, quando apostema est in lacertis extrinsecis ita quòd sit apostema solum apparens extra in membris continentibus.

Secunda species est, quando est in lacertis extrinsecis versus spondylia: ita q̃ apostema solũ apparet intus versus fauces, & amygdala, quando comprimitur lingua.

Tertia species est, quando est in lacertis intrinsecis ipsius meri: & tunc non apparet sensui: sed manifestatur rationi, per maiorem offensionem transglutionis quã anhelationis.

Quarta species est, quãdo est in lacertis intrinsecis ipsius cannæ seu epiglottis: & tunc etiam non apparet sensui, sed rationi: quia magis ostendit anhelationẽ quã trãsglutionẽ.

Vnam aliam speciem assignat Galen. in quarto de locis affectis, quæ vocatur strumosa: quę fit propter dislocationem primi aut secundi spondylis colli, de qua in dislocationibus inferius fiet sermo.

Causæ squinantiæ sunt sicut & aliorum apostematũ vniuersales, & particulares: fiunt enim vtplurimum per viam deriuationis: & habent materias calidas, & frigidas: vt in sermone communi apostematum fuit dictum.

Signa & indicia. Quantum ad causas sunt, vt aliorũ apostematum: quantum ad locum autem secundum Gale. vbi supra, omnes species quandam difficultatem operantur secundum

cundum transglutionem,& respirationem, & coguntur stare recti,& linguam extrahere: & potus sæpissime ascendit ad nares. Auic. addit oculorum egressionem,& linguæ difficultatem,secundum nares locutionem. Signa mala, & timorosa in squinantia sunt dyspnœa fortis, & origmonica: transglutiendi magna difficultas:colli contractio : emissio linguæ,& spumæ ad modum fatigati equi.color malus in linguam labiis,& oculis:ac etiam extremitatum frigiditas: sudor frigidus,& cordis defectus. Signa vero bona sunt quies,somnus tranquillus,alleuatio doloris,& anhelitus,& transglutionis,& malorum signorum priuatio. Squinantia est ægritudo breuis,& periculosa:& secundum Hippo. tertio prognosticorum,illa est pessima,& citius mortifera,quę intus in gutture,nec extra apparet. Et quæ est cum dolore acutissimo,in spiritu,qui recta ceruice trahitur:hæc autem species in primo die, aut secundo, aut tertio, aut quarto suffocat.

Altera huius species mala,est quãdo apparet intus in gutture,& non extra. Et ipsa est plus mortifera quàm prima.

Tertia quæ apparet intus, & extra, prioribus diuturnior est.

Quarta autẽ species quæ omnino extra prominet,tutior est aliis. Squinantia quæ nõ transmutatur,neque patiens putredinẽ exposuit,& dolor requiem inuenit,& subito euanescit:mortẽ vel laboris iterationẽ promittit. Item quinto aphorismorũ,decimo quibuscũque squinãtia ad pulmonem conuertitur,in septẽ diebus moriuntur. Si vero hos effugerint,empyici fiunt. Propterea in sexto aphorismorũ trigesimoseptimo. In squinantia bonũ est apostema foras exire, & membra interiora dimittere amplius secundum Aui. omne apostema perfocatiuũ aut resoluitur,aut permutatur,aut collectionem facit,aut interficit. Signa resolutionis sunt signa bona iam dicta. Signa permutationis,sunt subita de tumefactio cum nocumento alterius particulæ. Signa collectionis, sunt lenitas,& prolongatio vltra quartã diem. Signa mortis sunt signa pernicioſa iam dicta. Amplius squinantia critica est suspecta. Nam secundum Auic. crisis cum apostematibus perfocatiuis proculdubio est pernicioſa.

Cura squinantiæ conuenit cum cura apostematum communiũ in diæta,& subtractione materiæ,& in applicatione re-

percusſiuorum in principio:& reſoluentium, & maturantium in fine: & miſſorum in medio. Differt tamen in his: quia repercuſsiua non adminiſtrantur ab extra: ſed ab intra.cum hoc etiam euacuationes,& deriuationes fieri debẽt ſine quacunque dilatione.

Specificatur ergo curatio talium apoſtematũ in quatuor. primo in vita.ſecundo in materia antecedenti.tertio in cõiuncta.quarto in accidentibus.

Primum completur,quia vltra diætam communem dictã ſuperius ſecundũ quod heben Meſ. vult,ſint contenti in principio cum hydromelite,& aqua zuc.deinde procedant ad aquam lentium excorticatarum,& hordei.extinguunt enim ſitim,acuitatem, & inflammationem. deinde ad ius cicerum cum aqua hordei:deinde gradatim ad ſorbitiones ex farina fabarum,& ex amylo,& ex colatura furfuris cum melle.poſt hæc veniãt ad vitellos ouorum,& ſimilia:& nullo modo repleant ſe. Et venter eorum ſemper ſit laxus. Somnus eorum ſit menſuratus. nam in multitudine ſomni timetur ſubita ſuffocatio:quare oportet quod parum dormiant,& ſæpe excitentur.

Secundum completur per euacuationes, & diuerſiones cum phlebotomiis,& medicinis laxatiuis ſecundum materiam peccantem:& cum clyſteribus acutis,& fortibus fricationibus factis feſtinanter:quia ægritudo propter membri operationem non dat inducias.

Fiant ergo primo fricationes,& ligationes extremitatũ, & ſtatim clyſtere.& poſt incontinẽti fiat phlebotomia de ſaphenis.demum poſt ſi virtus tolerat de brachiis: & poſt eadem die de venis ſub lingua. Et ſi eſſet poſsibile tranſglutire,in craſtinum detur ſibi in materia calida diaprunis, aut diacatholicon acuatũ cum electuario de ſucco roſ. Et in frigida detur hiera picra,aut pilulæ cochiæ,aut de agarico, & intercipiatur rheuma cũ milio,& ſale torrefactis, & ſuper caput applicatis:aut cũ ſtercore colũbino. Et detur ad lãbendum diapapauer:aut pilulæ ſtoracinæ teneãtur ſub lingua.

Tertiã rem cõplent ſecundũ Gal. in ſexto miamir repercuſsiua in principio ab intra:& leniẽtia ab extra, vt materia nõ incudetur infra guttur:& reſolutiua in fine: & miſta vt dictum eſt in medio:ſed nõ quæcũque:quia nõ vitriolum,vt ipſe dicit:nã nociuũ eſſet,ſi deſcẽderet ad inferiora. Sed certa &

ta & appropriata ad naturam particulę, velut in principio concedit dianucum, seu diacaryon, id est confectum ex nucibus, in quo virtus ros. balaustiarum, myrtillorum, lentisci, rubi, gallarum, sumac, memithe, & consimilium stypticorum sit sigillata. In augmento diamorũ, in quo virtus myrrhæ, & croci, & consimilium sigilletur. In fine vero diaron in quo virtus ficuum siccarum pinguiũ, calamẽthi, origani, seu pulegij, hyssopi, saturegię, & vltra si necesse fuerit sulfuris, & nitri sit sigillata: & proprie talia velut stercus hirundinis, canum, & luporum, & puerorum, qui nutriti sint lupinis: & vt sunt capita allecium, piscium salitorum, & herba dicta morsus diaboli, & consimilium. Diamoron sic fit secundum Gale. vbi supra. Rec. succi mororũ vtrorũque partes. v. mellis, partẽ. j. coquãtur vsque ad mellis spissitudinẽ. Dianucon fit eodẽ modo: Re. succi corticũ nucum partes v. mellis partẽ. j. coquãtur vsque ad mellis spissitudinẽ. Et istę sunt eorũ cõpositiones simplices quæ cõferũt mulieribus, & infantibus, & debilibus. Ego enim inquit Gal. ratione deductus inueni melius dianucum incipientibus phlegmonibus constructum simul cum aliquo stypticorum dictorum: augentibus ipsis cum croco, & myrrha. in statu vero, cum diaphoreticis dictis. Diharundinis sic fit. Reci. cineris hirundinum drag. iiij. croci, nardi, myrrhæ, ana drag. j. confice cum melle: & fiat conditum. Ista autem sunt quæ Gal. appropriat ab intra, gargarizando, lambendo, vnguendo, atque exufflando. Ab extra in principio præcipit Auicẽ. inuoluere collum leuiter cũ lana succida infusa in oleo oliuæ, aut chamomillæ. Deinde in postremo iubet cum istis addere attractiua: sicut baurac, sulfur vstum, & sinapi, atque castoreum, & omne quod rubefacit, & vesicat. Et ista habent locum, si apostema incedit via resolutionis. Quando autem tendit ad maturationẽ, præcipit hebem Mes. istud emplastrum. Recipe farinæ hordei, seminis lini, ana vnc. j. carnium dactylorum, ficuum siccarum pinguium, ana vnc. j. ʒ. micæ panis quartam. ʒ. coquãtur omniã in rubis, & pistentur: & fiat emplastrum. Et si impinguaretur cum modico de butyro, esset melius. Rogerius Recipit radicis ebulorum, senationum vel cardonis benedicti, absinthij, ana M. j. farinæ hordei, seminis lini, ana quartam ʒ. mellis, vnc. ij. axungiæ porci quartã id est coquantur, & pistando fiat emplastrum.

Lanfrancus. Reci. nidũ hirundinis,& facillũ in aqua bullire diu:poſtea cum cribo cola, & incolatura coquãtur radices lilij,& maluauiſci,& bryonæ, & folia maluarum, violarum,parietariæ:piſtẽtur fortiter,& incorporẽtur cũ eis fermenti bene acris,farinæ ſeminis lini,ana.quod ſufficit bulliantur:& in fine addãtur olei veteris,axungiæ porci ſine ſale modicũ:& fiat emplaſtrum. Hoc enim emplaſtrũ miraculoſe diſſoluit,& maturat omnẽ ſquinantiã. Et cum iſtis fiat ſemper gargariſmus maturatiuus cum aqua, & vino cocto, & melle decoctis radicibus althææ, ficuum,ſeminis lini, & fœnugræci,& ſimilium. Maturato apoſtemate præcipiunt ipſum rũpere ſi eſt apparẽs, cum ſagitella,& mundificare cũ mundificatiuo de apio, vel cũ aliquo communium exiturarum. Si autẽ eſſet intus nõ apparens,rumpatur cũ vnguibus, vel fricando cum aliquo ſi eſt poſsibile. Aut cum gargariſmis maturatiuis,& aperitiuis:vt eſt decoctio ficuũ, dactylorum,fœnugræci addẽdo fermentũ. Et fortius ſecundũ Auic. baurac,nitrum,myrrha,piper, ſtercus hirundinum, & lupi, ſemen ſinapis,& harmelis,& ſecũdum Rogerium ſumatur fruſtum carnium bouinarum ſemicoctarum:& ligetur cum firmo filo & longo : & facias quod tranſglutiat:& dum erit in tranſglutiendo,extrahatur ſubito cum filo cum violẽtia & ita rumpetur apoſtema. Illud idem poteſt fieri cum ſpongia. Aperto apoſtemate mundificetur cum gargariſmis mũdificantibus,de vino & melle, & ſimilibus. In materia autẽ frigida in principio fiat gargariſmus cum oxymelite:deinde aſcendat ad cinnamomũ,ſpicam,& pyrethrum , & aſſam fœtidam. Et ponãtur ab extra olea,et emplaſtra conuenientia. Si autẽ induraretur,mollificetur cum diachylone mũdificato cum axungia gallinacea,aut cõſimili : aut cum aliquo de mundificatiuis in capitulo de ſclirofis dictis ſuperius, et inferius dicendis.

Quarta res cõpletur ſecundum accidẽtia:vt ſi dolor adeſt fortis,fiat gargariſmus cum lacte tepido:quia illud eſt laudatũ apud omnes. Et ad idẽ valet ſyrupus violaceus,& papauerinus,et penidiæ,& mucilago ſe. lini,pſyllij,et ſemina citoniorũ diſſoluta cum aliqua aqua ſtyptica, vt eſſet roſ. plãtagi. ſolatri. Et Halyab. ſumme ad hoc commendat caſiam fiſtulam cum aqua liquiritiæ diſſolutã. Si autẽ adeſſet tanta ſtrictura quod non poſſet tranſglutire, ponatur ventoſe circuncir

cuneirca collum: vt canalis amplietur. Et quandoque dicit Auicē.intromittatur canula facta de auro,aut de argento,ac similibus,adiuuando ad inspirationem. Et aliquando cōfert in dilatatione deglutionis,& anhelitus,compresso spatularum cum fortitudine. Cúmque squinantes vehementiores fiunt:& non valent medicinæ:& creditur quod perditio futura sit,dicit Aui. quòd illud per quod speratur euasio, est apertio cannæ vel epiglottis,supple inter duos anulos:taliter quod possit anhelare dimittendo per tres dies, & nō vltra: & ex causa quæ dicetur infra,donec transiuerit ægritudinis malitia:& postea suatur,& incarnetur. Quod probat Albuca.ancillæ testimonio,quæ cum cultello partem canalis pulmonis inciserat. Et Auenzoar dictam operationem in capra probauit.

De botio.

Botium est apostema,siue exitura,aut excrescentia in collo ex materia humorali in materiā malā conuersa.Cuius causæ,& signa sunt,vt aliorum apostematū exituralium,dicta. Indicia tamē aliqua habent propria.Botiū naturale secundū Albucasim non recipit curam.Botiū quod est intrinsecū neruis & arteriis,cum securitate omnino operatur. Botiū magnum quod occupatam has partes est dimittendum. Quocunque modo botiū extirpare corrosione,& incisione in collo secundum Arnoldum,est verendum botium ęgritudo regionalis,& hæreditaria apud multos reputatur.

Cura botij colli nō diuersificatur à cura cōmuni aliorū botiorum,& glandularū dicta superius: nisi in hoc:quod si nō possunt curari cū resolutiuis,aut cū maturatiuis dictis in loco allegato,neque cū de siccatiuis,& cōsumptiuis appropriatis statim dicēdis:fiāt secundum Rogerīū cum ferro calido duo setones,vnus secundum longum:alter secundū trāsuersum:& quotidie mane,& sero extrahātur ad exteriora, donec penitus caro seu materia sit cōsumpta. Si quid tamē relictum fuerit,cum puluere asphodelorū,vel consimili deuastetur:& postea vt cætera vulnera curetur. Si autē est liberū,& non cum venis,& arteriis intricatū:scindatur cutis:& discarnetur,& ipsum cum suo flosculo totaliter, vt supra dictum est,extrahatur,& curetur.Aut si videtur tibi expediēs,vt dictum est de scrofulis,caute cum corrosiuis extirpetur.

De siccātia appropriata & experta per magistros sunt hęc.

Primo

Primo ab intra ordinat Roger. electuarium tale. Reci. radicis viticellæ, radicis cucurb. agreſtis, cyclaminis, polypodij, bruſcij, aſparagi, ariſtolochiæ rotundæ, radicis cucumeris agreſtis, radicis ari, radicis taſsi barbaſsi, ſpõgiam marinã, & paleam marinã ana partem j. aduſta ſpongia & palea reliqua puluericentur: & cõficiantur ad modum electuarij, ſupple cum melle, de quo præcipit aliquantulũ ponere ſub lingua cum vadit dormitũ: & de mane adminiſtretur vnus gobelletus potionis factæ cũ vino decoctionis radicis maliterræ, radicis taſsi barbaſsi, polypodij, betonicæ, brãcæ vrſinæ: & ita iubet continuare per x. aut xj. dies. Cum prædictis etiã iubet lac porcæ primos fœtus lactãtis apponere, empiricum eſt. quare non multũ curo. neq; etiam de prædicto auxilio: niſi inquantũ diureticum eſt. Et purgatio per vrinam in talibus fuit ſuperius, in de glandulis, commendata. Emplaſtra ad diſſoluẽdum ipſe cum ſuis magiſtris docet facere de radice lapathij, raphani, cucu. agreſtis, ſaxifragiæ coctis, & cũ axungia aliqua miſtis. Superius tamen in cap. ſcrofularum, plura ſunt impoſita emplaſtra ad reſoluendum, & maturandum: quare illic requirãtur. Lanfrancus ad hoc dictat aliam potionem cum vino decoctionis paruæ plantæ nucis cum ſuis radicibus, & piperis. Magiſter Dynus facit puluerem de ſpongia combuſta, oſsis ſepiæ, ſalis gemmæ, & communis radicis chelidoniæ, cyperi, ſucci cyclaminis, cinc. pyrethri, bedegarum, nucis cypreſsi, paleæ marinæ. Ego tamen addo ſcrofulariæ radicem, & philippendulæ, & vtatur vt ſupra. Tales autem medicinæ multas habent promiſsiones, operationes verò paucas.

De apoſtematibus dorſi.

Quia in anatomia colli fuit poſita anatomia dorſi, pro tãto expediendo dicimus quod apoſtemata dorſi in cauſis, & ſignis, & cura ſatis conueniunt cum cõmunibus, niſi in hoc quod iſta magis ſunt periculoſa, propter propinquitatẽ nuchæ quę vicaria eſt cerebri, vt in anatomia fuit dictum: vnde in 12. de vtil. particularum, ſymptomata nuchæ ſimilia ſunt ſymptomatibus cerebri. Et ex hoc nõ debemus ea repercutere ita fortiter ſicut & alia. Sufficit enim à princ. ponere alterantia, & refrænãtia domeſtica, quale eſt oleum roſatum. Cum hoc etiam quando ſaniantur, non expectetur ad aperiend

riendum perfecta maturatio:& in aperiendo,secũdum profundum sequatur,& caueatur neruorum origo.nam eorum punctura, & incisio est periculosa. Gibbositas est proprie dorsi passio.verum quia proprie non est apostema:licet possit ab apostemate causari,sed dislocatio:dicetur infra.

De apostematibus omoplatæ, & brachiorum. Cap. IIII.

APostemata omoplatæ, & brachiorum non variantur à cura communi: nisi quod circa iuncturas anticipatur apertio, ne sanies sui mora corrodat, & dissipet neruos, & ligamenta.& per consequens profundetur iunctura: & efficiat fistulam præcipuè circa cubitum, in quo maior est ligamentorum, & ossium infiltratio. Et caueatur apertio circa summitatem: sed circa latera. nam motus & ossis denudatio impediunt consolidationem.

De apostemate post phlebotomiam.

Cæterum contingit brachia apostemati aliquoties post phlebotomiam:vbi quod consulit Auic.in principio est bonum:videlicet quod ex altero brachio minuatur secundum quod tolerauerit, & super ipsum emplastrum de cerussa, & in circuitu de infrigidantibus fiat epithema. Ego autẽ emplastraui cum bolo ar.& albuminibus ouorum.Illud autem quod dicit Iamerius de fomentatione mollificante & resoluente, & stupa, & ligatura, competit in processu,&c.

Emboriſma seu aneurisma,est apostema leue ex sanguine, & ventositate repletum secundum Auic.quarto sui canonis, ca.de fluxu sanguinis.Vnde Gal.in de tumoribus præter naturã.Arteria verò destructa emboriſma hæc passio vocatur: fit autem diuisa ea,cum iam in cicatricẽ accidit præiacẽs eis cutis:quia vt dicit Auic.plurimũ fit in curaturis,collo,& inguinibus per se à causa intrinseca: aut ex phlebotomia. Et quia illa magis fit in brachio, ideo ponitur in cap.brachiorum. Cognoscitur autẽ huiusmodi passio per viros præfatos:quia pulsat vt arteria,& premendo retrocedit:& reuertitur vt ruptura. Cura ipsius fit dupliciter: vno modo cum compressione facta cum emplastro styptico, & ligatura ad modum rupturæ.Alio modo quod ab vtraque parte arteria discooperiatur, & ligetur cum filo: & illud quod erit inter

duas

duas ligaturas, incidatur. Et post vt communia vulnera curetur. Alium modum assignat Albuc. cum duabus acubus ligando: de quo infra in eminentia vmbilici dicetur.

Solet circa manus aliquoties accidere inflatio carnosa, & phlegmatica quæ à multis chiragra dicitur. Cuius causæ, & signa in apostematibus phlegmaticis superius sunt dicta: verumtamē quæ est naturalis, antiqua & confirmata, non recipit curationem. Cura verò curabilis nō differt à cura communi apostematum phlegmaticorū: nisi quia propria aliqua habent auxilia, & cauterizationē quæ indiget secundum incessum ossiū, rachetæ cum cultelari: vt morbus non redeat. Auxilia propria sunt hęc. Primo magister meus Montispessulani faciebat hoc. Recipit caulium rubeorum M.v. ebulorum, tribulorum marinorum ana. M.ij. coquātur cum lixiuio cinerum clauellatorum, & aliquantulo aceto, & sale terantur, & fiat emplastrum. Consequenter secundum magistrum meum Ptolosanum fiat chirotheca siue bursa de bono corio, & impleatur de bono lixiuio cinerum ficariorum & sarmentorū, atq; filicum cum modico sale & aceto: & in ea manus ponatur, & taliter claudatur, & ligetur, quod nihil exeat: & ipsam sæpe cum aqua calida in altero vase calefaciat: & hoc tantū continuetur quousq; manus sit deinflata. Nonnulli verò primo eam balneant cum aqua decoctionis squinanthi, vel alicuius rei subtiliantis, postea cum pice, & cera applicatis violenter attrahendo mollificat manum. Consequenter eam suffumigant, & stuphant cum fumo eleuato ab aceto iniecto super marchasitā, aut lapidem molarem ignitos. Vltimo emplastrātur cum galbano, & ammoniaco, & consimilibus. Modi tantū primi mihi sunt magis experti. Nihilominus in tali casu magis assuesco spongias infusas in lixiuio forti calido, in quo sit alumen, & sulfur, & sal, ligando stricte, vt in apostematibus fuit dictū phlegmaticis, quàm in aliquo alio: & dicetur in de elephantia magis complete. In omnibus tamen dispositionibus materia ad alteram manum cum fricationibus, & pondere deriuetur. Et in fine cum cauteriis dictis qui vult procedere.

De apostematibus digitorum fistulosorum.

Nascuntur circa iuncturas digitorū quandoq; apostemata phlegmatica dura cum colore fusco: in quorum circuitu venæ

venæ eleuantur, vlcerantia, & corrodentia ossa, & ligamenta: vt dicit Guli. de Salic. currentia & permutantia se aliquãdo de membro ad membrũ velut sephyros dictus ab Auic. ferinos. Cuius causæ & iudicia, & cura sunt sicut scrofularum squammosarũ: vngendo à principio, cum oleo de spica, & de lilio, & cũ diachylone desuper. Et si contingat eam vlcerare, mundificetur cum vnguento apostolorum, & puluere asphodelorum. Et si est necesse, cum arsenico, sicut in scrofulis fuit dictum. Si autem os fuerit corruptum, cauterizetur, & remoueatur corruptũ. Nam cauterium omnem corruptionem remouet, vt dicetur: post autem, curatione aliorum vlcerum curetur.

Panaritium est apostema calidũ exiturale, circa vnguium radices generatum. Cuius causæ, & signa per capitula calidorum apostematum superius dicta habentur. Indicia tamen aliqua habent propria. Quia secundum Auic. est difficilis, & vehementis doloris: ita quod aliquando facit feb. alienationem, & syncopim: & per consequens interficit. Et quandoque vlceratur, & perducit ad corrosionem, & corruptionem carnis, ossis: & per consequens ad totius digiti esthiomenationem, & perditionem, & emittit saniem subtilem, & fœtidam vtplurimum.

Cura ipsius non variatur à cura cõmuni, nisi in maiori infrigidatione, & refrænatione circa principiũ, & maiori sedatione doloris. Facta igitur phlebotomia, euacuatione, & diuersione, & diætatione calidarum materierum, infrigidetur in principio cum aceto puro, aut cum se. psyllij mucilaginato, aut cum gallis, & corticibus granatorum misto.

Vnde Halyabbas dicit quod sapiẽs Hippo. in quarto epidimiarum cum galla viridi, & aceto dolorẽ curabat. Camphora etiam ab Auic. in hoc multum laudatur. In augmento & statu acetum cum farina hordei, aut cum furfure apponatur. Et in fine cõpetit oleum ros. cum thure, & nigella ad resoluendum. Si verò collectionẽ facit: inuetur ad maturandum cum mucilagine psyllij cum aqua adipe mista: aut cum isto emplastro. Et est Guli. Recipe vitellos tres aut quatuor ouorum coctorũ, farinæ fœnugræci, & se. lini, mucilaginis malũauisci ana vnc. j. butyri recentis quartã 5. incorporẽtur omnia, & fiat emplastrũ. Et cum est maturatum, perforetur perforatione subtili, & parua & euacuetur quod in ipso est:

& mund

& mundificetur cum melle, & farina lentium, & lupinorũ, & aloë est de melioribus rebus ad incarnandum.

Si verò vnguis carnẽ pungeret, abscindatur. Si verò vlceraretur, cum trochiscis asphodelorũ, aut calidicon seu arsenico, desiccetur. In casu verò in quo est corruptũ os, discooperiatur: & os cũ ferro calido cauterizetur. Cauteriũ enim in hoc est iuuatiuũ valde, vt dicit Albuc. Si etiam est hiomenatur, scarificetur, & cura illius percuretur. Et si ambularet corruptio ad digitũ, ita quod de ipso timeatur: incidatur, & cauterizetur. In omni autẽ dispositione ad intercipiendum materiam circuncirca digitũ & manũ, cum oleo ros. aut vnguento de bolo armeno inungatur. Dolorẽ autem mitigat Auic. cum opio. & si mucilago psyllij cũ eo misceretur, res esset perfecta. Guliel. tamen ad hoc facit aliud vnguentũ in quo Halyab. consentit. Recipe olei ros. vnc. j. apij, hyoscyami, ana vnc. j. se. apij, vnc. ſ. aceti drag. ij. pistãdo fiat vnguentum. Omnia autem auxilia cum suaui panno, & indolorose apponantur: quia hoc accidens superat causam suam.

De apostematibus pectoris. Cap. V.

CIrca regionẽ pectoris vel thoracis ab extra multi modi apostematum generantur: vtputa bubones sub ascellis, & apostemata mamillarũ, & ipsarum costarũ: de quibus per ordinem est dicendum: & primo de bubonibus. Vnde sciendum quod bubo sumitur tripliciter proprie pro solo apostemate latitante ad modum illius animalis circa parietes in subascellis. Alio modo large pro apostemate generato in tribus emũctoriis, scilicet cerebri sub auribus, cordis sub ascellis, hepatis in inguinibus. Alio modo magis large pro apostematibus generatis in membris glãdulosis: vt in dictis, & cum hoc in mamillis, & testiculis, quæ licet sint nobilia, & principalia: non tamen sunt necessaria ad esse indiuidui, sed speciei. Et ideo sustinent aliqua repercussiua: alia verò nulla. Et ita intellexit Auic. in suo quarto. Hic tamen sumitur primo & secundo modo, pro apostemate emunctoriorum principaliter cordis tanquàm à principaliori membro.

Ista autem apostemata sunt calida, & frigida, & dura: quæ Auic. vocat fugillica secũdum materias ex quibus fiunt. Et licet modus generationis vtplurimum sit secundum generationem, & expulsionem, factas à natura, vt superius fuit dictum:

dictum:nihilominus attrahunt vlcera, & apostemata extremitatum: quorum causæ speciales,& signa per doctrinã generalem habentur superius.

Iudicia tamen aliqua habent propria: & est vnũ, quod ad ipsa libenter sequitur febris. Sunt tamen secundũ Hippo.in quarto aphorismorũ,omnes in eis malæ, præter ephemerã: & causa est:quia significant ꝙ tales bubones sunt germina, & effectus apostematum interiorum: vt ponit Gal in commento Apostemata autem interiora, maxime quę sunt prope membra principalia, sunt periculosa.

Transgressio de mortalitate.

Et hoc manifeste vidimus in illa ingenti,& inaudita mortalitate,quæ apparuit nobis in Auinione anno domini 1348. pontificatus domini Clementis sexti, anno sexto. In seruitio cuius sui gratia licet indignus tũc existebam. Et nõ displiceat: quia propter ipsius mirabilitatem,& præuidẽtiam si iterum accideret,narrabo eam.

Incepit autem dicta mortalitas nobis in mẽse Ianuario, & durauit per septem mẽses. Et habuit duos modos. Primus fuit per duos menses cum febre continua, & sputo sanguinis. Et isti moriebãtur infra tres dies. Secũdus fuit per residuum tẽporis,cũ febre etiã cõtinua,& apostematibus,& antracibus in exterioribus, potissime in subascellis,& inguinibus,& moriebantur infra quinq; dies. Et fuit tãtæ contagiositatis specialiter quæ fuit cũ sputo sanguinis:ꝙ nõ solũ morando,sed etiã inspiciẽdo vnus recipiebat ab alio: intãtũ quòd gentes moriebãtur sine seruitoribus:& sepeliebantur sine sacerdotibus. pater nõ visitabat filiũ,nec filius patrẽ:charitas erat mortua:spes prostrata. Et nomino eã ingẽtẽ: quia totũ modũ,vel quasi,occupauit. Incepit autem in oriente:& ita sagittando mundũ pertrãsiuit per nos versus occidẽtem. Et fuit ita magna,quòd vix quartã partẽ gentium dimisit:& inaudita:quia legitimus illam de ciuitate Thraciæ, & Palestinę,& aliam in libro epidemiarũ facta tempore Hippo. Et illam quæ accidit secundũ subiectã gentem Romanorum in libro de epidemia tempore Gal.& illam in ciuitate Romana tẽpore Gregorij:& nulla fuit talis. Quia illæ nõ occupauerunt nisi vnã regionẽ: ista totũ mundum:illæ erant remediabiles in aliquo:ista in nullo:fuit enim inutilis pro medi-

cis & verecundosa: quia non erant ausi visitare propter timorem inficiendi: & quando visitabant, parũ faciebant, & nihil lucrabãtur, omnes enim qui infirmabãtur, moriebantur, exceptis paucis circa finẽ qui cũ bubonib⁹ maturatis euaserũt. De causa istius ingentis mortalitatis multi hæsitauerunt: in aliquibus crediderũt partibus, ꝙ Iudæi venenassent mũdũ, & ita interfecerunt eos. In aliquibus pauperes, truncati: & essugiebãt eos. In aliis nobiles: & ita dubitabãt ire per mundum. Finaliter ad tãtũ deuenit, quòd tenebãt custodes in ciuitatibus & villis: & nullũ permittebãt intrare, nisi bene notum. Et si alicui inuenirent puluercs, aut voguẽtes timentes quod essent potiones, faciebant eos transglutire. Quicquid tamẽ populus diceret, veritas fuit, quòd huius mortalitatis causa fuit duplex. vna agens vniuersalis, alia particularis patiens. Vniuersalis agens fuit dispositio cuiusdam coniũctionis maioris trium superiorum, Saturni, Iouis & Martis, quæ præcesserat anno domini 1345. 24. die mensis Martij in 14. gradu Aquarij. Maiores enim coniunctiones, (vt dici in libello quem feci de astrologia) significant res admirandas fortes & terribiles, vt mutationes regnorum, aduentus prophetarum, atque mortalitates magnas. Et illæ disponuntur secundum naturam signorum, & aspectus eorum in quibus sunt. Non ergo fuit mirum, si significauit mortalitatem admirandam, & terribilem illa magna cõiunctio: quia nõ fuit solũ de maioribus: imò etiã de maximis. Et quia fuit in signo humano, damnum supra naturam humanam direxit: & quia signum erat fixum, lõgam durationẽ significauit. Incepit enim in oriente paulo post coniunctionẽ: & durauit adhuc in anno quinquagesimo in occidẽte. Impressit enim talem formam in aëre, & in aliis elementis, quòd sicut adamas mouet ferrũ: ita ipsa mouebat humores grossos adustos & venenosos: & cõgregabat eos ad intrinseca: & faciebãt apostemata: ex quibus sequebãtur febres cõtinuæ: & sputũ sanguinis in principio, dũ sanies fuit valida, & confundebat naturã: & post dũ remissa fuit, natura nõ tantũ confundebatur, & expellebat prout poterat ad exteriora, maxime ad subascellas, & inguina: & causabat bubones, & alia apostemata: ita quòd illa apostemata extrinseca erant effectus apostematum intrinsecorum. Causæ particularis patiens fuit dispositio corporum, cacochymia, & debilitatio, & oppilatio. Et

Guido librum cõposuit de astrologia

propter

propter hoc moriebantur populares laborantes, & male viuentes.

De cura fuit laboratum in præseruatione ante casum,& in cura in casu. In præseruatione non erat melius quàm ante infectionē fugere regionē,& purgare se cum pilulis aloeticis:& minuere sanguinem cū phlebotomia:rectificare aërē cum igne:& confortare cor cum theriaca,& pomis,& rebus odoriferis,cōsolare humores cum bolo armenico:& resistere putrefactioni cum acetosis.

In cura fiebant phlebotomiæ,& euacuationes, & electuaria,& syrupi cordiales. & apostemata extrinseca maturabātur cum ficubus,& cepis coctis,& pistatis, & mistis cū fermē to,& butyro:post aperiebātur:& curatione vlcerū curabantur. Anthraces vētosabātur,scarificabātur,atq; cauterizaban tur. Et ego propter diffugere infamiā,nō fui ausus recedere. Sed cum cōtinuis timoribus prēseruaui me cū prēdictis quā tum potui. Nihilominus versus finē mortalitatis incurri febrem cōtinuam cū apostemate inguinali : & ægrotaui quasi per sex septimanas:& fui in tanto periculo, ꝙ omnes socij mei moriturum me crediderunt:& maturato apostemate,& curato,vt dixi,euasi iussu dei.

Post vero anno 60. pontificatus domini Innocentij sexti anno 8.retrogradando de Alemania , & partibus septētrionalibus reuenit ad nos mortalitas. Et incepit versus festum sancti Michaelis cū bociis,febribus,carbūculis,anthracibus, paulatim augmētādo:& aliquoties interpolādo,vsq; ad medium anni sexagesimi primi. Et postea ita furiose vsq; ad tres sequētes mēses durauit,quòd nō dimisit in multis locis medietatē gētiū. Differebat tamē ab alia prēterita: quia in prima plures decesserunt populares. In ista vero plures diuites & nobiles,& pueri infiniti,& mulieres paucæ. In qua ex dictis magistri Arnoldi devilla noua:& magistrorū Mōtispessulani:& Parisius,tale electuariū theriacale assumpsi. Quod Recipit iuniperi drag.ij.& ʒ. gariophylli, macis, nucismusc. zinz. zedoariæ añ.drag.ij.vtriusq; aristolochiæ, radicis gētianę,tormētillę,radicis herbę cimicis,diaptami,radicis enulę cāpanæ, ana drag.ij.ʒ.saluiæ,ruthæ,balsamitæ,mētæ,polemenon quod est pulegium ceruinum secundum magistrum Arnoldum : aut cheledonia secundum magistrum Mūdinum,ana drag.j.bacarū lauri,doronici,croci,se.aceto-

ſæ,citri,azymi,maſticis,olibani,boli ar.terræ ſigillatę, ſpodij,oſsis de corde cerui,raſuræ eboris, marg. fragmentorũ, ſapphyri,ſmaragdi,coralli ru.ligni aloes,ſandali ru.& muſcatellini,ana drag.5.cõſeruæ roſ.cõſeruæ bugloſſæ,cõſeruę nenufar.theriacę probatę,ana vnc.j.panis zuc.lib.iij.fiat electuarium cum aqua ſcabioſæ,& roſ.modicum camphorata. Accipiebam vt theriaca:& fui preſeruatus iuſſu Dei. Cuius nomen ſit benedictum in ſecula ſeculorum. Amen.

Cura bubonum ſecundum Auic. eſt diuerſa à cura aliorum apoſtematum in euacuatione,& repulſione: eo ꝙ eſt ſecundũ ſemitam criſis,aut expulſionis ex mẽbro principali; tũc non oportet vt præponat euacuationem : ſed ſtatim applicentur localia,& non repulſiua. imò trahentia materiã adlocũ apoſtematum quacunque attractione:& etiam cum ventoſis , vt dictum fuit in ſermone generali. Si autem non eſt ſecũdum ſemitam dictam, ſed eſt ab vlceribus extremitatum,aut alia cauſa primitiua:& adeſt repletio:aut ſine ea occaſione doloris:vt ſupra 13.therapeu.fuit allegatum : tunc euacuatio eſt radix curationis: & minoratio cibi:& eius ſubtiliatio,vt dicit Auic.& in iſto caſu,propter refrænare concurſum in humorum principio,poſſunt applicari aliqua alterãtia cũ quadam confortatione, velut oleum roſ.cum chamomillino in nullo alio caſu non : imò mollificantia. Non obſtante Henrico qui poſt euacuationem docet indifferenter ponere in principio repercuſsiua: mollitiua enim ſint , non quæcunq;: ſed domeſtica niſi:in neceſsitate:vbi domeſtica non ſufficerent. Nam vt ait Auic. ſicut in expulſiuis eſt timor reditus materiei ad membra principalia:ita in mollitiuis eſt timor attractionis ſuperfluæ:quorum amborum ſecurat euacuatio in caſu. Et hoc eſt,quod Gal.dicebat in tertio miamir.parotides,id eſt apoſtemata ſecus aures,licet ſint de genere phlegmonis,non tamen vtimur in eis prima intẽtione phlegmone laborantium particularum , ſed contraria pharmacis attractiuis vtentes.Et ſi nihil dignum ratione profecerint hęc & ventoſam afferentes.Aduertendo tamẽ quod ſi vehementem impetum habet id quod influit, nil operemur:ſed naturæ totum dimittamus,ne ex vehementia attractionis dolor vehemens apprehendat hominẽ:vtpropter eũ,& vigili fiant, & feb.adueniant:& virtus diſſoluatur:mitigare quidem magis tunc,& non coadiuuat fluxionẽ ac impetũ humorũ con-

gruit

gruit cataplasmatibus, vtētes mitigatiuis quæcūq; vltra hoc ꝙ commoderationem humidę caliditatis habent, ex qua mitigare valent, adhuc etiam & humores influētes cōcoquere, ac suppurare possunt. Et hoc est qđ dicebatur in tertio therapeu. calefacere, & humectare oportet totū, & extremitatē, & ipsum adenē, id est emunctoriū, vt indoloroſum fiat. Prima die ex oleo calido infusam lanā superponētes: nō vt quidam cōfestim cū sale. Postea vero sale vtamur supra cū aqua calida misto fomētando, & cataplasmādo: vt resoluatur qđ collectū est mitigato dolore. Si quod collectū est, non potest resolui, digerere & suppurare oportet illud cū cataplasmatibus suppuratiuis, velut est triapharmacum de farina, aqua, & oleo coctis: aut aliquo superius in sermone vniuersali dicto: & postea procedere secundum quod ibi est dictum.

De apostemate fugilico, & indurato in emunctoriis.

Apostemata autē dura quæ scirrhos Gal. fugilica Auic. vocant: in dictis locis difficilia sunt ad curandum: & curatione scrofularum ea curare præcipit Gal. in trigesimo therapeu. Auic. tamen in his appropriat emplastrum de cinere limaciarum cum adipe. Gal. easdem cum melle autoritate Archigenis in hoc casu commendat. Multi autem duritiem incidunt, & glandulas naturales euellunt. Quod ego non facio: quia post locus cicatrizando induratur contra intentionem naturæ: quæ illas partes ordinauit molles ad repercutiēdū membrorum principalium superfluitates. Quicquid tamen fiat, incisiones in subascellis, & inguinibus debent fieri semi transuersaliter secundum formam lunæ, vt ostendit Albuc. retro autem aures, æqualiter inquit Auic. & intelligo æqualiter id est secundum longitudinem.

De apostematibus mamillarum.

Apostemata mamillarū quædam sunt propria, quædam ſimilitudinaria, vt caseatio lactis, & ingrossatio præter naturam, de quibus dicetur infra, Apostemata calida, & frigida in hac particula habent causas, & signa apostematum communium superius dictorum: nisi ꝙ ad ea generanda in mulieribus multum facit retentio menstruorum: & ad ea curanda prouocatio eorundem, atque phlebotomia saphenarum. Habent etiam signa, & indicia aliqua propria: quia in

apoſtematibus ſemper eſt aliqua caliditas,& dolor,atque tumor:in coagulatione lactis de his parum eſt, aut nihil. Lac etiam coagulatum expanditur æqualiter per mamillã. Apoſtema vero in altera parte,præcipue quãdo venit ad augmẽtum,monſtrat eminentiã:lac cum hoc non venit niſi grauidis,& prægnantibus. Apoſtema vero in omni tempore generatur. In apoſtematibus mamillarum timẽdũ eſt de mania: iuxta illud quinto aphoriſmorũ. Mulieribus quibus ad mamillas cõuertitur ſanguis,maniã ſignificat. Et licet aphoriſmus ſit Gal. ſuſpectus:ipſum tamen modificat ac verificat quãdo ſanguis repugnat cõuerſioni ſui mordacitate, & multitudine,quibus lædit & cerebrũ. Lãfrancus tamen teſtatur, quod ipſe vidit. Ego autẽ nunquã vidi:ſicut nec Gal. vidit ſicut ipſe teſtatur in cõmento. Aui. bene vult q̃ ſirſen ad apoſtemata mamillarũ ſeu pleureſim reſoluatur,ſed nõ ecõtra.

Curatio apoſtẽmatum mamillarũ nullum habet propriũ: niſi quod repercuſsiua oportet quod ſint domeſtica propter vicinitatem cordis. Sufficit enim in calidis,vt plurimũ,quæ ſunt talia in principio:ſicut oleum roſ. cum modico aceto: aut aqua cum aceto non frigida ſed calida. Poſtquam autem pertranſiuerit principium,fiat emplaſtrum cum farina fabarum,& foliis ſolatri,& meliloto contrita, & cocta cum oxymelite,& oleo ſiſamino,aut amygdalarum. Si autem videtur facere collectionem,maturetur cum emplaſtris maturatiuis dictis,& dicẽdis. Et proprie cum iſto,quod laudat Aui. Recipe micæ panis quartam vnam, farinæ fabarum,radicis maluauiſci,quartam ʒ. farinæ fœnugræci,vnc. j. ouorum coctorum vitellos iij. in numero addendo modicum de croco, & myrrha,& aſſafœtida,fiat emplaſtrum. Et ipſo maturato aperiatur in baſsiori loco ſecundum formam lunarem, vt oſtendit Albucaſis:& non ponatur magna tenta propter dolorem:& mũdificetur vt alia. Si tamen apoſtema eſſet frigidum inungatur cum oleo de ſpica,& lilio,vt alia. Et ſi tenderet ad duriciem, Auicen. ponit emplaſtrum de riſo cocto cum vino dulci, & oleo viol. & vitello oui. Si vero duricies conuertatur ad cancrum, non eſt conſilium in curando: niſi abſcindere totam mamillam: quod eſt tamen, vt ſuperius eſt dictum, valde timoroſum. Melius enim eſt in tali caſu palliare, quàm curare, & incurrere infamiam.

De coa

De coagulatione lactis.

Coagulatio lactis quę vtplurimum fit à frigido, dissoluitur cum eisdem dictis in apostemate frigido, & cum embrocatione aquæ calidæ, decoctionis siclæ, apij, mentæ, atque calamenthi. Et laudat Lanfrancus istud emplastrum. Recipe micæ panis mundi, farinæ hordei, fœnugræci, se. lini ana vnc. j. radicis maluauisci, foliorum maluæ, erucę, ana. M. j. colligantur: hæc duo vltima coquantur, & pistentur: & cum oleo modicum incorporando, fiat emplastrum.

De apostematibus parietum pectoris.

Apostemata quæ sunt in parietibus pectoris, nihil habent proprium nisi quòd caute repercutiãtur, propter causam dictam: & secundum incessum costarum aperiantur, atque longa non expectetur maturatio, ne sanies ad intrinseca deriuando, ad intrinseca fistulam pariat. Scriptum autem est ab Hippo. primo prognosticorum: quæ intus, & extra crepuerunt, malum est: & commentatur per Gal. quòd natura non inuenit locum in quo appodiet se: sicut fundamentum in terra super quo generet: & consolidet carnem. parit ergo fistulam cuius curatio est mala, vt dicetur infra. Quomodo autẽ regatur fistula, quæ in casu ad spatiositatem intrinsecã profundatur, dicetur infra, cum de fistula fiet sermo. Quæ autẽ ab intra deuenerunt in saniem, vrantur, aut incidantur: & si sanies est laudabilis, euadere possunt. Si vero mala, pereunt in 7. aphorismorum. Locus in quo debet fieri apertio, etiam infra dicetur, & ostendetur.

De apostematibus ventris. *Cap. VI.*

APostemata communia, ex parte exteriori ipsius vẽtris habent nihil proprium, nisi quæ dicta sunt propria in pectore: & hoc etiam quod cum omnibus resolutiuis, & maturatiuis misceãtur aliqua aromatica styptica, & confortatiua: eo quod propter propinquitatẽ quam habẽt ad mẽbra nutritiua, possent ea, & earum actionẽ toti corpori necessariã debilitare: misceantur ergo cũ eis oleum nardinũ, vel maluinum, myrtinum, masticinum, & oleum de absinthio, & spica quæ Gal. appropriat ad confortãdum viscera specialiter hepar 13. therap. In principio enim applicetur oleum ros. cum

oleo maluino,aut myrtino.In augmento oleum chamomillæ,cum absinthio,aut nardino.Si vero tendant ad suppurationem,apponatur artomel id est panis cum melle non purus:vt Attalus discipulus Sorani ponebat,sed cum oleo masticino,aut absinthio mistus.

De duricie stomachi.

Si autem declinent ad duriciem, cautissime aduerte quia talia apostemata faciliter indurantur: & indurata difficilia, & periculosa sunt inducendi hydropisim, vt dicit Lanfrancus. Gulielmus tamen de Saliceto appropriat quando sunt in orificio stomachi,diachylō. Ego vero misceo cum eo modicum de pul.hieræ cum oleo de absinthio malaxatum.

De duricie hepatis.

Supra vero hepar dictat emplastrū commune ad omnē duriciē. Quod Reci.galbani,serapini,opoponacis,ana vnc.j.farinæ fœnugræci, seminis lini,ana vnc.ij.tereben.lib.ʒ.olei chamomillæ vnc.iiij.farinæ frumēti quod sufficit ad inspissandum: ponantur gummi in oleo chamomillæ minutim inciſæ:& dissoluantur ad ignem:& post addatur terebinthina,& coletur:deinde incorporetur farina,& fiat emplastrū. si tamen adderetur oleum ros.aut violatum vel absinthium propter virtutem hepatis seruandam,esset melius.

De duricie splenis.

I*n duricie* vero splenis.Recipe ammoniaci, serapini,bdellij,opoponacis,ana vnc.j.olei de spica, drag.v.terebin.vnc. ij.farinæ fœnugræci,& seminis lini ana vnc.j.farinę lupinorum,quod sufficit ad incorporandum.fiat emplastrum vt dictum est de hepate. Albucasis autem consuluit in istis locis quando in eis est frigus, & humiditas multa, & curationes aliæ non valent:cauteria punctualia tria vel quatuor secundum magnitudinem hepatis:& quod nō multum pertranseat vltra cutim.

De hydropisi.

Hydropisis secundum Brunum dicitur ab hydros:quod est aqua: & pisis quod est passio: id est passio aquosa proprie in ventre.Est enim hydropisis quantum spectat ad chirurgum,

gum,apostema,& inflatio ventris ex materia aquosa,& ventosa infra spatiositatem ventris,errore virtutis digestiuę hepatis generatum. Vnde in quinto de locis affectis,siue patiẽdo quidem hepar,nunquam fit talis passio. Patitur autẽ hepar,quandoque propter proprietatẽ: quandoque propter colligantiam:& hoc innuebat Hippoc.secundo prognosticorũ. Consurgit ab hepate,& ab aliis. Talis autem passio in hepate dicitur error,& infrigidatio seu diminutio caloris naturalis ipsius facta à frigido per se, & vniuoce: à calido vero per accidens, & æquiuoce,resoluendo calorem naturalem ipsius hepatis. Et propter hoc dixit Gordonius: quòd nullũ mirabile est si in hydropisi de calida in eadem parte hepatis est frigiditas & caliditas insimul:vnũ tanquã formatum, & coniunctum:reliquũ tanquã formans, & antecedens:vnum naturale reliquũ præter naturã, vnum materiale,reliquum formale:vnum apparens,reliquũ occultum. Ex qua infrigidatione in de tumoribus præter naturam,& sexto de ægritudine,& symptomate,coaceruatur multitudo aquosæ materiæ,in ascliti seu ascli: spumosæ vero in tympanite:phlegmaticæ vero in anasarca, & leucophlegmatica nominata. Sunt ergo secundum hoc tres species hydropisis.

Causas hydropisis non oportet chirurgum taliter inquirere,quàm dictæ sunt superius in sermonibus de apostematibus phlegmaticis:perfectam & exquisitam inquisitionem recipere debent à medicis aliis physicis.

Signa communia trium specierum sunt inflatio: & mala coloratio faciei,& extremorum: & debilis superfluitatum expulsio. Signa propria asclites, seu asclitis,sunt demacratio partium superiorũ,& inflatio inferiorũ. Et si venter agitetur,sonat velut vter aquæ semiplenus,& alia signa apostematũ aquosorum dicta. Signa tympanitis sunt eadẽ.sed si vẽter percutiatur,sonat,vt vter plenus vento:& signa superius dicta de apostematibus ventosis. Signa anasarca sunt tumor vniuersalis totius corporis. Et si caro cõprimatur cum digitis,dimittit post eos cauernam:& reliqua signa phlegmatis dicta:& vẽter nõ est ita inflatus,vt in aliis speciebus. Signa quæ recipiuntur à pulsu,& ab vrina,& ab egestione,& aliis expulsis,à physicis recipiuntur. De hydropisi Hippo.iudicat in secundo prognosticorum, quòd omnis hydrops in acuta febre malum. Hydropisis enim quæ sequitur febrem conti-

nuam,vix aut nunquam curatur. Hydropisis in complexione calida,& sicca,est mala:quia est cum discõuenientia particularium.Hydropisis,quæ prouenit ab hepate peior est illa,quæ prouenit à splene vel aliis membris.Inter omnes species hydropisis,ascliter est deterior:hyposarca,salubrior:& tympanites tenet medium. Quicquid autem sit, hydropisis est morbus difficilis:& ideo de ipsa parum promittas In sola asclite operatio chyrurgicalis habet locum.Et aliæ physicis relinquantur.

Cura hydropisis præter communia dicta in apostematibus phlegmaticis habet quædã propria.Primo quòd vita sit magis stricta,& desiccatiua. Secundo quod hepar rectificetur. Tertio quod purgantia per ventrem,& educentia per vrinã, sint crebriora.Quarto quod ab extra ad euaporandum, & non ad suppurandum,magis attendatur:& hoc erat Gal.præceptum quod allegabatur superius,de apostematibus aquosis,in secũdo ad Glauconẽ,& septimo aphorismorũ, in cõmẽto.Quibuscũque hepar.Et propter hoc in asclite, de quo est proprius iste sermo,euacuetur materia cũ pilulis de reubarbaro.quæ secundũ Rasim,Reci.reubarbari, succi eupatorij, seminis scariolæ,ana drag.iij.agarici drag.v.mezereõ.i.laureolæ,drag.x.fiãt pilulæ.dẽtur,drag.ij.& ʒ.Educãtur etiam humiditates per vesicã cũ apozemate de radicibus, quod est secũdũ Rasim.Re.corticis radicis apij & fœniculi.ana drag. x.seminis apij,& fœniculi,ameos,squinãti, ana drag.v.ros. rub.spicæ,ana drag.iij.coquãtur in vna lib.aquæ, donec ad tertiã redeat:& detur in potu.Et secundũ Gal. tertio de cõplexionibus,medicamen cũ cãtharidibus correctis per adustionẽ seu per gũmi cerasorũ admistionẽ datũ cum vino in quãtitate grani parui valde iuuat ictericos, & hydropicos: quia multimodã humiditatẽ euacuat per vrinã. Cõfortetur hepar ab extra trociscbis de berberis, qui secundũ eundem Rasim Reci.succi berberis,drag.x.seminis scariolæ,seminis citruli,seminis portulacæ,an.drag.iij.ros.drag.ij.reubarbari,drag.j.spicæ,drag.ʒ.fiãt trocis.aur.j.detur vnus cũ syrupo acetoso.Ab extra vero epithemetur hepar cũ sandalis,cinnamomo,atque ros.cũ vino põtico.In omnibus autẽ prædictis,quãdo est caliditas præter naturã in hepate,addatur endiuia,scariola,cichorea,atque hepatica. Euaporetur autem materia emplastrãdo ventrẽ cũ emplastro quod fit de farina hordei,

hordei, ſtercore ouino, cypero, ſulphure, nitro, bolo armeno, cimolea, atque limaciis cum teſtis ſuis tritis, & incorporatis cum lixiuio, & parum aceti. Et cõfricetur ad ſolẽ cum cuſtodia capitis, & hepatis: quia in hoc vnguento mirabilis eſt caliditas ſolis. Et ſi prædicta non valent vel haberi non poſſunt: ſuccus radicis ireos potatus de mane in quantitate duorũ cochleariũ, ſumme purgat eos, & per ſuperius, & per inferius. Aqua etiam diſtillata à medianis corticibus cannarum, & floribus ſambuci optima eſt ſecũdum Gordonium. Et ſi cum iſtis adminiſtretur propria vrina, maiorẽ haberet efficaciam. Si autẽ curatio cum prædictis non valet, oportet, vt dicit Albucaſis, quòd tu cauterices cum multis cauteriis clauallibus, non multum profundantibus vltra cutim, in circuitu vmbilici quatuor ſupra hepar, & ſplenem: & ſtomachũ tribus: & ſuper ſpondylia in dorſo cum cultellario duobus: & dimitte ea aperta tẽpore longo, vt aquoſitas per ea poſsit expurgari. Et ſi in burſa teſticulorum poneretur ſeton, optimum eſſet. Si autẽ aliud non potes facere: & cum magna inſtantia fueris requiſitus: præmiſſa prognoſticatione de periculo: ſi tu inuenies patientẽ fortem non debilẽ, iuuenem nõ ſenem neque puerum: & quod non habeat tuſsim, neque fluxum, neque aliud accidens, quod operationẽ cum ferro impediat: autoritate Albuc. Halyab. & Aui. ipſum incide à parte anteriori, ſub vmbilico per tres digitos. Si hydropiſis eſt ex cauſa inteſtinorum, à parte ſiniſtra: ſi hepatis, à dextra: ſi ſplenis, vt poſsit iacere in latere minus doloroſo, non ſuper fixurã, vt aquoſitates nõ fluant ſine voluntate. Et modus eſt vt ponas patientẽ erectum corã te, aut ſedentem, ſi nõ poteſt ſtare erectus. Et ſint miniſtri penes dorſum ſuſtinentes eum: & cum manibus aquam ad locum inciſionis ducentes. Deinde tu pellem ventris ſuperius per ſpatium vnius digiti trahe. Et ibi cum raſorio ſine ſpatumine perfora, vſque ad locum vacuũ, taliter quod aqua exire poſsit. Et tũc antequã aliquid notabile de aqua exeat, pellẽ dimittas, vt claudat vulnus ſiphacis: & prohibeat vt aqua non exeat, quouſque cum cruſta panis infuſa in vino, aut cum ſimili patiens ſit refocillatus. Et poſt pellem ſuperius trahas: & canulam de ære aut de argento factam artificialiter imponas: & de aqua nõ multum, ſed quantũ poterit ſuſtinere virtus infirmi, extrahere permittas. Melius eſt enim, vt ait Aui. infra ſubſiſtere, & per

vices,

vices, & paulatim euacuare, virtutémque seruare: quàm totum simul, & exquisite euacuare, & infirmum ad syncopen, & mortem ducere. Memorando semper quod omni euacuationi annexus est casus virtutis. Et postquàm extraxeris aliquam partem, extrahe canulam: & dimitte pellem descendere, & claudere vulnus siphacis: & liga: & non remutetur vsque ad aliam diem: & iterum confortes, & nutrias patientem cum cibariis, & potibus electis, subtilibus, odoriferis, & confortatiuis. In altera die per eundem modum operare: & in altera taliter faciendo, donec maior pars aquositatis sit extracta: deinde consolida. Et si quid remanserit, cum desiccantibus dictis desicca. Quidam faciunt primam incisionem vsq; ad siphac: deinde excoriando descendunt modicũ: & ibi perforant siphac: & postea vt dictum est procedunt: totum tamen ad idem venit: diagonaliter tamen perforantur, & diagonaliter in vtraque forma clauduntur.

In tympanite educatur materia per ventrem, & vesicam secundum quod de asclite dictum est, & clysteria, & suppositoria de oleo ruthæ, cymino, & baurace, sunt vtilia. Hepar confortetur etiam: vt dictum est, ventositas ab intra carminetur cum diacymino, & electuario de bacis lauri: & ab extra fricetur cum aliis multoties: & vaporetur cum milio, & sulphure: & quandoque necessarium est ponere ventosas.

In hyposarca bonum est euacuare cum pilulis de agarico: quæ recipe agarici, drag ij. succi cupatorij, reubarbari, aristolochiæ rotundæ, ana drag. ij. fiant pillulæ cum oxymelite squillitico. dentur drag. ij. Hepar confortetur ab intra cum trochiscis de lacca qui sic fiunt, Recipe laccæ, reubarba. ana drag. iij. seminis apij, ameos, seminis iuniperi, spicæ, amygdalarum amararum, mastichis, squinanthi, costi, amari, rubeæ, aristolochiæ, gentianæ, succi eupatorij, ana dragm. vnam, & ʒ. fiant trachisc. dragm. j. dentur cum apozemate de radicibus. Ab extra verò super hepar epithemetur cum spica, mastiche, cypero, squinantho, cinnamomo, calamo aromatico, croco, myrrha in vino pontico resolutis. Aeger quoque in sole calido cum arena calida sepeliatur: & in furno à quo exiuerint panes stuphetur: & alia fiant ad euaporandum, & resoluendum materiam, quæ videbuntur expedire.

De

De apostematibus ancharum, & partium eius. Cap. VII.

APostemata partium ancharum, quædam fiunt in partibus continentibus: & ista in causis, signis, atq; curis nihil habent proprium: imò curantur sicut apostemata cõmunia aliorum membrorũ. Quædam fiunt in partibus contentis, quæ huiusmodi conscriptionis non sunt. Quædam fiunt in partibus exterius procedentibus: vt in inguibus, testiculis, virga, vulua, atque ano. De his quæ fiunt in inguine dictum est supra in subascellis: de aliis verò hic est dicendum.

Et primo de hernia, & apostematibus oschei seu bursæ testiculorum, quæ communi nomine herniæ, seu ramices nuncupantur.

Herniæ ergo testiculorum, quædam proprie apostemata: quædam similitudinarie. Proprie apostemata dicuntur, & sunt, videlicet quinque, hernia humoralis, aquosa, ventosa, carnosa, atque verrucosa. Similitudinarie sunt herniæ, imò verius eminentiæ, rupturæ seu crepaturæ cirbalis, ac etiam intestinalis. De his quæ proprie dicuntur apostemata dicetur hic. De aliis infra in tractatu sexto.

De hernia humorali.

Hernia humoralis est apostema calidũ, vel frigidum, sanioſum vel non sanioſum, ex humoribus non multũ declinantibus à naturalitate, in bursa testiculorũ generatum. Cuius causæ, & signa, & quasi cura est eadẽ, sicut apostematũ aliorum membrorũ, excepto quod quia illa membra sunt multum sensibilia, & in loco inferiori posita, & quasi naturæ emunctoria absconsa, & putrefactibilia: & ad ostendendum verecũda, difficilioris sunt curationis. Et excepto etiã quod aliqua habẽt auxilia propria: vt in purgando secundũ Auic. administrentur suppositoria. nam attrahendo materiam ad anum, conferũt magnifice. Et in repercutiendo appropriatur cimolea cum aceto, non obstante quod testiculi sint mẽbra principalia: eo quia nõ sunt necessaria ad esse indiuidui, sed speciei. vt superius dictum fuit. In resoluẽdo appropriatur farina fabarũ, & aqua caulium: in sedando dolorẽ, folia hyoscyami obtinent principatum, & hoc in materia calida. In frigida verò cum farina fabarum ponitur fœnugræcum,

& cym

& cyminum. Si verò incedant via maturationis, maturentur & aperiantur vt alia: nisi quod apertura, propter timorem fistulæ quæ leuiter iuxta anum generatur, quãtum erit possibile ab eo elongetur. Si tamen ad duritiem cõuertentur, mollificentur vt alia. Vnde Auic. ad mollificandum duritiem testiculorum appropriat furfur, quod indesinenter teratur: & cribelletur: & cum oxymelite, in quo ammoniacum fuerit resolutum, conficiatur: & calidum super locum ponatur, & reiteretur assidue. Est enim conueniens, vt dicit, omni duritiei. In omnibus tamen cum ligatura coxali iuncta bracali testiculi sustineantur.

De hernia aquosa, & ventosa.

Hernia aquosa est apostema aquosum in bursa testiculorũ: sicut & ventosa ventosum. Et est duplex: quædam est sparsa per totam bursam: quædam nõ est sparsa, sed inclusa in sacculo, ac si esset vnum ouum, vt dicit Albucas. quæ potest duci per didymum vsq; ad inguen: sicut testiculus. Et aliquoties subintrat foramẽ siphacis: propter quod vidi multos deceptos credentes hoc esse rupturam. Causa istarum herniarum est debilitas virtutis digestiuæ præcipue in hepate, & ad hoc iuuat regiminis malitia, vt superius fuit dictũ de hydropisi, & apostematibus vẽtosis, & aquosis: ad quæ oportet recurrere pro complemento istorum. Signa herniæ aquosæ sunt inflatio, & grauitas cum mollitie, splendor cum luciditate. Signa ventosæ sunt inflatio, & lenitas cum resistentia, & splendor cum claritate. Et sicut aquosa venit successiue: ita & ventosa subito, vt dicit Guli. de Salic. Et etiam sicut apostemata cõmunia raro inueniuntur singularia: ita etiam, & ista vtplurimum sunt commista: sed nominantur à dominantiori, vt superius fuit dictũ. In omni hernia apostemali cauendum est de testiculis: quia diuturna mora rerum alienarum iuxta ipsos, alterat, & corrumpit eos, vt innuunt doctores. Cura localis supposita vniuersali dicta in hydropisi, & apostematibus aquosis, & ventosis, secundum Gal. 13. therapeu. est euacuatio aquositatis quæ fit per pharmaca aut per chirurgiam. Per pharmaca autẽ completur in ambabus cum emplastris hydropisis, & apostematũ ventosorum & aquosorũ, & ad aquosam appropriat Auic. emplastrum quod Recipe nitri drag. x. ceræ drag. ij. & ʒ. olei laurini vnc.

ni vnc.ij.piperis,granorum lauri añ xxvj.fiat ex eis emplastrum. Et ad ventosam cõceditur cyminum,rutha,calamenthum, & oleum costinum, atque nardinum præter chirurgiam,quę proprie competit aquosæ:quia in ventosa non vidit aliquem Albuc. qui ausus esset super curatione eius cum ferro, licet Halyab. dicat quod ad modum emboriſmi operatur,multipliciter cõpletur. Primo Gal.14.therapeu. cum siphone vel setone eam extrahere præcipit: fit autem seto cum tenaculis platis perforatis in parte inferiori deuiando futuram bursæ,vsq; ad vacuũ:capitur deinde cum acu longa ignita in capite cuius est seto per foramen ponitur. Et post extractis tenaculis,& acu,seto dimittitur,& super ipsum in primis diebus oleũ cum albumine oui: In aliis verò folium caulis apponitur,& ducitur, & remutatur,atque dimittitur quousq; aqua fuerit euacuata. Auic.autem quem Guliel. sequitur, eleuatis testiculis in eadem parte cum phlebotomo lato vsq; ad locum aquæ,aperit, & extracta aqua,claudit. Et vt non redeat, emplastrũ constrictiuum, supra inguen cum bracali apponere præcipit. Et si redit aqua, sicut infra sex menses facere consueuit, vt dicit Albuc.reiterare operationem præcipit, & ita salubriter dies suos infirmus pertransibit.Albuc.& Halyab. à medio bursę vsq; prope inguen aperiunt,& aqua extracta ita didymum consolidat, quod aqua amplius descendere non potest. Et istum modũ obserua maximè in illa aqua, quæ concluſa est in cysti. Ipsum enim didymum vsque ad os pectinis deduco, & à parte ventris, vt non ingrediatur intus, firmiter ministro tenere præcipio. Et ego à parte bursæ, vt non descendat, etiam firmiter teneo: & tunc cum phlebotomo aperio, & aquam extraho. Deinde ad consumendum folliculum, modicum de arsenico appono cum cotone. Et post casum escharæ consolido,& firmiter sigillo. Nonnulli verò, vt magister Petrus de Orlhiaco cum caustico, & corrosiuo super pecten locum aperiunt, vsque ad didymi vacuitatem, & post perforando,ducendo caudam probe vsque ad locum aquæ, ipsam extrahunt: & post casum escharæ consolidant, & sigillant. Alij verò cum cauterio actuali prædictam operationem perficiunt. Quocunque modo fiat, duntaxat quod aquositas extrahatur, & non redeat, est bonum. Si verò testiculus esset corruptus: quod scitur per fœtorem,malam colorationem:

iuxta

iuxta consilium Albuca. ligetur superius didymus, & incidatur, & ipso extracto, pro maiori securitate cauterizetur: vt dicit Rogerius, & locus: vt cætera vulnera curentur.

De hernia carnosa, & varicosa.

Hernia carnosa secundum Gal. in de tumoribus præter naturam dicitur testiculorum, vel carnis natæ, iuxta ipsos: vt dicit Halyab. schiracon, sicut varicosa (quod est nomen nouum) dicitur venarum præter naturam in eis originatio. Quarum causæ sunt, humorũ grossorum ad locum discurrentium abundantia, atque loci ipsius debilitas.

Signa verò carnosæ sunt durities, & inflatio cum longa tẽporis duratione, & pauca, aut nulla diminutione: & quando tangitur, totum quod est infra testiculum, mouetur.

Signa varicosæ sunt venarum contortarum ad modum vitis repletio, & testiculorum mollificatio.

Iudicia istarum duarũ herniarũ secũdum Albu. sunt quod sunt difficiles, & periculosæ ad operandũ. Quapropter sibi videtur, quod earũ dimissio melior est, quã extirpatio: verũ oportet, vt dicatur operatio, quàm fecerunt in eas primi.

Cura localis supposita vniuersali est experientia, in primis cum mollificantibus, & resoluentibus dictis superius in capitulis glandularũ, & sephyros. Si autem non proficit, & tu fueris rogando multum infestatus prognosticato periculo iuxta doctrinam Albu. seca cutem testiculorũ. Et si carnem libere à testiculo potest seperari, incide & extrahe. Si verò non, aut ipsemet testiculus est schirratus, aut corruptus, liga superius didymũ, & scinde, & cauteriza: & totum extrahe, & postea vulnus sue. Si verò fuerit varix, liga eam à parte superiori, aut inferiori, quod erit in medio, seca sectione totali, & extrahe, & sue. Deinde cura vulnus: vt dictum est, aut cum caustico, & corrosiuo, vt magister Petrus faciebat, operetur vt in glandulis superius est dictum.

De apostematibus virgæ, & vuluæ.

Apostemata virgæ, & etiam vuluæ, proxima sunt curationi apostematum testiculorũ, veruntamen quia sunt particulæ magis calidæ, & inflammabiles ipsis testiculis, pro tanto magis sunt tolerantes in principio styptica. Non obstante quod quasi sunt emunctoria, & principalia membra, quantũ

ad spec

ad ſpeciem: non autem ad individuum, vt dictum eſt ſæpe. Et in proceſſu maiore indigent ſedatione propter eorum fortẽ ſenſum, & maiori reſpiratione, propter earũ citã putrefactionẽ. Et propter hoc in calidis, quantum ad principiũ laudat Auic. lentes, cortices granatorũ, roſas coctas in aqua cum oleo roſ. incorporatas, & populeon, & ſolatrũ valde. Et in ſedatione doloris conceditur fomẽtatio maluarũ, & hyoſcyami, & epithematio cũ oleo viol. & albuminibus ouorũ inſimul miſtis. Et medulla panis albi in lacte infuſa, & tẽperata bene, miſta cũ vitellis ouorũ ſemicoctorum, & modico opij, & croci, incorporando cũ oleo papauerino. In tranſpiratione, & mũdificatione multũ cõfert crebra remutatio, & quòd foramen virgæ teneatur apertum cum tentis de cera, aut de panno. Et ligaturę, ad ſuſtinendum fiant ad modum ſacculi cum bracali taliter quòd teneat: & ligaturę nullo modo inferant dolorem.

De extẽſiõe vẽtoſa quæ dicitur priapiſmus, dicetur infrà.

De apoſtematibus ani.

Apoſtemata ani cũ prædictis apoſtematibus maximã etiã habent communitatẽ. Et vltra hoc habent de ſpeciali, quòd in maturatiuis, & ſedatiuis addi:ur taſſusbarbaſſus. Et poſtquam fuerint maturata, non permittatur ſanies longo tempore eſſe in loco: & quòd apertiones fiant rotundæ, & quaſi lunares, vt humores facilius extrahantur, & non aggregentur in loco, & fiant fiſtulæ. Quomodo autem curentur hæmorrhoides, & fiſtulæ ani, inferius dicetur.

De apoſtematibus coxarum, & tibiarum, ſiue pedum magnorum. Cap. VIII.

APoſtemata coxarum, & tibiarum, non variãtur ab aliis communibus aliorum membrorũ: niſi quòd ante rotũlam genu non fiant apertiones profundæ: quoniam ſequuntur eas accidentia mala, à quibus pauci liberantur: vt dicit Auicen. & Henricus hoc ſuo experimento confirmat.

De elephantia, varicibus, & vena meden.

Solent quandoque contingere in tibiis vtplurimũ ingroſſationes, & groſsities præter naturam quæ dicuntur varices, vena meden, & elephantia. Sunt autem varices venæ dilata-

tæ,& inuolutę ad modum vitis variatę,& ramificatæ in crure,& pede vt plurimum, quia quandoque in aliis particulis reperiũtur. Vena meden sic dicta ab Auic. ciuilis ab Albuca. famosa ab Halyab. est vena elongata ad modum varicis,& vermis voluntarie mouentis,quæ incipit cum inflatione,vesicatione,atq; dolore. Elephantia est additio carnis in pedibus,& tibiis,vltra mẽsurã,velut est videre in tibiis elephãtũ.

Causę istarum ægritudinum quasi sunt eædẽ videlicet sanguis grossus,melancholicus, atq; phlegmaticus, & adustus, qui ad illa loca descendit propter eius multitudinẽ: aut propter labores fortes. Et propter hoc accidunt melancholice viuentibus, & onera portantibus, & post ægritudines acutas,quando materia illuc expellitur.

Signa autem sunt manifesta: quia vnaquæq; discernitur ex suo simili per colorem,& regimẽ antecedens, vt dicit Auic. Iudicatur autem ꝙ sint difficiles,& timorosę ad curandum, præcipue antiquæ, & confirmatæ, eo quia quanto materia quæ solebat currere ad loca vilia, retinetur: & peruenit ad sublimiora secundum Auic peiorem inducit dispositionem, Iuxta illud Gal. sexto aphorismorũ duodecimo. Ab hęmorrhoidis antiquis sanato,nisi vna relicta fuerit:periculum est hydropen, aut phthisim fieri. In talibus enim est melius nõ curare. Nam curati citius pereunt. Non curati longũ tempus perficiunt. Et ego vidi plures: & Lanfrancus idẽ testatur. Amplius istæ passiones se consequuntur, & vtplurimũ vlcera generant mala,&difficilis curationis:propterea incisio istarum passionum ad hæmorrhagias,& cancrositates est suspecta. Cæterũ istæ passiones sunt regionales,& quasi hæreditariæ: præcipue vena meden: quæ in illa regione,& per consequens in aliis ita calidis multiplicatur. Venam meden, seu ciuilem Albuca.cum põdere plumbi in longitudine xv. vel xx.palmarum extrahit. Ego autem nunquam eam vidi: neque Gal. vt testatur Auic.

Curatio tres habet intẽtiones. Prima est in vita,vt humor grossus & melancholicus nõ generetur. Secunda in materia antecedente,vt ipsa generata euacuetur. Tertia in coniũcta, vt ipsa desiccando aut extrahendo consumatur.

Intentio prima cõpletur secundũ Raſ.ꝙ abstineat à grossis, & melãcholicis, vt sunt carnes vaccinę, & quæ venando capiũtur:& confectiones de melle,& lentes,& caules, & triticum

ticũ coctũ,& panis azymus,& vinum grossum dulce:& tota diæta dicta superius in apostematib' melancholicis.Caueat etiam à nimia ambulatione, & statione super pedes suos. Et sit contentus cibis subtilibus,pauci nutrimenti,sanguinẽ subtilem generantibus:sicut carnes pullorum,& collumborum iuuenum,& hœdorum,& olera subtilia, & vitelli ouorum sorbilium, & vinum album subtile sunt bona, & panis bene præparatus.

Secunda intentio completur cum phlebotomia,& pilulis maioribus de hermodactylis,& hiera Rufi,epithymo,polypodio, & lapide lazuli, & vomitu semel in hebdomada, & vsu trypheræ minoris.

Sed tertia res cõpletur ponẽdo styptica,desiccantia,& resoluẽtia fortiter,super totũ pedẽ & tibiã. Et vtatur ligatura cum istis ab inferiori parte ad superiorẽ, vt fuit dictum superius de apostematibus phlegmaticis & chiragra, ad quæ pro huius negocio,est recurrẽdũ. Et ad hoc ordinantur tres aut quatuor formę auxiliorũ. Primum est lauamẽtum communitatis cum aqua fabrorũ & cimoleę,& aceto. Secundum est epithema Raſ. cum aqua cinerũ,decoctionis seminis caulium,stœchados arabici,lupinorum,fœnugræci,nitri,& ſter coris caprini. Tertium est eiusdẽ cum myrrha, aloe, acacia, hypocysthide, alumine dissolutis cum aceto. Quartum est Theodorici,proprium quãdo materia est magis phlegmatica,& vẽtosa. Quod reci. radicis asphodelorũ,ebulorum,filicis,folia sambuci,parietarię,caulium rubeorũ coctorũ cum vino,& aqua marina pistata,& incorporata cũ fęce vini, erũt meliora. Et si cum istis fieret stupha,nõ minus valeret.Si autem adesset inflãmatio,& vesicatio cũ dolore, vt cõtingit in vena medẽ: iubet Auic.emplastrare cũ succis frigidis notis, & duobus sandalis, psyllio,aloe,myrrha,& cãphora.Et si nõ valent aliquid,& fueris cum instantia requisitus, scinde carnem circa plicaturã genu vbi apparet truncus,& radix omnium varicum:vel sine inciſione comprehendatur vena cum vncino in duobus locis distantibus per duos aut tres digitos:& liga fortiter cum bono filo de serico:deinde discarnãdo eleua,& scinde quod est in medio,cõsequenter solue ligaturam factam versus partem inferiorem ipsius varicis, & ducendo sanguinem superius cum manibus ipsum quantum est possibile, extrahe, & post caput venæ superioris,&

totum vulnus cum ferro calido, aut cum arsenico cauteriza, & mundificando firmiter cõsolida. Et si aliquid de illo sanguine remanserit, cum medicaminibus dictis tuo posse consume, & desicca. Nonnulli vero vt Albucasis, talẽ operationem præcipiũt cũ ferro secũdũ duos modos: vnus eorũ, vt secando sanguis niger extrahatur, alter vero, vt vena cum sanguine euellatur: Sectio fit quod ligata coxa vsq; ad genu cũ bona vita, vena in duobus aut tribus locis secetur & aperiatur: deinde cõprimẽdo & ducẽdo sanguinẽ vsq; ad loca aperta, prout erit possibile, extrahatur. Et tale regimẽ postea infirmo prȩcipiatur vt in posterũ nõ lædatur. Eleuatur, & euellitur seu eradicatur tota vena, incidendo cutẽ indirecto varicum in tot & talibus locis, quòd absq; hoc quòd vena aperiatur, cũ vncinis cõprehẽdatur & trahatur quousq; euellatur à parte superiori, & inferiori. Et post vulnus cum lana infusa in oleo & vino curetur, donec sanetur. Primus modus mihi videtur securior. Galenus prȩcipit eũ facere in tẽporib⁹ pro rheumate calido oculorũ, vt tertiodecimo therapeut. subdit. Etenim varices curamus ita vinculũ vt supra in tẽporibus immittentes prius, & ita abscindentes quod mediũ. Et Halyab. in sermone nono secundæ partis lib. regalis dispositionis, ipsum approbat, & ponit. De podagra & dolore iunẽturarum dicetur in sexto tractatu in quo ponentur passiones quæ propriæ non sunt apostemata, nec vulnera, nec ossium passiones.

Tractatus tertius. Et est de vulneribus. Cuius sunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima est de vulneribus prout insunt in membris simplicibus.
Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

Prima doctrina quinque habet capitula.

De vulneribus & solutionibus continuitatis vniuersaliter. Cap. I.

Vulnus



Vlnus est solutio cõtinuitatis recẽs sanguinolẽta sine putrefactione in partibus mollibus facta. Solutio enim cõtinuitatis ponitur ibi pro genere, in primo de ægritudine & symptomate, que est cõmunis ægritudo simplicibus & cõpositis particulis: magis tamen proprie simplicibus inest quàm compositis secundum Auerro. in secundo & tertio colliget cum in eis verior continuitatis ratio soluetur. Reliqua ponuntur pro differentia: Recens videlicet sanguinolentũ sine putrefactione, ad differentiã vlceris: quod est cũ putrefactione. In partibus mollibus, ponitur ad differentiã fracturarũ quæ in mẽbris duris contingunt. Vnde secundũ hanc generalẽ diuisionẽ particularũ Ioannitius dicebat quòd chirurgia erat duplex: aut in carne: aut in osse. Intellexit enim carnẽ pro musculis, neruis, & venis, quæ sub mollibus & mediocribus particulis cõprehẽdebat Cõmentator nouus in tertio techni. Solutio continuitatis multas habet species in secundo fen. primi canonis Auic. vulnus, vlcus, apertura, punctura, incisio, euulsio, fractura: & illud genus. Quorum descriptiones & differẽtiæ in suis locis dicentur. Nec de dissonantia nominũ est curãdũ dum solum res intelligantur: vnũ pro reliquo sæpe tamẽ poni inuenio. Vulnus enim & vlcus in græca in translatione idẽ sunt, In arabica vero differunt. Et pro certo græca translatio melius dixit: quia vulnerũ, siue vlcerũ secundũ Galenum quarto therapeutices, duæ erant differẽtiæ maximæ solũ, videlicet sine causa præsente, & associatum cum causa operante. Vulnus autem & plagam idem reputat Halyabbas, sermone sexto dispositionis regalis. Species solutionis continuitatis suas sumit per differentias potissime à tribus. primo à natura particularum in quibus fiunt: & ita dicimus in tertio techni, quod quædam fiunt in partibus consimilibus, & homæomeribus, quædam in organicis. Et quæ in cõsimilibus: quædam in partibus mollibus: quædam in duris: quædam in mediocribus. Et quæ in mollibus: quædam in carne: quædam in pinguedine. Quæ vero in duris: quædam in substantia ossis: quædam in iunctura. Et quæ in mediocribus: quædam in neruis, & ligamentis: quædam in arteriis, & venis. Quæ autem in organicis: quædam in principalibus, vt corde, hepate, cerebro: quędam in seruientibus principalibus,

vt trachea arteria, meri, vesica &c. Quædã in non seruientibus eis, vt auricula, oculus &c. Albucasis vero dicit quod vulnera secundum loca distinguuntur: quia quędã fiunt in capite: quædã in collo: pectore, vẽtre &c. Et secundum res à quibus fiunt, vt dicetur statim. Secũda differẽtia sumitur ab esse solutionis in tertio therap. quod quædã est simplex: quædam cõposita. Simplex in qua nõ est aliqua dispositio cõplicata. Cõposita in qua est duarum aut plurium cõplicatio, dispositionũ inquã nõ habẽtiũ rationẽ vt causæ operãtes maxime vulnus, sed sine quibus non obtinẽt sanationẽ in tertio therap. & seq. cap. & magis de vulneribus dicetur infra. Tertia differẽtia sumitur à propriis differẽtiis ipsius solutionis in tertio eiusdẽ: vt à magnitudine & paruitate: æqualitate & inæqualitate: profunditate & superficie: totalitate & secundum partẽ: rectitudine & obliquitate: & id genus. A talibus autem differẽtiis sumuntur iudicia, & intẽtiones curatiuæ, & auxilia, & modus, cum quibus complentur. Vnde Gal. tertio therap. quòd vltra indicationes primas, quæ nõ sunt partes artis ratione dignæ, cum existunt idiotis notæ: oportet considerare super indicationes particulares, & substantiam, & vniuscuiusque particularum actum, vtilitatem, atque positionem: ex quibus procedens medicus, non potentem sanare præsciet: & pro potente suscipere sanitatem, de auxiliorum inuentione considerabit.

Causæ.

Licet secundum Gal. in secundo de ægritudine & symptomate vniuersaliter causæ omnium solutionum continuitatis sunt: hæ quidem quæ extrorsum procedunt: aliæ vero ex ipso corpore. Nihilominus causæ vulnerũ recẽtium inquãtum vulnera sunt, quæcunque extrorsum perforare, aut cessare apta nata sunt. Et has specificauit Halyab. sermone quarto dispositionis regalis dũ dixit. quoniã causæ hę aut à corporibus fiũt inanimatis, vt ense, iaculo, lapide, & similibus: aut ab animatis, vt venenosorũ pũctura, atque ferarum morsus. Ex quibus sumitur alia differẽtia vulnerum: quod quædam sunt incisiones: quædam contusiones: quædam vero morsurę. A qua etiam sumitur curationis indicatio: per accidens tamẽ: quia probatum est quarto therapeu. quòd à dispositione sumitur indicatio: à causa vero primitiua tanquam

à non

à non ente, & tempore ſignificatio.

Signa & iudicia.

Signa vulnerum, ſenſus, & preſentia demõſtrat ſingularis, Quia iudicia vulnerum & ſolationũ cõtinuitatis habentur per ſcientiã ſubſtãtiæ, & actus, & vtilitatis particularum, & eſſe diſpoſitionum vt ſuperius eſt allegatũ: pro tãto indicat Gal. in quarto therap. quod vulnus & ſolutiones continuitatis magnæ & fortes nõ modicũ habẽt periculum: fiunt enim fortes tripliciter: vel propter principalitatẽ patiẽtis partis: vel propter malã morigerationẽ: vel propter magnitudinẽ diſpoſitionis: Propter quod & percuſsionum quæcunque in capite, intra thoracẽ & ventrẽ apprehẽdunt, non paruum inferunt periculum: & maxime quãdo ſimul percutitur quid interiorum. Sed & quoniã male morigeratę cito fiunt omnes, quæ in articulis percuſsiones, ſciunt fere omnes: vbi enim ſunt tẽdones, & nerui, & excarnes & oſſuoſæ regiones, periculũ eſt doloris, vigiliarum, ſpaſmi & delirij. Et cũ his quæcũque magna fiunt vulnera quod futura indigeant, vt ſupple quæ fiunt per totalẽ trãſuerſum muſculorum principalium. Et quæ magnas venas, & arterias, & neruos, atque medullas cõcutiunt, maximum inferũt periculum. Primum cõſuluit Gal. ex illo ſexto aphoriſmorum, Veſica deciſa, aut cerebro, aut corde, aut diaphragmate, aut aliquo inteſtinorum ſubtiliũ, aut hepate, aut vẽtre, mortale. Secundũ ex illis aphoriſmis 5. Quibuſcũque œdemata, id eſt tumores in vulneribus apparẽt, non ſpaſmãtur. Et ſi in vulneribus magnis & fortibus œdemata nõ appareãt, hoc magnũ malum. Et vocabat vlcera maligna: vt ipſemet Gal. exponit in cõmento, vulnera, quæ ſecundũ capita vel fines muſculorũ, & maxime neruoſorum fiunt. Iuxta quod aduertẽdum quod per periculum intelligitur mors totalis corporis: aut particularis mẽbri, quæ eſt priuatio vitæ, aut malefactio, ſeu membri impotentia perpetua & incorrigibilis, quæ eſt priuatio motus & ſenſus, & proprię operationis ipſorũ. poſt quam mẽbrũ non dicitur mẽbrum, neque pars corporis proprie: ſed denominatiue & ęquiuoce, velut lapideus oculus aut æreus. ſecũdo de anima & quarto meteorologicorum. Et iſtud eſt multũ neceſſarium chirurgico diſponẽti in cura de vulneratis: ſcire videlicet quæ vulnera ſunt mortalia: & quæ malefica.

Pro quibus est sciendum secundum intentionem Gal. in sexto aphorismorum in commento, Vesica decisa, quod vulnera, quædam sunt mortalia valde & necessario: quædã non necessario sed vt plurimum. Et per oppositum: quędã sanabilia omnino, quædã vt plurimum. Mortalia necessario sunt vulnera substantiæ cordis, quæ interficiũt statim: præcepto enim naturæ mandatur totus sanguis ad cor: ex quo fit hæmorrhagia, resolutio, apostema: & oppilatio prohibẽs delegare vitã ad vniuersum corpus. Cor vero diu nõ potest pati solutionẽ cõtinuitatis: nec apostemata durãte vita, vt ponit Auic. Amplius mortalia necessario sunt vulnera magna & penetrãtia substantiã cerebri, & hepatis, diaphragmatis, stomachi, intestinorũ graciliũ, renũ, tracheæ arteriæ, meri, pulmonis, & splenis, cystis fellis, & omniũ aliorum mẽbrorum principalium, & seruiẽtium mẽbris principalibus seruitute necessaria ad vitã. Et causa est: quia de ipsis nulli sanãtur, vt rationabitur. Consequẽter vulnera mortalia nõ necessario, sed vt plurimũ, sunt vulnera parua, & superficialia prędictorum mẽbrorum, & penetrãtia ad regionẽ ipsorum, & capitum musculorum. Et causa est, quia si bene non tractẽtur, de ipsis cõtingit mors, si vero bene, sanari. Sicut ego vidi de parte posteriori cerebri: de qua exiuit parum de substãtia cerebri: quod fuit cognitum per læsionẽ & memoriã, quã post curam recuperauit. Non tamẽ dico quod viueret si exiret tota vna cellula: vt de illo cellario narrat Theodoricus. Nec Gal. dicit de illis duobus quos vidit plagatos sanari in Smyrna, viuẽte magistro suo Pelope, quod exiuerat substãtia cerebri sed solũ plagatum fuerat cerebrum. Neque de illo quẽ ipse vidit sanatũ in Smyrna, vt narrat in octauo de vtili. dicẽs ꝙ exiuit substãtia cerebri. Sed in altero vẽtriculorũ geminatorum fuisse vulneratum. Et cũ hoc volũtate dei curatus putabatur. Si enim ambobus fuisset plagatus, pauco tẽpore duraſſet, vt dixit: ex quo cõcludit geminationis aliquorũ organorum vtilitatẽ, vt superius in anatomia fuit dictum. Et tam de isto quã de istis sanatio rara rarorũ valde fiũt, vt præallegato dicitur cõmento. Causa, quare vulnus cerebri & pãniculorum eius sunt mortalia modo dicto: est quia ad læsionẽ cerebri, sequitur lęsio thoracis & mẽbrorũ respiratiuorũ, ex qua eucrasia corrũpitur cordis, in qua ex necessitate sequitur animal totum perire, vt quinto de locis affectis ait Gal.

De hep

De hepate etiã vidi vulnera parua circa lũbos sanari: non tamen profunda, nec cũ deperditione alicuius particulę ipsius, sicut idẽ Gal. testatur. Cuius causam reddit ipse in quinto locis affectis. Quia propter deperditionẽ nutricationis mortificatur cor, & perit animal: hoc tamẽ tẽpore fit ampliori. Vulnera diaphragmatis præcipue quæ in locis fiunt neruosis, incurabilia sunt: quia carẽt sanguine: & cum hoc habent cõtinuum motum. Vulnera enim nõ curãtur nisi quiescant, & labia cõiungantur. In carnosis tamẽ particulis cõsolidata sunt multoties secundũ ipsummet Gal. 5. therapeu. Vulnera pulmonis quia citissime apostemãtur, etiã sunt incurabilia vt plurimum: eo quia nec propria vulnerum pharmaca tangere possunt vlcus: & quoniam mouetur secundum respirationes, & agitatus secundum tusses.

Vulnera etiam tracheæ arteriæ magna præcipue in parte cartilaginosa, etiã raro curãtur: quia sunt dura & exanguia, & continuum respiramentum per vulnus habent.

Vulnera etiã œsophagi magna nõ curẽtur: quia trãsitus cibi & potus impediunt consolidationem.

Vulnera etiam venarum organicorum magna non curantur, nisi raro: quia propter eius magnam hęmorrhagiam perit spiritus, & vita etiam: quia non possunt sustinere timore suffocationis ligaturam necessariam ad restringendum hæmorrhagiam.

Vulnera stomachi sunt mortalia modo dicto: & intestinorum gracilium, pręcipue circa ieiunium: & matricis, renũ, & vesicæ, & fellis: quia sunt neruosa & exanguia: & est locus & transitus malignarum humiditatum: & eorum seruitus continuę vitæ est necessarius: & cum hoc medicamina conuenienter non possunt applicari.

Vulnera splenis etiã cum habeat officiũ toti necessariũ, cum sit alterum hepar (vt dixerunt multi) sunt periculosa: sed non sunt ita periculosa, vt aliorum membrorum.

Vulnera etiã penetrãtia ad intrinseca membrorum iudicantur mortalia vt plurimum pro tanto: quia aer qui ingreditur ad ea sine alteratione, offendit intrinseca mẽbra. Etiã quia per ea inspiratur spiritus: & offenditur & debilitatur virtus: & cum hoc non possunt bene mũdificari. Et finaliter pariunt fistulas, & empyimata, cum quibus moriuntur.

Signa vulnerationis istorum membrorum & multa quæ

omittũtur ratione breuitatis, dicẽtur inferius in ſuis locis. Amplius vulnus & pũcturæ quę fiunt in capitibus muſculorum, vbi ſunt nerui ſatis denudati, & chordæ, & ligamenta, ad tres digitos prope iunctũrã & tempora: ſunt mortalia vt plurimũ in tertio artis medicinalis. Nerui vero & tẽdonis pũctura parata eſt vocare ſpaſmos propter plurimũ ſenſum quẽ referunt ad cerebrũ: & per cõſequens mortẽ. Et cauſa eſt nocumentũ, quod venit à cerebro mẽbris reſpiratiuis, vt ſuperius eſt dictũ. Et propter hoc dicebat Hippocrates in quinto aphoriſmorũ. In vulnere ſpaſmus ſuperueniẽs, mortale: Nõ neceſſario, ſed vt plurimũ inquit Gal. in cõmento. Membra particularia iudicãtur mortalia: quãdo principales venæ, & arteriæ, & oſſa, à quibus viuificabãtur & nutriebãtur & ſuſtẽtabãtur, penitus ſunt inciſæ & deſtructæ: & incipiũt nigreſcere, mollificari, & cadauerari ad modũ eſthiomeni, vt in inciſione brachiorũ & tibiarum. Mẽbra etiã iudicãtur malefica, & impotentia perpetue, quãdo nerui, chordæ, & ligamẽta, quæ regebãt, ea ſunt abſciſſa, & penitus deſtructa, & perdũt incõtinenti operationẽ ſuã, & incipiunt arefieri, & deſiccari. Vulnera vero ſanabilia omnino ſunt, quæ ſunt in euchymis corporibus, & in locis carnoſis, paucorũ neruorũ & venarum, nõ magnę capacitatis, neque profunditatis. Et cauſa eſt: quia ad ea nõ debet ſequi febris, neque mala accidẽtia: duntaxat quod bene regãtur. Et ideo eſt bonum quod in depoſitionibus taliũ, tu dicas hoc: & etiã, dũtaxat quod aliud nõ ſuperueniat, quod de præſenti nõ apparet, neque regulariter venire cõſueuit. Vulnera ſanabilia vt plurimum, quæ cũ quadã differẽtia dicta ſunt mortalia vt plurimũ. Et ideo indifferẽtia & media, & ſecundum tertium ſignificatũ neutra, ſunt vulnera in capitibus muſculorũ, & cranei, & thoracis, & vẽtris. Et cauſa eſt quia ſi tractãtur bene & artificialiter, & adhibeatur bona diligẽtia, & infirmus ſit obediẽs, & habeat quæ neceſſaria ſunt ab extra: poſſunt curari. ſi vero nõ, interficere. Et ideo in depoſitionibus taliũ de hoc caute oportet facere mẽtionẽ. Attende tamẽ in tua depoſitione, q̃ tu de vidẽdo vulneratũ & ipſa vulnera, habeas præceptum de cura: & quomodo nomines vulnera, & loca vulnerũ: & reddas cauſam tuæ depoſitionis. Nõ ſis tamẽ rogo te in iudicando & deponendo velox & ſubitus: ſed deliberatus & præuiſus. Scriptũ enim eſt à patre noſtro Hippoc. Iudiciũ difficile.

Et lic

Et licet, vt infra dicẽ de vulnere capitis, terminus vltimus vulnerũ sit quadraginta dierũ, primus infra septem, medius ad nouem iuxta formã acutorum morborũ: Nihilominus in suspectis vulneribus expectãda est ad deponendum, & iudicãdum dies septima: eo quia cõmuniter infra tale tempus consueuerunt apparere accidentia, & bona & mala: scilicet febris, syncope, alienatio, spasmus, & cõsimilia. Et interim considerandæ sunt operationes virtutũ per pulsum, per vrinam, per vomitũ, & per alia expulsa. Considerandus etiam est appetitus, & tolerantia, & aspectus vulnerati, & cõsimilia. Et secundum quod inuenies iuxta doctrinam Hippo. & Gal. in prognosticis, cõpares robur virtutis & ægritudinis. Et de hoc facias tibi capitulum, & clauẽ totius prognosticationis iudicij mortis & salutis, cũ quo iudices & deponas.

Nec valet si diceretur quod non fuisset mortuus cum toto malo regimine mundi, si non fuisset vulneratus: quia nec etiam esset mortuus, si voluisset, & ea quæ sunt rationis, fecisset. Oportet enim non solum seipsum præbere: sed & patientem. Licet enim de his quæ fiunt à fortuna, sit ars curatiua: non tamẽ est ars præseruatiua, in tertio techni. Natura humana multipliciter est seruanda: & sic ex se diuersis periculis subiecta: vt in alia dicitur facultate. Est autẽ etiam intelligendum secundum Auic. in 4. de extractione sagittarũ: quod licet vulnera sint mortalia: propter hoc non est dimittendum, quin homo faciat secundum rationem illud quod erit faciendũ: duntaxat quod chirurgus sit bene requisitus.

Sed præmittatur bona prognosticatio, propter verba stolidorum: eo quia multoties sanantur aliqui absque spe, mirabiliter. Et si nos dimitteremus, accideret mors: & proportionaremur ad paucitatem misericordiæ & pietatis.

Vlterius scias ꝙ vnitio in organicis partibus est impossibilis, in tertio artis paruæ. Et causa est: quia incisis omnino poris per quos veniebat nutrimentum, & vita, & sensus ipsi membro organico, secũdum nouum Commentatorẽ supra techni, id est artem paruã, incontinenti expirantur spiritus & virtutes propter magnã subtiliratem quam habent: quod non contingit in animalibus imperfectis & plantis: nõ propter repugnãtiam medicaminũ, vt dicebat Halyab. in commento. Præterea vnitio possibilis est in carne secũdum intentionem primã: In osse verò secundum intentionẽ secundam.

dam. Vocatur autem prima intentio quando coniunguntur diuisa sine medio hæteroge: sed cum rore nutrimentali qui per modicam cõuersionem fit caro consimilis, & vniformis priori. Secunda intentio vocatur quãdo coniunguntur diuisa per mediũ heterogeneũ: sicut ærarius consolidat plumbum, vt dicit prædictus Cõmentator. Et istud medium dicitur porus sarcoides: fit ex humore magis grosso quã carnis, & minus grosso quàm ossis. Et causa quare os non consolidatur secundum intentionem primã, est durities ipsius, vt ponit Galen. in textu: quia sola humida vniuntur prima vnione: & debilitas virtutis nutritiuæ alteratiuæ cũ sit particulæ frigidæ, vt dicit Cõmentator nouus supradictus: non carentia materiæ spermaticæ: vt dicebat Halyab. quia ossa semper habent nutrimentũ spermaticum per cõuersionem supple & assimilationem. De neruis & venis dicit Auic. autoritate Gal. in 5. therapeu. quod se habent medio modo: secundum quod ipsa sunt mediocria inter duritiẽ & mollitiem. Vnde incarnantur quãdo sectio est parua, & corpus est humidum: & non incarnantur in diuersificato ab eo. Vnde Gal. vbi supra. Videtur autem experientia attestari rationi. In infantibus autẽ & mulieribus vidi consolidari arteriam, propter humiditatẽ & mollitiem corporũ, & in vno iuuene breuem habente diuisionem. Et hoc confirmatur autoritate Hippo. in 6. aphorismorũ, cum decisum fuerit os, aut cartilago, aut maxillæ tenue, aut præputium: nec crescit, neq; cõglutinatur. Neq; valet instãtia de osse puerili quod est possibile consolidare, vt ponit Gal. in tertio techni: quia mollitiem habet: & virtutis fortitudinẽ, propter propinquitatem natiuitatis. Nec de dentibus, quia generantur, & non solum in pueritia, sed in aliis ętatibus: quia non generãtur ex materia ordinata: sed ex superfluitate, non à virtute prima informatiua: sed nutritiua inducentẽ actum generatiuæ, vt dicebat Albert. Bonon. in lectura aphorismorũ. Vltimo iudicat Hippo. in 6. aphorismorũ, quod hydropicis quæ in corpore fiunt vlcera, non facile sanantur. Vnde Auic. & solutio quidẽ continuitatis, & vlceratio, & his similia, cum in membro fuerint bonæ cõplexionis: cito sanantur. Et cum fuerint in membro malæ cõplexionis, longo resistunt tempore: & tanto plus, cũ in corporibus contingunt eorũ, quę patiuntur hydropisim, & cõstructionis malitiam, & lepram. Præterea

in quin

in quinto aphorismorũ. vlceribus frigidum mordax, cutem indurat, doloré sine sanie facit, & rigores, & passiones inducit. Iudicatur quod solutiones magnæ malè curatæ, maximè extra iuncturam, inducũt maciem in particula sequente. & hoc est propter oppilationem, & virtutis debilitatem, vt dictum est, & dicetur. Multa alia iudicia oportet vt seruentur in capitulis singularibus: & in tractatu vlcerum in quibus cõmunicant vlcera & vulnera, vt dicetur infra iussu dei, &c.

Curatio. Intentio communis omni solutioni continuitatis est vnitio vt in tertio techni: & est indicatio prima omnibus nota abesse ægritudinis, quæ præcipit abiicere contrarium per suum contrarium sumpta. Quæ quidem intentio generalis & prima perficitur à duobus, à natura tanquam à principali agente operante cum suis virtutibus, & nutrimento conuenienti: à medico tanquam ministro operanti cum quinque intentionibus adinuicem subalternatis.

Prima præcipit remouere extranea: si qua sint inter distincta.

Secunda adducere adinuicem partes distinctas distantes.

Tertia conseruare partes replasmatas, & adinuicem in vnum adductas.

Quarta custodire & præseruare membri substantiam.

Sed quinta docet corrigere accidentia.

De prima intentione quæ est remouere extranea.

Primum completur. Si solutio non est aperta, & aliquod extraneum fuerit inter partes, vtputa squamula ossis separata pungens, aut aliquod infixum vt sagitta, seu aliud extraneum vt spina: quod aperiatur, & si est aperta sufficienter, quod remoueatur, & extrahatur leuiter, & absque dolore cum digitis, aut pincecarolis, aut tenaculis, aut cum aliquo ingenio per te ipsum inuento.

De ingenio extractionis sagittarum, & aliorum infixorum.

Extrahuntur enim infixa per inuentionem ingeniorum. Et modus inueniendi habetur per cõsiderationem naturæ, & diuersitatem infixorũ, & per considerationem naturæ, & diuersitatem membrorũ. Ex quibus duobus extrahitur tertium, scilicet modus extrahendi, & instrumentorũ inuentio, &

tio,& diuersitas infixorum: licet sit infinita & certis literis nequeat scribi. Et propter hoc est consiliũ,quod examinentur formæ proiectorũ ab inimicis: Nihilominus Auic. sub diuisione octuplici ea cõprehendere conatur: de quibus accipio gratia breuitatis, cõmuniores. Infixorũ quædam sunt ferrea,quædam spinosa, quædã ossosa,aut alterius naturæ. Item quædam plana: quædã barbulata. Præterea quædã habent doleam in qua intrat lignum:quædam clauũ quod intrat lignũ. Amplius quædam sunt venenosa:quædam nõ venenosa. Diuersitas membrorũ habetur per anotomiã: quia quædam sunt principalia:quædam non principalia. Et quædam carnosa:in quibus debiliter infiguntur:quædam ossosa in quibus firmiter adhæret infixum. Præterea quædam sunt apparentia in quibus parum profundatur infixum:quædam sunt profunda,in quibus submergitur infixum.imò aliquoties tantum profundatur quod venit ad partem oppositam.

Instrumenta quæ ab his inueniuntur, licet sint multa: octo tamen apud me sunt magis communia.

Primũ, sunt tenaculæ Auic. & sunt semilunares dentatæ.

Secundum sunt tenaculæ Albuca. & sunt ad modum rostri auis dentatæ.

Tertiũ verò tenaculæ cannulosæ pro sagittis barbulatis.

Quartũ est terebella reuersata ad capiendam cannã ferri.

Quintũ autem est terebella directa ad ampliandum ossa.

Sextum sunt impellentia concaua: & impellentia surda.

Septimum sunt incisaria ad ampliandam carnem, vt facilius infixa extrahantur.

Octauum est balista.

Modus autem operandi qui à prædictis oritur, est talis. Quod si infixum, in primo occursu nõ potest salubriter extrahi, debet dimitti vsquequo caro marcescat & putrefiat. Et tunc id circumuoluendo & mouendo illuc istuc, leuius extrahetur, Non obstante dicto Henrici:qui præcipit quod statim extrahantur:quia ita volunt Auicenna, & Albucasis, & Brunus. Deinde vulnus debet procurari, vt alia vulnera: nisi quod sanguis alteratus ab infixo debet expelli, vt vulnus à putrefactione securetur,& debet infundi cum oleo calido:maximè si dubitatur de dolore. Si autem fuerit toxicatum,procuretur vt morsuræ venenatorum. Et si non potest leuiter per modum dictum haberi de armato patiente, &

præpar

præparatis præparandis, & facta prognostication e, si est necesse iuxta formam datam, capiatur cum tenaculis communibus circumuoluendo, & trahatur. Et si illæ non valent, capiantur aliæ fortiores. Et si sunt barbulatæ, apprehendantur barbulæ cum cānulatis. Si lignum exiuit de dolia, cum terebello reuersato immisso in dolia extrahatur. Et si aliter non possunt extrahi, elargetur foramē carnis si est possibile cum rasorio & ossis cum terebellis directis, aut cum trypanis: & vt dictum est, extrahatur. Et si hoc non valet, ligetur balista cum tenaculis, & patiente bene firmato dispanetur balista, & extrahatur. Si autem sagitta est inuersa, & non potest extrahi per partē per quam intrauit: impellatur cum impellentibus concauis, aut surdis ad partem oppositam. Et si cōmodè potest fieri, per illam partem extrahatur. Si verò non est possibile, dimittatur quousque natura eam extrahat aut manifestet. Albuca. verò narrat multos in quibus sagittæ diu steterunt occultæ: qui cum eis vixerunt longo tempore absque nocumento: & in aliquibus aliquæ fuerunt per naturam manifestatæ, & extractæ, & sanati fuerūt. De istis incantationibus, & coniuriis Nicodemi, quæ ponit Theodor. & Gilber. non curo. De medicinis extrahentibus infixa, operatus sum in spinis, & arestis, & lapidibus, ac vitris, & in ossium frustulis. Et inueni proprium medicamen sumptū ab Auic. quod Recipe fermenti, mellis, aut sordiciei alueorum, ana lib. ʒ. visci quartam j. ammoniaci, quartam ʒ. olei, quartam j. fiat emplastrum, & desuper apponatur. Rogerius asserit probatū quod radix arundinis trita cum melle apposita super fixum, ipsum extrahit sine dolore. Plura alia in antidotis ponuntur: & ita completur primum.

De secunda intentione quæ est remouere partes distantes.

Secundum completur cum manibus trahendo, & coniungendo partes distantes & membrum indoloriosius, quo poterit plasmando, vt inferius in speciali dicetur.

De tertia intentione quæ est conseruare in vnum partes replasmatas.

Tertium completur cum bona & decenti ligatura, & situatione debita, & sutura si est necesse.

De

De modo, & qualitate ligandi.

Circa ligationem est sciendum quod secundum intentionem Auic. in 4. triplex est ligatura. incarnatiua, expulsiua, & retentiua. Ligatura incarnatiua cõpetit vulneribus recentibus & fracturis: & fit cum binda à duobus capitibus plicata, ligata vsq; ad mediũ, incipiẽdo ab oppositа parte loci soluti, ducendo vnum caput versus partem superiorẽ membri, & aliud versus partem inferiorẽ, capiendo de partibus adiacentibus quãtum videbitur expedire, stringendo plus super locũ læsum quàm in partibus adiacentibus. Caueat tamen à nimia strictura, & nimia laxatione. Terminus sit, bona infirmi tolerantia. Capita autem bindæ suantur. Et si necesse sint plures bindæ, ponantur: & per eundem modũ voluantur: per istum autẽ modum ligandi: vnum labium cum alio coniungitur, & apostematio prohibetur, vt 6. therapeu. probatur. Nonnulli verò adaptant pannũ duplicatũ, & stringendo fuunt eum supra locum solutum. Ligatura expulsiua competit vlceribus, & cauernis ad expellendum materiã de fundo, & ad defendendum quod altera materia nõ veniat in loco, & fit cũ binda ab vno capite plicata, incipiendo à parte inferiori ipsius membri, ibi fortius stringendo, deinde revoluendo proceditur vsq; ad partem superiorẽ. Dico autem superiorem partem: vt Gal. 5. therapeu. eam, quæ est versus cor siue hepar, à quibus oriuntur omnia membra. Ego autẽ talem bindã in membris inæqualibus, velut sunt tibiæ, adapto scindendo eam ab vna parte de palmo in palmum, & suendo, & eam perfilãdo rigide à parte arcuata, & incisa, laxe à parte dorsi, & non incisa: & ligando partem largã dorsalem, teneo versus grossum membri, partem curuam incisam versus partem graciliorẽ. Quot autem bona fecit mihi ista ligatura, in vlceribus, varicibus, & in phlegmonibus tibiarum, nouit Deus. Ligatura retinens medicamina cõpetit membris in quibus non potest fieri strictura, neque alia ligatura: vt in collo, & in ventre, & in omnibus apostematibus, & dispositionibus dolorosis, & fit cum binda vnius capitis, aut multorũ capitum siue brachiorum, incipiendo super locum læsum, ligãdo in oppositо eiusdem. Modus disligandi sit suauis, & indolorosus: & si ligamenta nimis se teneant, tantum madefiant cum vino vsquequo separentur.

Insup

Insuper vult Gal. ꝙ bindæ fiant de panno mũdo, latæ, & longæ secundum naturam particularum: vt quę ligãt humerum in latitudine, sex habere debent digitos transuersales: quæ coxam quinque: quæ tibiam quatuor: quæ brachium tres: quæ digitum vnum. Longitudo sit secũdum reuolutionum necessitatem. In hoc enim multum facit ingenium medici: quod artem adiuuat, & naturam operantẽ, vt dicit Damascenus, & scientia plasmationis membrorum: & hoc est quod dicebat Gal. in quarto therapeu. ligare enim vlceratam particulam, non contingit bene aliquem absq; hoc quod iumat indicationem à plasmatione particularum.

De modo, & qualitate suendi.

Circa quem est sciẽdum ꝙ sutura est triplex, incarnatiua, retentiua sanguinis, seruatiua labiorum ad tempus. Sutura incarnatiua, quæ competit in omnibus vulneribus elongatorum labiorũ, si possunt approximari, in quibus non sufficit sola ligatura, quæ nulla habent extranea inter labia, & sunt recentia vel antiqua renouata per scarificationem, & pellis remotionẽ, vt dicit Halyab. qđ fit quintupliciter, vno modo cũ filo forti æquali, & plano vt sericino, in communibus vulneribus, primum punctum ponendo in medio vulneris, & alium in medio spatio cuiuscunque lateris: & ita procedendo in spatiis inter duo puncta faciendo punctum quousque sutum sit conuenienter. Quod erit, quando inter duo puncta spatium vnius transuersalis digiti remanebit. Acus sint lõgę, planę, & linitæ, in cuspide triãgulatę, in cauda propter locare filum, vt non impediat trãsitum, cauatæ. Canula habeatur fenestrata cũ qua appodietur altera pars labij, vt non vagetur in immittendo acum, & vt per fenestram possit videri, quando transiuerit acus. Et tunc trahatur acus & filũ, appodiando labium iuxta filum cum tasta, vt trahẽdo filum, labiũ nõ sequatur. Et ligetur primo cũ duabus inuolutionibus, & secũda cũ vna, deinde filũ scindatur remote aliquãtulũ à nodo. Secundo modo fit sutura incarnatiua cũ acubus, aut cũ hasta plumæ introducta cũ acu in vulneribus magnis profundis: quorũ labia sunt multũ separata. Acus infilatur infilatis tot, quot sunt necesse imponẽdo eas cũ filo reuoluẽdo, sicut faciũt mulieres quãdo super manicas acus reseruãt infilatas, & remanẽt vsq; ad vulneris cõsolidationẽ. Tertio

modo fit futura incarnatiua cũ cannulis æqualibus factis de ſtupis bene tortis gracilibus, vt palea lõgitudinis, vt digitorum vnguis, aut de haſta plumę: quæ quidẽ cõpetit in locis, quãdo volumus q̃ futura duret lõgo tempore. Et fit quando mittitur acus infilata p ambo labia, deinde retornatur acus per idẽ foramẽ vſq; ad hoc q̃ remaneat vna anſa, in qua ponitur vnũ de capitibus cãnulæ, & poſtea caudæ duorũ filorũ ſtringuntur, & ligãtur ſuper capite alio cannulę, & ibi ſcinduntur capita filorũ, & remanet cãnula vſq; ad perfectã cõſolidationẽ. Quarto modo fit ſutura incarnatiua ſecũdũ Gal. cũ hamis, & debet eſſe parui, ſecundũ mẽbrũ ab vtraq; parte curuati, & infigendo in vno labio ducatur labiũ ad alterũ labium & in illa etiã figatur, vt faciũt retõditores pãnorum. Quinto modo fit ſutura incarnatiua cũ pãnis: & cõuenit in locis in quibus volum⁹ quòd cicatrices nõ appareãt vt in facie. Et ſic fit quòd recipiuntur duę peciæ triãgulatæ magnæ ſecundũ mẽbri quãtitatẽ, & liniuntur cũ linimẽto inuiſcatiuo facto de puluere ſanguinis draconis, thuris, maſtiches, ſar cocollę, picis, farinę volatilis molẽdini incorporata cũ ouorũ albumine: ita q̃ applicetur quęlibet pecia in quolibet latere vulneris ſecudũ diſtãtiã vnius pollicis. Et poſtquã erũt deſiccatæ, ſuantur peciæ cum ſubtilitate, & adhærebunt labia.

Sutura reſtrictiua ſanguinis fit cũ acubus, & filo intrãdo, & reuoluẽdo ſicut ſuuntur pelles: & hoc quando aliæ futuræ non poſſunt fieri propter magnum ſanguinis impetum. In vulneribus venarum iſta etiã eſt vtilis ad ſuendum inteſtina, & panniculos, & loca carne denudata: ſuſpecta tamen eſt, quia rupto vno puncto cætera relaxantur.

Seruatiua futura fit vt aliæ: ſed non eſt ita ſtricta: quia nõ fit niſi ad manutenẽdum labia quouſq; vulnus ſit firmatum. Et cõuenit vulneribus dilaceratis: & in quibus deperdita eſt caro, ad appropinquandum partes vt citius conſolidentur, & in quibus eſt in proceſſu aliquid extrahendum. Tempus remouendi futuram eſt quando compleuerit finem ſuum. Modus remouendi eſt quòd ponatur aliqua taſta ſub pũcto, & ſupra taſtam ſcindatur filum, & ponẽdo taſtã ſuper labiũ, per quod extrahitur, ne dilaceretur extrahendo.

De modo, & qualitate plumaceolorum.

Quia plumaceoli ſiue puluilli faciunt ad appodiationem, & compreſ

compreſsionem partium diſſolutarum:& ad confortandum calorem naturalē membri diſiuncti, & ad prohibēdum grauedinē ligamentorū : pro tanto de ipſis eſt hic tractandum. Eſt tamē ſciēdum quòd quia antiquitus fiebant de plurima inter pānos ſuta,talē aſſumpſerūt denominationē:quia cum oportebat eos ſæpe renouare,erat tædiū: adinuētum eſt eos facere de ſtupis canapinis præcipue bene pectinatis & mundatis.aliquoties fiūt de lana ſiue de cotone. Multi vero loco ipſorum applicant pānos ſuaues duplicatos aut triplicatos, aut ſpongiā adaptatā. Et ponuntur duæ vel tres vel plures, ſicut videtur expedire.Et aliquoties applicātur ſicci aliquoties madefacti,& infuſi cū albumine oui, vel cum vino vel cū oxycrato,& aliquoties cum oleo ſecūdū quod diſpoſitio requirit.Et ſunt trium formarum triāgulati, rotundi, & quadrati. Et triāgulati ſunt meliores, ſecundū quod dicit Auic. ad incarnādū,vnū in latere cuiuſlibet labij ſupra ipſum vulnus ſeiungēdo. Sunt etiam rotundi,qui ponuntur ſicci ſuper alios,ad conſeruandum calorem naturalem, & ad imbibendum ſordem. Sunt etiā quadrati qui ponuntur ad prohibendum læſionem ligamentorum.

De modo,& qualitate tentarū,& lichiniorum.

Circa quod eſt ſciendum quòd tenta ſiue lichinium in ſolis octo ponimus caſibus. Primo in vulneribus quæ volumus elargare,mundificare,aut aliquid à fundo extrahere,vt ſunt vulnera profunda quæ habent neceſsitatem contra aperiendi,propter ichorē qui cōgregatur in fundo , & in ſpatioſitate ſua. Secundo in vulneribus concauis, in quibus debemus carnem generare. Tertio in vulneribus ab aëre alteratis, quæ oportet mundificare. Quarto in vulneribus contuſis. Quinto in apoſtemoſis. Sexto in morſiuis. Septimo in vulneribus in quibus circa oſſa eſt operandnm. Octauo in vulneribus vlceratis. In omnibus autem aliis vulneribus ſine tentis, & lichiniis ad conſolidandum intendimus. Propter quod eſt ſciēdum quòd tentæ,& lichinia ſumunt diuerſitatē à fine pro quo fiunt Quia quædā fiunt ad mūdificādū vulnera,& iſta fiunt de carpia ſuauis panni prçcipue veteris.Quçdam fiunt ad tenēdum aperta labia,& illa fiunt de ſtupa bene mundata , aut de petiis panni ſupradicti , aut de bombace vt faciebat Raſis, aut de canna æris vel argēti perforata,

vt in naribus propter aërem : & in vulneribus profundis q sanies per se exeat,& non includatur. Quędam fiunt ad ampliãdum orificiũ vulneris:& illa fiunt de spongia bene torta, aut de radice gentianæ. Forma lichniorum debet esse æqualis,tentarum vero inæqualis ad modum cauillarum. Et aliquoties applicantur siccæ, aliquoties intinctæ in aliquo vnguento:secundum quod videtur expedire.

Reliqua tangentia prædictas operationes, ingenio operantis relinquantur. Nã reprehẽdẽdus essem,si te tua docerẽ in primo ad Glauconem,& ita perficitur tertia intentio.

De emplastratione.

Quarta intentio quæ est custodire membri substãtiã,& prohibere dolorẽ,apostemationem,& cætera accidentia, cõpletur emplastrando,& liniendo membrum cum albuminibus ouorum,& rebus frigidis:vt dicit Ras.in primis diebus. Et post cum vino grosso styptico,& cum apertiõibus, & cõtra, operationibus, & figura apta, & phlebotomando, & euacuando quando erit necesse,& cum bona,& artificiali diætã. Non obstat quòd alij dicant q vulnus inquãtum vulnus,non indiget istis, quod concedendum est in paruis actionibus,& in corporibus eucratis,quę vbi sunt,quęrat dominus in magnis autem actionibus,& in corporibus cacochymis ad pręseruandum accidentia,est necessarium prædicta conuenienter ordinare,& hoc dicebat Gale.in sexto therapeu. supponatur quis deuenire ad nos punctus,& supple vulneratus,& disiũctus,hic homo,si boni vlceris,id est eucrati fuerit, absq; pharmaco transibit,nihil patietur praui,si vero vlceris praui vel mali,id est cacochymi fuerit, primo quidem dolebit: post hoc autem iam pulsabit,& inflammabitur particula. In omni autem membro carnoso sunt nerui, & venæ quæ præparant ad ea accidentia mala,& ideo Hippo, dicebat primo prognosticorum,de melioribus rebus est vti præuisione.

De phlebotomia,& euacuatione.

De phlebotomia consulunt sapientes Rasis , & Albuca. quòd si sanguis à vulnere non exiuit sufficienter, quòd fiat phlebotomia, & fiat de parte opposita. Nam purgatio per antispasin in quarto therapeu. multum placuit Hippocrati.

De ven

De ventre.

Si fuerit constipatus, fiant suppositoria aut clysteria, aut administretur aliquod lenitiuum de casia fistu. aut de mãna.

De potionibus.

Quæ consueuerunt administrari vulneratis, dico ꝙ nõ consueui dare aliquam potionem in vulneribus recẽtibus, quia calidæ sunt, & aperitiuæ, & cõmouent sanguinẽ, & præparãt vulnus ad apostema, & ad fluxum. In antiquis tamen vlceribus infistulatis, & canceratis, necnon in sanguine congelato in interioribus, ac insanie congregata in pectore, & in glandulis intrinsecis, & crepaturis, vt in suis capitulis dicetur, quandoque concessi. Antiqui tamen, vt Rogerius, quatuor magistri indifferenter administrabant potionẽ omnibus vulneribus, & fracturis compositis ex rubea maiori in plus, & ex consolidis, plantagine, tanaceto, canabo, caulibus rub. herba Roberti, pede columbino, gariophyl. lingua canis, pimpinella, pilosella, & consimilibus. Et extrahebant succum, aut decoquebant ea cum aqua, vino, & melle, & dabant quolibet mane quartam ʒ. & desuper folium inuersum caulis rubei de mane, & sero ponẽdo ligabãt. Et assueuerũt tales empirici: quòd si potio euomitur, malũ signum est: & si rẽtinetur, bonum: & si exit talis qualis fuit per vulnus: ita iuuet eos deus. Peius est de Theodo. & Henri. qui pigmẽtũ fortissimũ iubẽt dare vulneratis recẽter in capite, & ĩ pectore, nescio vnde venit ista ĩsania. Scio vere ꝙ Gal. nõ præcipit.

De diæta vulneratorum.

Diæta omnium vulneratorum, & dissolutorũ, in principio vsque ad septem dies in quibus cõsueuerunt esse securi à febre, & apostemate, debet esse tenuis, frigida, & sicca, p̃cipue si patiens fuerit repletus iuuenis: & aër sit calidus. Subtrahatur ergo sibi vinum, præcipue purum: & carnes grossæ, & pisces grossi, panis azimus male coctus, caseus, et fructus, allia, et cepa, sinapis, et omnes species acutæ, et omnes res sallitæ, et acetosæ, et vtatur pullis, perdicibus, auiculis paruis alteratis cum aqua rosata: vtatur etiã auenato, hordeato, amygdalato, spinachiis, boraginibus, lactucis, plãtaginibus, brodio simplici, aut composito cum ouis.

Potus eius sit aqua bullita, in qua sit infusus panis grossus,

aut aqua hordeaca,aut aqua cum modico vino grosso styptico,parum cœnet,quiescat, à mulieribus summe caueat.

Postquã autẽ securarus fuerit ab apostemate, ingrossetur diæta,& redeat ad cõsuetudinẽ suã paulatim: vtatur ergo tũc bono vino,bonis carnibus,gallinarum,caponum, et castratorum,et omnibus bonum sanguinem generantibus,et reparantibus naturã. Et quòd talis diæta sit vulneratis vtilis, sic probatur. Quia illa diæta est vulneratis vtilis,quæ manu tenet virtutẽ,et non cõmouet febres, neq; apostemata,neq; hæmorrhagias exitat,et nutrimentum cõueniens præparat tempore cõuenienti: talis est huiusmodi:ergo est vtilis. Et propter hoc eam cõmẽdat Gal. Raſ. Halyab. et Auicen. Brunus,Gulielmus,atque Lãfrancus. Non autem Theodoricus qui à principio diætã vinosam,et calidissimã prẽcipiebat. Et plus miror de Henrico,qui fuit Parisiis nutritus inter Philosophos: qui eum in hoc secutus est: de Angelico non miror, quia nihil dicit,nisi quod ab Hẽrico habuit. Neque ratio eorum valet: dũ dicunt quòd debilitatus cõfortetur,quia cõtrarium dicit Gal. in principio aphorismorũ. In his autem qui ægrotãt,augere virtutẽ nõ properamus: moderate enim diminuimus: aut qualis est saltim in chronicis custodim⁹. Nisi cum esset tãta debilitas,quę postponeret omnes alias indicationes,quod nõ est in cõmunibus vulneribus,et cum hoc aduersantibus indicationibus nõ oportet alterius extremitatem cupientẽ, obliuisci alterius penitus,sed miscere eas in septimo therapeu. vnde in octauo circa finẽ, exercitatũ quidem & natura prudentem oportet esse medicum, vt vniuscuiusque indicationis subtiliter ponderans virtutẽ adinuicẽ omnes comparans,vnum aliquid capitulum coaceruet propriarum laborãti diætationũ. Illud autem quod decepit eos, fuit arabica translatio in quarto de ingenio,capitulo penultimo, quæ dicit. Itẽ oportet te cauere vinũ dũ apostema calidum est. In alio vero tẽpore nõ. Quia debuit dicere dũ apostema esse potest. Quod patet per græcã trãslationẽ,quę dicit,palã autem est quoniam vini vsus cauere oportet in tempore phlegmonum: aliter nihil prohibet dare. Et ita cõceditur quòd in principio vsque ad septem dies: quod est tempus phlegmonationis non detur vinum. Sed transacto illo tempore, non prohibeatur. Et ita completur quarta intentio quæ erat membri substantiam conseruare.

De

De quinta intentione.

Sed quinta intentio, quæ est accidentium introductorum correctio, secundum accidentium diuersitatẽ cõpletur. Accidentia autẽ quæ cõsueuerunt venire in dissolutis cõtinuitatibus, sunt dolor, apostema, dyscrasia, febres, pruritus, atque spasmus, paralysis, syncope, atque alienatio. Vnde sciendum quòd vulnus nunquam curatur quousque ista corrigentur. accidentia enim, quæ superant suam causam, ordinem curationis præuaricant, in principio ad Glauconem.

De dolore.

Dolor quia est causa trahendi materiã ad locum læsum, & generandi apostema, super omnia oportet quod euitetur. Dolor vero cõmuniter sedatur fomentãdo particulam cum oleo calido. Et si oleum esset rosatum, vtilius esset. Et si cum eo adderetur albumen oui vel vitellus, vbi nõ est magna caliditas, non tãtum macularet vulnus. Et si esset necesse aliquantulum sopire particulã, oleum sit papauerinum. Et si est necesse, addatur parum de opio, aut de mãdragora, vt consulit Guli. Quatuor autẽ magistri laudãt ad hoc radicem solatri cum axungia porci incorporatã. Theodoricus multũ cõmẽdat emplastrum de foliis paruarum maluarum coctis & tritis, & cum cribratura furfuris mistis. Si adderetur modicũ olei ros. melius esset. Medulla etiã panis frumẽti in aqua feruenti infusa optima est, vt superius fuit dictum. Si autem esset dolor fortis, significaretur quod neruus esset læsus, & tunc ad vulnus neruorum habeatur recursus.

De apostemate.

Apostema generatur, & cognoscitur, & curatur, secundum quod dictum est in tractatu secundo de apostematibus. Nihilominus Auic. laudat, & appropriat omni membro à capite vsque ad pedes, emplastrum factum de granato dulci in vino styptico decocto, & pistato, & applicato. Si autẽ non potest repercuti, nec resolui: maturetur cum emplastris ad maturandum apostemata dictis. Et ad hoc dictat Rogerius embrocã de maluis, absinthio, artemisia, farina frumenti cocta cum vino, & parum mellis, & satis de axungia. Et si sanies non deriuatur ad vulnus, aperiatur in loco magis apparato,

De dyscrasia.

Dycrasia si est calida, quod cognoscitur per rubedinẽ, & vesicationem: infrigida locum, non cum hyoscyamo neque mandragora, vt dicit Gal. quia nimis infrigidát, sed cum rosis, & plãtagine, & vnguẽto albo: quæ siccãdo moderate infrigidant. Si est frigida, quod cognosces per mollificationẽ, & discolorationem, calefacias locum non per resinã, picem, & asphaltum, sed cum vino, & vnguento nigro fusco videlicet, & basilicone. Quare cum ista accidentia conuertunt vulnera ad vlcera, ad doctrinã illã habeatur recursus. Si autem dyscrasia fuerit sicca & humida: per sua contraria corrigatur. & ita de compositis: vt dicetur infra.

De febre.

Si superuenerit febris, infrigidentur, & regantur, vt de apostematibus calidis est dictum. Et in hoc domini physici vocentur.

De spasmo.

Per spasmum intelligit Auer. decurationẽ membrorũ, aut talem rigidationem, quòd non possunt flecti neque dilatari, quia in eo operario non est ablata, sicut in paralysi, sed est mutata. Est enim spasmus in quinto de ęgritu. & symptom. motus malus accidens in virtute motiua voluntaria à dispositione morbosa. & ideo est ægritudo neruosa in tertio can. qua mouentur lacerti ad principia sua, & inobedientes fiunt in dilatatione.

Causa enim eius secundũ Gal. in eodẽ est duplex, vt Hippo. indicauit, impletio, & euacuatio, in phlegmonosis quidẽ dispositionibus impletio, in ardentissimis autem, & ficcissimis febribus, euacuatio. Quod autem, & impletur, & euacuatur, amplius vniuersis corporum neruosis tendere cõtingit. Indicant chordæ in organis tensæ, scinduntur enim siue in humida siue in sicca demum tensæ deponãtur. Et propterea remittunt eas artifices, antequam deponant. Et secũdum illud idem indicant corrigiæ. ad ignem, & aeri scilicet humido expositæ. Colliget tertio. Tertium autem capitulum addit Auic. quod licet ad materiã proportionetur: est tamen nocumentũ contristans cerebrũ, propter quod nerui

refug

refugiunt. & congregãtur ad expellendũ ipſam cauſam impedientẽ. Sunt ergo tres modi ſpaſmorum inanitionis, repletionis, & cerebri cõpaſsionis. Primum cauſatur maxime propter fluxus magnos quinto aphoriſmorũ, & caliditates immoderatas, & putredines liquefaciẽtes in ſecũdo eorundem 26. febrẽ ſpaſmo ſuperuenire. Secũdum fit propter apoſtema, & tumores diſpergẽtes in fine, quinto aphoriſmorũ. quibuſcunque œdemata. Et frigiditates immoderatas implentes, & cõdenſantes neruos in eodẽ quinto. frigidũ ſpaſmus &c. Tertium vero fit propter dolorẽ, tertio techni. Nerui & tendonis punctura. Et propter mordificationẽ mali humoris, & qualitatis venenoſæ in cõmẽto quinti. ſpaſmus ex elleboro. Spaſmi autem præfati quidã ſunt vniuerſales, qui fiunt quãdo nocumentũ peruenit ad cerebrũ, & ipſum conãs expellere nocumentum, cõtrahit neruos, & mẽbra neruoſa, & ſpaſmat ea. Alteri ſunt particulares quãdo nocumentum nõ peruenit ad cerebrum, ſed remanet in mẽbro incuruans ipſum. Et hoc etiã Auenzoar teſtatur, dico autẽ vniuerſales, quia teneat maiorẽ partem membrorum ad differentiã epilepſiæ, quæ tenet omnia, & ideo ſpaſmus totius dicitur ſcilicet humidus, eſt tamẽ, & interpollatus nõ continuus cum nocumento mentis, & ſenſuũ prout tertio de locis affectis declaratur, quod nõ eſt in ſpaſmis, de quibus fit hic ſermo. Inquirere exquiſite differentias ſpaſmi, cauſas, & modum generandi alterius eſt ſpeculationis: quare dimitto. Sufficit chirurgo ſcire quod dictum eſt, & ſigna eorundem, & correctiones ſi quæ ſunt.

Signa cõmunia ſunt motus membrorum difficultas, colli tenſio, labiorum cõtractio, ac ſi vellet ridere: maxillarum, & dentium, & gutturis ſtrictura, oculorũ & totius faciei tortura. Signa ſpecialia ſpaſmi de inanitione, ſunt aduentus paulatinus, & poſt ęgritudines cõſumptiuas. De repletione vero ſunt aduentus ſubitus, & poſt apoſtemata, & repletiones, & frigiditates ſpiſſantes. Spaſmi autem cõpaſsiui ſigna ſunt aduẽtus à cauſis extrinſecis, & eſt cũ dolore, & mordicatione, & cõtriſtatione. Si nocumẽta ſpaſmi veniãt ad membra anhelitus, ſubito moritur patiens. Spaſmus cõfirmatus, non curatur, maxime de inanitione, quia ſiccitas cum certiſsime completa fuerit, inſanabilis exiſtit ſeptimo therap Non cõfirmatus vero aliquã recipit correctionem, ſpecialiter de re-

pletione quod innuebat Hippo. in secundo aphorismorum. febrem in spasmo melius est fieri quàm spasmum in febre.

Curatio & prȩcustodia spasmi sicci est praua, vt dicit Auic. verum cõuenientior cura est tina, & inũctio cum oleo humido post ipsam. Et eius iteratio multoties, & si esset possibile quòd tina fieret de lacte, & nasalia, & gargarismata, & clysteria, & finaliter potagia, optimũ esset, duntaxat quod febris nõ adesset: tunc enim fiãt prȩfata cum aquis, & oleis in quibus decocta sunt folia salicis, & hordeũ fractum, viol. atque nenufar. Et administrẽtur super iuncturas, & originẽ lacertorum. Cibaria ipsorum sint sorbitiones pingues, lenes factæ ex amygdalis, hordeo, & zuccaro bono, & aqua carnis assumpta ex carnibus agnorũ & hœdorum. Et si cum dictis misceretur modicum boni vini, vt penetrare faciat, nõ esset longinquum à rectitudine. Cum autẽ spasmus est humidus, oportet vt curetur cum euationibus fortibus humorũ grossorũ, vt est hiera, & pilulȩ de agarico. Et clysteria acuta sunt optima, & phlebotomia quoque. Et gargarismata, & nasalia, & sternutatoria cum acutis sunt expediẽtia. Et inunctiones per collum sub ascellis, et inguina, cum oleis calidis de lilio, & costo, de spica, laurino, pulegino, acuatis cum castoreo, et euphorbio sunt bonæ. Et coopertura cum molli lana plurima. Rogerius ad talẽ spasmũ tale dictat vnguentum, & ipsum acceptauit Theodor. Re. olei muscellini, vnc. j. petrolei, vnc. 5. olei cõmunis, butyri, ana vnc. iiij. ceræ, vnc. j. styracis calamitæ, styracis rub. ana vnc. ij. & 5. mastiches, olibani, gummi ederæ, ana vnc 5. omnia liquabilia ponãtur ad ignẽ, & alia puluerizata misceãtur. Vltimo ponatur styrax, et fiat vnguentũ, de quo ceruix, & collum, atque spinę, & totũ corpus inungatur inter duos ignes. In isto vnguẽto videtur addere Theodoricus herbas quę ingrediuntur in vnguẽto arogon, & agrippa, & oleũ castoreum, et pinguedinẽ limaciarũ rubearum, & vocat eum alabastrũ, & est valde proprium ad cõtractionẽ neruorum. Et si accideręt febres, duntaxat quod essent ephemeræ, esset bonũ. Stuphæ, et suffumigationes siccæ: & ea quæ prouocãt sudorem, sunt cõferentia ad hũc spasmum. Spasmus vero cõpassiuus, si fuerit ex dolore, curatur cum leptomeribus, & aliis sedãtibus dolorem, vt in de vulneribus neruorũ dicetur. Et si est ex punctura ferarum, curetur cum theriaca, & vẽtosis super locum. Et si fuerit ex mordicat

dicatione ſtomachi, prouocetur vomitus, & ſtomachus confortetur. Et in omnibus cerebrum cõſoletur. Et caput, & collum, dorſum, aſcellæ, & inguina cũ oleo de lilio inungẽdo, quia proprium medicamen eſt ſpaſmo humido, vt Auezoar dicit. Et quod baculus teneatur inter dentes, vt ex toto non claudantur. Et ſi aliud non poteſt fieri, neruus qui mãdat nocumentum, totaliter incidatur: vt conſulebat Raſ. quia melius eſt perdere operationem vnius membri, quam totius.

De paralyſi.

Paralyſis etiã ſequitur vulnera, & cõtuſiones maxime capitis, & totius dorſi: vt in tertio de locis affectis per multa exempla declaratur. Vtrũ autem ſequatur vulnera eiuſdem partis vel cõtrarię, infra de vulneribus capitis mẽtio fiet. Eſt autem paralyſis neruorũ mollificatio cum priuatione ſenſus & motus vtplurimũ: ſicut erat ſpaſmus, durities cũ motu malo & permutato, vt tertio colliget dicebatur: vnde tertio de locis affectis, ſicut apoplexia eſt mollities totius corporis: ita & paralyſis vnius medietatis: quandoque quidem dextræ, quãdoque ſiniſtræ: quandoque quidem vnius partis vt pedis vel manus. Et propter hoc ſuſcipe illam diuiſionẽ ſpaſmi in paralyſi vniuerſali & particulari: vniuerſalis totius lateris: particularis vnius membri.

Cauſæ vero paralyſis, & talis ablationis motus & ſenſus, ſunt duplices: extrinſecæ, & intrinſecæ. Extrinſecę, vt caſus, percuſsio, inciſio, dilatatio, frigiditas, apoſtemata, & talia quæ ab extra ſeparãt, & claudunt ſpirituum vias. Intrinſecę ſunt humores groſsi, viſcoſi, qui oppilãt ipſos neruos in cerebro, & in nucha, quæ vicaria cerebri eſt dicta. Inquirere autem quomodo eſt hoc, & qualiter aliquoties perditur motus, & remanet ſenſus, & differentias, & cauſas omnes exquiſite, alterius eſt ſpeculationis. Sufficit enim chirurgo ſcire quod dictũ eſt: & cognoſcere partem à qua oritur nocumentum. Nam ſi nocumentum eſt vniuerſale, quia nerui qui regunt vniuerſum, veniunt à cerebro: ſcis quod nocumentum oritur à cerebro: ſi particulare in mẽbris ſuperioribus, ſcis quod à collo. Si in inferioribus, à ſpondylibus: ſi in mediis, in mediis, prout hęc leguntur in primo & tertio de locis affectis. Humorem peccantem ſcis per ſigna humoris Cauſas extrinſecas ſcis iudicio patientis.

Iudicari etiã poteſt, quod paralyſis, & omnes ægritudines

neruor

neruorum sunt difficiles ad curandum: quia parum habent de natura calida, quæ est acris curationis. Et perinde dicitur quod paralysis in senibus difficulter curatur. Amplius iudicatur quod tremor & febres significant bonum in paralysi. Præterea paralysis quæ fit ab ictu non cõterente neruos vehementer, quandoq; sanatur: vt apparet ex Gal. in illo Pausania, lib. 3. de locis affectis. Si autem superflue cõterantur, non est spes quod sanetur: quia vulnera neruorum perfectè non consolidantur: vt dictum est. Et dixit Auenzoar, quod si læsio fuerit in neruis anhelitus, moritur patiens suffocatus in breui. Si membrum non diminuitur, nec color mutatur: spes est aliqua in cura. Si verò diminuitur, & color mutatur: signum est malum, vt dicit Gordonius.

Cura paralysis à causis intrinsecis pertinet ad dominos physicos quam perficit Heben Mesue, duplici regimine, cõmuni & proprio. Commune autem regimen nunc partem morbi tangit: nunc proprietatem: interdum verò diætam.

Primũ completur cum administratione omnis studij ad partem capitis posteriorem, & nucham: quia nocumentum secundum plurimum oritur ab illis locis. Et hoc est cõmune in infirmitatibus quinque: videlicet paralysi, spasmo, tremori, stupori, & torturæ.

Secundum verò completur cum administratione medicinarum, proprietate & virtute confortantium neruos: vt est acorus, iua, castoreum.

Tertium completur cum paucitate cibi & potus, & cum regimine exiccatiuo dicto in capitulo phlegmatis.

Regimen autẽ proprium capit quatuor res. prima est adæquatio materiei. secunda abscisio eius. tertia conuersio sui residui ad oppositũ & diuersum. quarta corrigit accidentia.

Quomodo autem ista complentur, dicet vobis doctor allegatus. Curam autem à causis extrinsecis quæ erat à percussione, aut casu, perficit Auic. si factũ est apostema, & materia ad locum descenderit, cum phlebotomia, & medicinis calidis, & euaporatiuis: vt sunt vnguenta, emplastra super locum percussum, & ventosæ quandoq; ponũtur. Ego autem consueui vnum linimentum laudatum ab Heben Mesue in passionibus cordis, cum quo vnguitur collum, dorsum, & membra læsa. & est multum bonum. verba doctoris euangelici sunt hæc. sermones inunctionis spinæ credo perit os

medi-

medicos, & peritos philosophorum traditionem & memoriam & laudem tanti beneficij naturæ occultasse: cum eius beneficium in eorum tractatibus sit abscisum. Et est de elegantioribus iuuamentis præseruans substantiã vitæ. Et scituisti quod principium ossium & neruorum est nucha, & generatur vel germinatur à cerebro: & spina est platea publica arteriarum, neruorũ, spirituum, & virtutũ, & lectus spiritualium membrorũ: & continet medullam veræ humiditatis: sic enim aggregabis multas bonas intentiones. Confortabis enim substantiam velatiuam, & substantiam spiritualem, & neruos, & ossa vniuersa. Subueniens paralysi in omnibus neruorũ ægritudinibus, saltui cordis, & tremori, lassitudini subuenit manifeste. & est medicamen omnium medicamentorũ in celeri confortatione. Modus confectionis est. Recipe myrrhæ electæ, aloës hepatici, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellij, carpobalsami, croci, mastichis, gummi arabi, styracis liquidæ, styracis rubeæ, ana drag. ij. & 5. musci drag. 5. terebinthinæ, ad pondus omnium: misce omnia hæc puluerizata cum terebinthina: & pone hoc totum in alembico: & ingeniose distilla: & liquorem distillatum susci pe in vase vitreo, & forti. vicinatur enim balsamo: & ego aliquoties addebam herbas paralysis: & erat pretiosius.

De syncopa.

Syncopa est secundum Gal. in 12. therapeu. subita & acuta concisio virtutis, quę consueuit sequi immoderatas euacuationes, & dolores: quam cognosces per pulsum deficientem, & per colorem pallidum, & motum præcipuè palpebrarum & extremorum difficilem, ac si non posset erigere ea: & per sudorem maximè circa collum frigidum.

Syncopa nullo modo est negligenda: quia via est ad mortem: imò parua mors apud omnes dicitur.

Regimen & curatio. quantum est de præsenti, est obuiare toto posse quod non veniat syncopa consolando infirmum: & expellendo multitudinem gentium, ne calefaciãt cameram: neque terreant eum.

Et est cautela, quod antequã veniat, detur sibi parua crusta panis albi infusa in optimo vino cũ modico de aqua ros. Et potet modicum de illo vino. Nam vt ait Gal. vbi supra:

vinum

vinum quidem aliquod natura calidum ad anodosim, id e ad deductionem in corpus incedens his qui syncopizantu est dandum. Et irroretur, & proiiciatur fortiter in eius fa cie aqua ros. aut aqua frigida: si non habet aquam rosatam fricentur extrema: trahantur pili nasus, & aures: & propri nomine alte vocetur: dentur alapæ, & cætera fiant quæ præ cipiunt domini physici in isto casu.

De alienatione.

Desipientiæ verò secundum Gal. in quinto de ægritudine & symptomate omnes peccata existentes actionis hegemo nicæ, id est regitiuæ virtutis sunt, quæ ab Auic. in tertio ca noñ. alienationes dicuntur. Et licet sint accidentia propria & communicata: hic tamen non agitur nisi vt sunt acciden tia venientia per communitatem & colligantiam, quæ con tingunt in vulneribus, & articulorum percussionibus: vt in quarto therapeu. dicebatur. Similis autem est hæc generatio symptomatum in tertio de locis affectis, his qui suffunduntur: id est imaginationes in oculis patiuntur, ex dispositionibus ventris. Nã sicut in illis aliunde mandatur occasio: Ita quoq; & neruosis particulis patientibus paratius quàm aliis veniunt desipientiæ. Quandoq; quidem ipso solo calore secundum continuitatem ad caput ascendente: quandoq; verò spiritu vaporoso seu fumoso. Et illa quidem sunt ex eis quę finaliter desiccãt, vt ait Auic. vnde etiam ipse Gal. in lib. 13. therap. ait. Contingit enim vt in sermonibus, qui de his habentur monstratũ, est propter frigiditatem equidẽ ocium, propter calorem motus, & ex malitia humorum amentia.

Cura seu regimen eorum est quantum spectat ad chirurgum, quia incõtinenti domini phisici debent vocari, vt mali fumi per fricationes, & ligaturas extremorũ à capite diuertantur: & in hoc casu clysteria sunt ab Auic. dilecta, & percussa particula omnino sedetur, & necessaria secũdum eum etiam, est percussio cum alapis: vt ad ipsum ipsius redeat ratio. Et in princ. Gal. 13. therapeu. oxyrodinum, id est oleum rosatum cum modico aceto commendat. Expellere enim oportet à capite humorem & vaporẽ. Et infusiones somniferæ, quæ per papaueris semina fiunt, sunt optimæ. Et odorem naribus obiiciemus: & inungemus alas nariũ: & frontem similibus pharmaciis.

Ex reb

Ex rebus ei conferentibus secundum Auic. est vt infundatur super capita ipsorum, decoctio pèdum & capitum. Et multoties sanat eos alsefur, quæ est radix vitis albæ: cum ex eo bibunt aut comedunt ipsum diebus aliquibus, cum aliquo cibo qui abscondat saporem ipsius.

De pruritu dicetur in quinto & sexto.

De duritie & impotentia motus, qui sequitur solutiones prauas continuitatis dicetur infra in sexto.

De passionibus iuncturarum: & in antidotario suo loco.

De vulnere facto in carne. Cap. II.

VVlnus carnosum, proprie dicitur in tertio therapeutices, diuisio facta in membro carnoso cum sanguine absque putrefactione: vt superius in capitulo communi fuit dictum, & non euacuatur secundum eundem quin sit simplex, sine perditione substantiæ: aut cum perditione eiusdem. Et quod est simplex, non euacuatur à suis propriis differentiis quin sit superficiale aut profundum, & vtrumque aut paruum aut magnum. Vulnus etiam cum deperditione substantiæ non euacuatur quin perdatur cutis, quandoque caro & cutis.

Et vulnera cum talibus differentiis non euacuantur quin sint pura sine accidentibus: & quin habeant aliqua accidentia non habentia rationem causæ: quia tunc caderent sub ratione vlcerum difficile sanabilium: de quibus dicetur in tractatu vlcerum infra. Sed habentium rationem sine quo non, vt superius fuit allegatum quarto therapeutices, non obtinet sanatiuam, velut sunt dyscrasia, dolor, apostema, pruritus, de quibus dictum est supra.

Nec curo si tales differentiæ dicãtur differentiæ, aut dispositiones: quoniam licet Gal. in tertio therapeu. magnam fecerit determinationem: non multũ tamen proficit hoc ad curam. Est autẽ in principio therapeu. Non ex nominibus bene sanare ægritudines, sed ex recta de rebus opinione.

Causæ.

De causis vulnerum inquãtum vulnera dictum est supra: quod sunt quæcunq; res quæ extrorsum perforare, aut cassare, seu mordere aptæ natæ sunt. Ex quibus dispositionibus derelictis ab eis sumuntur intentiones curatiuæ.

Et si

Et significationes sumptæ ab esse dispositionis, & natura membrorum, & occurrentium accidentium diuersitate, inueniunt auxilia, & modum operandi: vt dictum fuit supra.

Signa & iudicia in capitulo vniuersali sunt dicta.

Curatio.

Cura vulnerum carnosorum recentium vltra quatuor intentiones dictas communes habet specialem intentionem. vnam quæ est fluxũ sanguinis retinere: modificatur tamen per Auicen. si superfluit: quia fortasse temperata quantitas confert: eo quia prohibet apostema, oppilationem, & febrẽ, quæ summe prohibent vulnerum curationem. Et illud secundum Gal. in 4. therapeu. fuit præceptum Hippo. fit enim vt & effluente sanguine siccius, & per consequẽs sanius: cum omne siccum propinquius sit sano, humidum verò nõ sano.

Superfluus enim sanguis, si non restringitur cum his quę pertinent vulneribus, restringatur cum his quæ dicentur in capitulo vulnerum venarum. Intentiones verò omnium vulnerum, licet quomodo complentur in genere sit dictum: specialis tamen modus quomodo complentur in carne, inuenitur secũdum differentias iam dictas per hunc modum.

De incisione & vulnere simplici paruo sine perditione substantiæ.

Galenus in eiusmodi vulnere in tertio therapeutices, non præcipit nisi appropinquare labia sola ligatura. vnde inquit si conduxerit inuicem diligenter ea quæ distant absque alia quacunque extrinseca ingeniatione, conglutinantur. & Rasis illud idem. Communis tamen cursus habet: & Lanfrancus ponit albumen oui agitatum cum leui stupata: & bene, quia secundum Galenum in vndecimo simplicium pharmacorum restringit sanguinem, & sedat dolorem, alterat, & prohibet apostema non solum in oculis, sed in omnibus locis vlceratis. Super omnia caue à dolore: quod enim dolet prouocat rheuma, & apostema, vt sæpe dictum est. Quomodo sedatur dolor, iam superius dictum est. Et non remutetur vsq; ad tertium diem: quia secundum Galenũ in tertio: paruæ autem sunt ita quod si congregatæ fuerint, vna die, vel plus indigent duabus ad vniendum. Et si non esset consolidatum remutetur post vt statim dicetur.

De

De inciſione & vulnere magno ſuperficiali, & non profundo.

In quo quia non ſufficeret ſola ligatura, præcipit Galenus ſuitionẽ & laqueationẽ. Communis tamen vſus poſt ſuitionem cõſueuit ponere puluerẽ rubeum incarnatiuum, & cõſeruatiuum qui fit de duabus partibus thuris & vna ſanguinis draconis. Albuca. addit tres partes calcis viuæ: & Lanfrancus cõſentit. Ego autẽ loco calcis, bolũ arme addo, Halyab. ſandalos ponit. Et ponitur ſolus puluis: Cauẽdo vt non ingrediatur intra vulnus, neque etiam pilus, neque oleum: quia conſolidationem impedit ipſorum vnuſquiſq;. Vel poteſt incorporari cũ albuminibus ouorũ: & deſuper vnam aut duas ſtupatas infuſas cum albuminibus dictis: & pannũ ſubtilem etiã balneatum in his immediate ſupra vulnus apponit, vt ſtupatæ in eleuatione non dilacerent pũcta. Et ſi cum oleo roſa. inungerẽtur circũferentię ad prohibẽdũ dolorem & apoſtemationẽ, bonum eſſet. Quæ autẽ ligatura & futura & ſtupatæ cõueniunt, & quomodo fiũt in ſermone communi iam dictũ eſt. Et nõ remutetur vſq; ad quartũ diẽ: niſi dolor, aut aliud accidens infeſtet. Et poſt quartũ diẽ niſi inueneris cõſolidatũ, cum vino calido ſtyptico lauetur: & infundantur ſtupatæ, & expreſſæ applicẽtur & ligentur. Et de die in diẽ remutẽtur quia infra breue tẽpus erit cõſolidatũ: Teſtante Galeno in quarto cõtra Theſſallũ, qui prolõgabat curam vulnerum ad menſes, quam in ſex diebus ad plurimum in ſeptẽ poterat perficere. Prima præparatio laudatur cum albumine ouorũ: & illo puluere: quia refrænat, & prohibet, & ſedat ſanguinẽ, dolorẽ, & apoſtema. Secunda cũ vino: quia vinum ſecundum Galenum in tertio. optimum pharmacum eſt omnium vulnerũ inquãtum vulnera ſunt, id eſt quæ non habent aliquã diſpoſitionem cõtradicentẽ implicatã. Quod probatur ita: vulnus inquantum vulnus indiget ſiccare & ſtypticare, præcipue magnum. Sed vinũ facit hæc duo. ergo Maior probatur: quia in hoc tẽpore ſecundum Galenũ, opus eſt pharmaci ſiccãtis particula: vt ſiquidẽ iã fuerit ichor adiacẽs, cõſumatur: & is qui debebat cõfluere ad vacuas regiones, prohibeatur. Et propter hoc debet eſſe maioris ſiccitatis conſolidatiuum, ſiue conglutinatiuum: quod idem eſt in terrio techni, quam incarnatiuum: videlicet vſq; ad ſecũdum

gradum. Minor deducitur: quia vinum in ſeptimo ſimpliciũ pharmacorum: nouum, eſt calidum in primo: antiquũ in tertio: mediũ in ſecundo: proportionaliter autem caliditatibus ſunt & eius ſiccitates. Et ideo ſecundũ diuerſas naturas deſiccat & cõſolidat, nõ autẽ humectat, neq; infrigidat: vt dicebat Theodoricus. Et hoc eſt quod Gal. dicit, autoritate Hippocratis in quarto therapeutices, vlcera vniuerſa nõ oportet madefacere, id eſt lauare niſi cum vino. Et cauſam ait dicẽs. Omne ſiccum propinquum eſt ſano, humidum vero nõ ſano. Et propter hoc dicebat magiſter Arnoldus, quòd recẽtia vulnera cum aqua ardẽte lota ſanationis effectum citiſsime cõſequẽtur: quia deſiccatiua eſt multum. Nõnulli vero poſt primã remutationẽ ponunt emplaſtra & vnguenta quæ ad hoc habẽt propria: & ſtupatã deſuper. Gal. autẽ in hoc multũ cõmẽdat vnguẽtum nigrum. Auic. vnguẽtum de lino. Ego autem cõſueui vnguentum factum de rubeo puluere incorporatum cum terebinthina lota. Quorum formæ vna cũ multis aliis in antidotario dicentur.

De vulnere profundo & occulto.

Vulnus profundum & occultum multoties curatur cum ſutura, & debita ligatura. Et ſi nõ fieret, iubet Gal. in tertio techni in poſteriori tẽpore per effluxiones, & cõtraria diuiſione, & figura apta curare. Aptã vero figurã intelligit Auic. q̃ orificium vulneris ſemper ſit inferius: & fundum ſuperius: vt ichores poſsint libere exire. De qua figura dicit autoritate ſapientis in ſecundo ad Glauco. quòd curauit vulnus profundum in coxa: cuius profundum erat circa genu, & orificium verſus coxã, cũ præparatione figuræ abſq; cõtra apertione: fecit enim ſibi tenere genu eleuatum: & tunc orificiũ fuit inferius. Idẽ poſſet in brachio præparari. Si autẽ nõ poſſet apta figura præparari: neque vulnus bene expurgari per foramen: fiat ſecundum conſilium Galeni contra apertio. Vnde in fine tertij therapeutices. Si vulnus concauitatẽ habuerit profundam & occultã: ſcrutandum eſt, vtrum ichores poſsint cõueniẽter expurgari, vel nõ: ſi ſic, eadẽ eſt cura cum aliis. Si non poſsimus ingeniare bonã effluxionem cũ preſſuris, & hona ligatura expreſsiua quæ incipiat in fundo, finiat vero circa orificium: bonum eſt. Si vero non poteſt fieri, oportet nos ingeniare alias effluxiones. Duplex vero eſt

inge

ingentatio:quandoque quidē te incidente totā concauitatē: quandoq; autem contra diuidente solum in profundo. Qualiter autem oportet singulum horum efficere, locorū indicabit natura & vlceris magnitudo. Nam si loca fallacem habent diuisionem,& vlcus fuerit magnum:melius est econtra diuidere. Si vero cōtrarium,melius est incidere, & ligare:vt est dictum. Brunus autē in tali contra apertione suellos siue tētas in vtraq; parte imponit. Ego aūtcū cotone trāseo: quia melius mundificat & transit per totum:& minorē infert dolorem:& pono ipsum cum intromisso facto ad modū acus, aut rastam ligneam impono:& desuper securius incisionem facio,& desuper aliquod mūdificatiuum : & stupatam appono:& bis in die remuto.

De vulnere concauo cum deperditione carnis.

In cura vulneris huius secundum Gale.in tertio techni, duplicem oportet habere intentionē : quia & dispositio duplex cōtinuitatis quidē solutio,vlcus siue vulnus:deperditio substantiæ,cōcauitas:vna in vnitione:alia vero in deperditæ substātię generatione. Et oportet primo curare concauitatē: deinde vnire aggredi,eo quia ipsarum rerum indicat natura nō posse vuln' sanare:nisi primo cōcauitas repleatur. Omnis enim cōcauitas præter naturā indicat repletionem: quare & quæ in carnosa particula. Hæc autem repletio,terminus inuentionis sanationis fuit: & indicatio quæ omnibus idiotis existit nota. Vt autē inueniātur quæ replebunt, artificis est, & ratiōe indigemus multa,& multis particularibus indicatiōibus,& methodo rationali certitudinaliter. Particulares ergo indicationibus cū quibus inueniuntur quæ replebunt cōcauitatē vulneris,sunt quatuor.prima sumitur à substātia vulneris.secūda à natura corporis,& particularū.tertia à cōiugatis:sed quarta ab indicationū contrarietate .Talis enim fuit ordo Gal.in tertio therapeu. Substantia enim vulneris secum importat differentiarum propriarum indicationes: de quibus tractatur in fine.

Prima enim intētio seu indicatio inuenitur,quod quia in generatiōe carnis quę fit ex sanguinis coagulatiōe materialiter:effectiue vero à natura,semp occurrūt duę supfluitates: vna grossa,altera subtilis. Si volum' eas extirpare tāquā res præter naturā per cōtrarietatē,nullū erit tēpus in quo nō in-

digeamus vtriusque pharmaci: exiccantis humiditatẽ videlicet, & mundificãtis sordẽ non simpliciter, sed moderate secundum primũ gradum: maius enim appositum cõsumeret: & non coagularet materiã carnis, velut sunt thus, & ordeacea farina, & farina fabarũ, & orobi, & ireos, & aristolochia, cadmia, & panax, & terra sigillata. Omnia enim talia adinuicẽ differunt in eo quòd magis, & minus: aristolochia enim & panax magis exiccat aliis, & calidiora sunt natura. Ordeacea, & fabarum farina, minus multum exiccãt: & minori caliditate participãt. Thus autẽ calidum est moderate minus tamẽ alliis exiccat. Orobi vero farina, & ireos in medio aristolochiæ & panacis sunt.

Secunda intẽtio inuenitur, quòd quia corpora & particulę hæc quidẽ frigidiora sunt, hæc calidiora, hæc sicciora, hęc humidiora: secundum naturã oportet ea seruare: sicut quod dictum est præter naturã abiicere. Si ergo simile seruat suum simile: sicut & cõtrarium corrũpit suũ contrariũ. Calidiora secundum naturã calidioribus indigẽt auxiliis: frigidiora, frigidioribus &c. Carnem enim quę super nutritur similem oportet esse pręexistenti, sicciori igitur existente priori, siccioremoportet generare nouã: quare oportet amplius eam siccari: in humidioribus vero ecõtra. Et propter hoc thus in humidioribus naturis deficcat, & carnẽ generat: in siccioribus humectat, & suppurat.

Tertia vero intẽtio inuenitur ab annexis, vt primo à cõplexione innaturali. Si enim inquit Gale. vel secundũ aliquã formã vel per ipsum tempus vlcerationis vulnerati caro fiat calidior decente, vel frigidior: decebit pharmacum non solũ moderate siccare: sed & calefacere, & infrigidare intantum, inquãtũ & subiecta caro superegressa est ab eo quod est secũdũ naturã: vt dictũ est supra. Si vero hæc ita se habẽt coaspicere oportebit, & cõsequẽter nos aëris crasim. Oportet enim pharmacũ apponi in moderatiõibus eius. Et propterea Hyppocra. frigidioribus quidem vtitur in calidis humoribus: calidioribus vero in frigidis, seruando semper naturam.

Sed quarta intẽtio sumitur à cõtrariis indicationibus non quæ fiunt secundũ diuersa tempora: de quibus dictum fuit in quodã notabili de indicationibus, supra, in capitulo executiuo primi tractatus: Sed de his que fiũt secundũ idẽ tempus: vt quãdo crasis laborãtis est humidior decẽte, particula

vero

vero siccior, vulnus humidius, annexa sicciora: Iudicabis pharmacũ ꝙ desiccet in secũdo & tertio gradu. Si aũt fuerit ecõuersio: ꝙ desiccet solũ in primo gradu: & hoc est quia in prima multũ distat, in secunda parũ ægritudo à dispositione mẽbri, vt dicit Auic. Vniuersa autẽ ista (inquit Gale. in tertio therapeutices) per coniecturã sumuntur. Et quod optime de pharmacis cõiecturare potest, qui in ratiociniis, & exercitatus puta de complexionibus, manifestum est. Vides igitur aperte ꝙ eget considerationibus vir debẽs secundũ rectam methodũ, vlcus sanare. Quia enim inuẽta est humiditas existere in passione, siccatiuũ indicat pharmacũ. Sed quoniã hæc quidẽ eorũ magis exiccãtia sunt, hæc autẽ minus, hęc autem calefactiua, hęc infrigidatiua: ex vlcerũ differẽtia, id qđ vtile est assumptum est, & ex laborantis natura, & eorũ annexis. Non enim faciebat ita Thessalus nec etiam multi qui hodie Thessalũ, aut credẽtes vnã curã omniũ hominũ ad instar malorũ semellatorũ, qui secundũ prouerbium vna forma calcei omnes calceãt, nono therapeutices capitulo decimo, & quinto custodię sanitatis capitulo vndecimo. Cõmunis vero practica in talibus vulneribus habet ꝙ restricto sanguine, & loco ab apostemate & dolore securato: lauatur vulnus cũ vino calido: deinde ipso exiccato ponitur puluis aut vnguẽtũ carnis regeneratiuũ. Post vero lichinij, aut plagellæ de carpia, & emplastrũ aliquod aut vnguẽtum carnis regeneratiuũ: de quibus in antidotario dicetur copiosẽ. Desuper ponuntur stupatę siccæ, aut in vino infusæ, & ligatur ligatura medicamina tenẽte: & remutatur bis in æstate: & semel in hyeme.

De vulnere cum cutis deperditione.

De quo in tertio techni ait Gal. ꝙ quãdo repletum fuerit quod est cõcauum, & æquale vlcus existit, alterã intentionẽ afferre accidit: media enim noua carne stãte inter labia vlceris vniri quidem ea est impossibile, intentionẽ vero curationis aliam inuenire oportet, & hoc esset operire cute, si esset possibile. Cum igitur generatio cutis sit impossibilis, propter eius duritiem: aliquid simile cuti, caro callosa videlicet, faciendum, erit autem huiusmodi caro siccata. Siccantibus igitur & stypticis sine mordicatione pharmacis erit opus ad cicatrizationem: non simpliciter sed extensiue ad tertium gradum.

Sunt igitur in vulnere neceſſarij tres gradus ſiccantium ſcilicet, Regenerantium carnẽ: quorũ ſiccitas (vt dictum eſt) ad primũ pertingit gradum. Incarnãtiũ quoque ſiccitas etiã vt dictum eſt, pertingit ad ſecundum & tertium. Tertius Cicatrizantiũ excedit omnes: eo quod non tantũ habet deſiccare accidentalẽ humiditatẽ quæ influit: ſed & naturalẽ: vt caro fiat caloſa ad modũ cutis. Et hoc quidẽ fit per ſe à ſtypticis: quæ vt plurimũ frigida ſunt & ſicca: velut ſunt galla viridis, cortices mali granati, fructus ſpinæ ægiptiacæ, & ſimilia quæ dicẽtur infra. Per accidens vero fit à calidis cõſumptiuis, vt ſunt calces, alumen, æs aduſtum, ſcoria æris, vitriolum: & ſimilia non quocunque modo: ſed aduſta & lauata: & bene puluerizata in parua quantitate: & non in magna.

De cicatricibus reparandis.

Cicatrices turpes reparantur, vt dicit Raſis, tenues cum diachylon: aut cum lithargyro nutrito: & groſſæ & antiquæ cũ oleo de balſamo: aut quod totum ſuperfluũ cum raſorio incidatur, aut cũ cauterio remoueatur: & poſtea cum pinguedine gallinæ, aut anatis, & maſtiche curetur.

De vulnere in quo eſt caro ſuperflua.

De quo dicit Gale. in tertio therap. quod eius magnitudo præter naturã indicat ſuperabundãtiæ ablationẽ. à pharmacis autẽ fit hoc ſolũ, & non à natura. econuerſo inuiſcatione & incarnatione: illorũ enim naturæ & pharmacorum ſunt opera: iſtius autẽ ſolorum pharmacorum ſiccantium fortiter: velut ſunt omnia genera atramentorum, calcantium, vitriolum, ſpongia, radix aſphodellorum, hermodactylorum, ſtupæ minutim inciſæ, albumen, vnguentum viride, &c.

De vulnere contuſo, & ab aere alterato, doloroſo & apoſtemoſo.

In omnibus autẽ iſtis ſupponitur regimẽ cõmune de phlebotomia & euacuatione atque diæta: quia omnia iſta trahũt materiam ad locum. Etiam & quòd corpus non eſſet plenum, & præparant ipſam ad vlcera maligna.

Curatio eorũ localis eſt prohibere conſolidatiua & deſiccatiua. Et adminiſtrare circumcirca, & nõ ſupra locum prohibẽtia fluxũ, de oleo roſ. aut myrtillorum, vel de vnguento facto

facto de bolo,oleo,& aceto.Supra vero locũ,oleum apponatur lenitiuum,vel lenitiua mollificatiua & maturatiua. Nã secundum Gal.hoc fuit præceptũ Hippocr.in vulneribus.Si caro aliqua telo,tum cõtusa tum cæsa fuerit,huic ita medendum est,vt quã celerrime suppuret,nã & minus phlegmone vrgebitur.Et necesse est carnes, quę cõtusæ cęséque sint,putrefactas,& in pus versas liquari,postea nouã carnẽ nasci.Ex quibus duas habemus intẽtiones in huiusmodi vulneribus.

Prima cõpletur cum calidis & humidis naturãtibus, qualia sunt maluæ coctę,& radices maluauisci, & tetrapharmacum,panis triticeus,& reliqua dicta superius in apostematibus,& inferius in antidotario dicẽdis:& cũ mundificãtibus de farina,aqua,& oleo & melle:aut cũ mũdificatiuo de apio: aut cũ aliis in antidotario dicẽdis.Et in omnibus istis cõcedatur tẽta,& intingatur cum melle rosa.aut vnguento apostolorum:& supra vnguentum,aut emplastrum mundificatiuum ponatur stupata sicca,& ligetur ligatura retinẽte medicamina vsque ad perfectam mundificationem.

Deinde sequatur secunda intẽtio.& regeneretur caro,minuendo & dimittẽdo tentã, & incarnetur & cõsolidetur. Si vero caro esset multa dilacerata:& futura esset vtilis, futura laxa retinente labia suatur.si etiã vulnus esset alteratũ, nisi habeat aliam repugnantẽ dispositionem:cum scarpello remouendo eorum labia remouentur,& suantur.

Quia contusio in carne sine vulnere exteriori notabili quæ dicitur à Gal.in quarto therap.ecchymosis:& ab Aui.in primo canonis fen.quarta alfac:est quædam species vulneris,& solutionis continuitatis:pro tanto gratia cõiunctionis cum dicto vulnere dicetur quid de ipsa.

Est enim contusio separatio & dilaceratio facta profunde in carne musculosa à re cõtundente, ad quam sæpissime sequitur dolor , & effunditur sanguis plurimus. quare aliquoties apostematur:vtplurimũ tamẽ resoluitur,& parit vestigia,& liuores:& quãdoque excoriationes.Iudicatur quod magna cõcussio est periculosa:& suspecta ad corruptionem mẽbri:& per cõsequens corporis.Iudicatur etiã quòd cutis separata pendens,raro inuiscatur:quare melius est,vt incidatur & exiccetur cum medicinis.aut dimittatur sine ligatura:quia aer adiuuat ad reparandum eam.vt dicit Auicenna.

In curatione eius multæ sunt intẽtiones.vt ponit Gal.vbi

ſupra. Semper enim vt dicit in multitudine diſpoſitionũ primæ intentiones curationum ſunt æquales in numero.

Prima autem intentio eſt quod materia fluens euacuãdo deriuetur: quare dicit / uic. quòd non eſt excuſatio à phlebotomia: imò opifices artis præparant ad illud, quamuis corpus ſit mundum.

Secunda quod dolor ſedetur. Et locus prohibeatur cum frigidis & ſtypticis domeſticis, ad quam intentionem Raſis & Lanfrancus acceptant inũctionem cum oleo roſa. & ſparſionem deſuper pulueris myrtillorum cum mediocri ligatura: vſus tamẽ communis in principio ponit albumina ouorum cum oleo roſato.

Sed tertia quod poſt principiũ reſoluatur, ſi poſsibile eſt, vt quãdo materia eſt ſubtilis, aut ſuperficialis, cũ aliquo de reſolutiuis dicendis: aut ſi nõ eſt poſsibile, extrahatur cum ſcarpellis. Et ſi adhuc nõ eſt poſsibile, regatur regimine ſuperius dicto exiturarum. Reſolutiuũ domeſticũ fit primum de vino, melle, & ſale. Secundum fit de farina hordei, & cala mento, & vino. Tertiũ fit de cera, & cymino. Quartũ fit de floribus chamomillę, meliloti, & ſtœchade, cymino, bullitis in vino. Quintũ cum maluis, furfure, abſinthio, & cymino, aut anetho, bullitis in vino. Sextũ fit cũ farina hordei, fœnugræci, croco, cũ modico de auripigmẽto, bullitis cum aqua calamẽti &c. Et ad hoc faciunt potiones ab intus adiuuãtes, ad carminãdũ & reſoluẽdum ſanguinẽ mortuum: velut ſunt bdellium, coſtus, centaurea cũ ſyrupo acetoſo: & alia quæ dicentur infra de caſu & offenſione: ad quod capitulũ pro iſtis eſt recurrendum. Quomodo curantur liuores & alia accidentia, quæ ſequuntur: dicetur in ſuis locis.

De vulnere morſiuo & venenoſo.

De huiuſmodi vulneribus ſuccincte trãſeo: quia rariſsime accidunt. Et quãdo accidunt, populares abſque chirurgo de alliis & cepis & oleo ſuas faciunt medicinas: ſi tamẽ exquiſite volueris iſtã materiã intelligere, videatur Aui. Raſ. Rab. Moyſes, & Hen. qui plenarie de omni veneno tractauerunt: phyſicũ enim magis eſt quã chirurgum: niſi quãtum ad vulnera. Morſura & punctura eſt duplex, quædã eſt nõ venenoſa: quædã venenoſa. Nõ venenoſa eſt vel quaſi morſura hominis, canis, porci, equi, pulicũ, muſcarũ: & id genus venenoſa eſt vt

est vt canis rabidi, lacerti, serpētis, scorpionis, apum & similium. Quorum curationes in aliquibus cōueniunt: in aliis differūt: Cōueniunt autē quod nō debēt deficcari, neque repercuti: imò attrahi, mollificari, & mundificari: & postea incarnari. Differunt tamen in hoc quòd in nō venenosis sufficiunt domestica attrahētia & maturātia: qualia sunt cępe, allia sylueſtria, domestica, cocta & pistata: & cū fermēto, oleo & sale incorporata. Si autē morsura & pūctura fuerint venenosæ: quod cognosces per dolorē, & mordicationē, & mutationem coloris vulneris, & per angustiā, arsurā, & obdormitationem quā sentit in corpore: potes iudicare quod est periculosa. Quia venenū per sui naturā semper petit cordis destructionem: & cum hoc quod non est securus morsus à cane rabido: quoniā licet à principio non sentiat eius vestigiū secundum Gordonium post mensem, annum, imò post septē annos potest apparere. Propterea hydrophobus postquam abhorret aquam, nunquam curatur.

Curationem omnium morsurarū venenosarum ponit Gal. tertiodecimo therap. per hæc verba. Cum autem à fera pungente vel mordente, dolorem fieri cōtigerit: Duplex doloris intētio est, euacuare & extrahere venenum, & alterare quod dolorem operatur. Igitur euacuant omnia quæ calefaciunt: & quæ sine calefactione attrahere habent vehemēter: quemadmodum ventosæ, & cornua: cum quibus aliqui operantur: quidam autem per ipsum os sugendo cum labiis attrahunt venenum. Adhæret quidem prædictæ intentioni cauterium: & quæcunque pharmaca quæ similiter cauteriis escharam operantur. Igitur omnia hæc quidem euacuant substantiam totam eius quod contristat. Aliud autem genus auxiliorum alterantium qualitatem per contraria inuenitur.

Ex quibus habemus duas intentiones, attrahere venenū, & sanare particulam.

Propter primā laudatur istud emplastrum. Reci. galbani, serapini, opopanacis, assæ fœtidæ, myrrhæ, piperis, sulfuris. ana vnc. ʒ. calamenthi, mentastri, ana vnc. j. stercoris columbini, anatis, ana vnc. ij. dissoluātur gummi cum vino: & incorporentur omnia cum melle, & oleo antiquo: & fiat emplastrum. Nonnulli vero ad sugendum, cula gallinarum, & aliarum auium deplumāt, & applicant: & si moriuntur, ha-

bent ſignum quòd venenum eſt extractum.

Propter ſecundum in vtraque laudatur iſtud. Reci. ceræ, picis nigræ, reſinæ, axungię montonis, olei antiqui, an. quartam j. galbani, vnc. j. fiat vnguentum: & eſt magiſtri Dini.

De vulnere & fluxu ſanguinis venarum & arteriarum. Cap. III.

QVoniam igitur de vulneribus quæ in carnoſis particulis fiunt: plurimus ſermo tractatus eſt: Iam tēpus eſt de his quæ in arteria, & vena pertranſire ſequentes doctrinam Galeni quinto therapeutices.

Si quidem aliqua arteria vel vena percutiatur magna, hæmorrhagia grauis aduenit cōfeſtim: dicendū eſt de vtriſque in parte, prius quidē de hæmorrhagiis: quia magis infeſtāt: & priori indigēt curatione: Secundo vero de vulnere quod cōſequenter eſt curandum. Effunditur autē ſecundum eundē Gal. vbi ſupra ſanguis, & tunica eorum diuiſa, vel ſecūdum finem apertis & crepatis vaſis, vel vt vtique dicat quid exudans, Et quia pro duobus vltimis vocantur domini phyſici: Agetur hic de primo qui conſequitur vulnus, qui ad chirurgos magis pertinere videtur.

Fluxus enim ſanguinis aliquando exit de arteria: aliquoties de vena. Et quandoque exit de vna: quādoque de pluribus. Et quādoque de groſsis: quādoque de paruis. Amplius quādoque eſt cum vulnere in quo nō eſt deperditio ſubſtantiæ: quādoque cum illo in quo ſubſtantia eſt deperdita. Propterea quādoque eſt cum corroſione: quandoque eſt abſque ipſa. Itē quandoque eſt actu: quādoque eſt futurus fieri: quādoque cauſa apparens, eſt vt ſagitta, vel corroſio præſens, & non extracta de vulnere. Iſtæ ſunt differentiæ principales, à quibus ſumuntur indicationes curatiuæ.

Cauſæ fluxus ſanguinis ſunt cauſæ plagatiuæ, & cōpreſsiuæ, atque etiam corroſiuæ. Plagatiuæ ſunt res acutæ & inciſiuæ: vt ſagitta, vel gladius: Cōpreſsiuæ ſeu concuſsiuæ, ſunt res duræ & graues: vt lapides, & maſſæ: Corroſiuæ ſunt humores acuti velut cholera, & melancholia aduſtę. Ex quibus apparet quod non poteſt vulnerari vena quin vulneretur caro & cutis: quare reſtricto ſanguine oportet in incarnando ab ipſis ſumere iudicationem vt dicetur.

Signa venæ & arteriæ inciſæ eſt fluxus ſanguinis: verum

cum

cum exit cũ saltu,& impetu,& pulsu,& est subtilis,rubicundus:significantur quòd exit de arteria.Si autem exit quiete, & est grossus,declinans ad quandam nigredinem purpureã: significatur quod exit de vena. Iudicatur per omnes quod omnis hęmorrhagia est periculosa:quia si non restringitur, ducit ad mortem.Sanguis enim thesaurus est vitæ.

Amplius syncopa,spasmus, alienatio, atque singultus in hæmorrhagiis,mala sunt,vt dicit Auic. Magister Arnoldus dicit mirabile,quod latitudinalis arteriæ sectio promptius consolidatur quàm apertura secundum longum.

In curatione hæmorrhagiæ Gal.præcipit duas intẽtiones: & Auic.addit tertiã,vt de omnibus trimẽbralis fiat diuisio. Quòd causæ restringẽtes san.quædã sunt diuertentes:quędam refrænãtes:quædam vero locales:& subdiuiduntur.

Quia diuertẽtes quę magis appropriãtur fluxui venarum quàm arteriarũ:quædã sunt sine euacuatione:vt illæ quę fiũt cum vẽtosis siccis ignitis,& quæ fiunt cũ fricationibus,& ligaturis incipiẽtibus à propinquiori parte ad remotã: quædam vero sunt cũ euacuatione:vt quæ fiunt cũ phlebotomia stricta partis oppositæ per locũ longinquum secundũ lineã rectam vnius diametri:vt de dextra manu ad sinistrã:& ecõuerso.Et de latere dextero capitis ad pedẽ dextrum:non ad sinistrum.Et de sinistro latere ad sinistrum pedẽ.Etenim inquit Gal.hæc Hippoc.sunt inuentiones communes omnis immoderatæ euacuationis.Deriuatur igitur ad loca propinqua.Antispasatur autem ad oppositа.

Causæ vero refrænantes:quędã sunt refrenantes,ingrossantes,vt lentes,rizum,iuiubę,cytonia:& omnes fructus styptici qui in fluxibus cõsueuerunt administrari: quædã sunt stupefacientes:vt aqua frigida potata & proiecta circumcirca,vnde influxit etiam super ea quinto aphorismorum: & omnes res frigidæ in excessu: & aduentus syncopæ, in quo propter retractionem sanguinis infrigidatur totum corpus & restringitur sanguis.

Causæ vero locales licet per Auic.ponantur octo modi locales ad restringendum fluxum sanguinis: Ego mihi reduco eos quantum est de præsenti ad quinque. Quorum primus est per suitionem.Secũdus per lichiniationem. Tertius per totalem venæ incisionem. Quartus per ligationem venæ.Quintus per adustionem.

Primus

Primus modus qui fit per ſuitionem cõueniens vulneríbus,in quibus non eſt deperditio ſubſtantiæ,cõpletur:quod mundificato bene vulnere à thrombis,ſi qui ſunt, vniantur cum manibus labia vulneris: & ſuantur ſutura cõmuni,aut pelliparioru,quando fluxus eſt impetuoſus. Et ſuendo accipiatur ſatis profunde de carne. Deinde ſupponatur puluis conſtrictiuus & reſtrictiuus:& ſtupatæ balneatæ in medicamine facto de albumine oui, & puluere illo reſtrictiuo, de quo fiet ſermo infra.Et poſt liget,& ſituetur decẽter.Quod autẽ iſte modus ſit vtilis,patet: quia per ipſum cõgregantur in idem labia diſtantia:& infrigidatur locus,& ſtypticatur: ſicut volebat Gal.5.therap.& Auic.in 4.multoties inquit eſt neceſſariũ,vt conſuas fiſſuras carnis &c. Et Theod.& Henr. hęc cõſentiunt:Non obſtante quod multi dicunt ꝙ Gal.non pręcipit ſuere venas,neq; inteſtina:quia tanquã dura & exãguia non poterãt conſolidari. Certe cum reuerentia ipſorũ Gal.non inhibuit,ſed ſi tacuit, affirmauit. imò certe textus hoc ſentire videtur.Non enim poſſumus inquit ſuere arteriæ vel venæ plagã:ſicut vtiq; dicent qui nullam ex plagatorum membrorũ ſubſtantia, & natura indicationẽ ſumi dicunt.Sed tamẽ ſupple per regulam oppoſitorũ,nos qui ſumimus indicationẽ ab eis, ſuemus eas. Et ſi non eas ſeparatim ſuemus,cõiunctim cum carne ad modum ſiphacis: & ſi non conſolidantur ſecundũ primam intentionẽ:conſolidant ſecundum ſecũdam:vt ſuperius fuit dictũ in ſermone cõmuni.

Secundus modus qui per lichinationẽ qui eſt conueniens vulneribus,in quibus eſt ſubſtãtiæ deperditio:completur ꝙ locus puluerizetur cũ puluere conſtrictiuo:& impleatur decenter cũ lichiniis & ſtupatis balneatis cum medicamine,& ligetur & ſituetur,vt dictũ eſt. Quod autẽ iſte modus ſit vtilis,teſtatur Gal.in præallegato loco. Obſtruetur autẽ orificium à thrõbo: & ab eis quæ extrorſum apponũtur,vt ſunt vocata teſtaricia,id eſt lichinia,& pharmacorũ quæcũq; amplectuntur. Tertius modus qui fit per truncationẽ venæ, magis eſt conueniens venis,quæ in profundo carnis ſunt:& cõpletur ſecundum Gal.abſcindendo totam venã:reuellitur enim ita ad alterutrã partem alterutrũmq;:& occultatur & tegitur à ſuperiacentibus carne & cute. Et deſuper ponãtur pulueres,& ſtupatæ cũ medicaminibus ligentur, & ſituetur particula. Quartus modus qui fit per ligationẽ eſt magis

conuen

conueniens arteriis quæ in profundo sunt: & fit secundum Auic. ℞ excorietur arteria: & cum vncino trahatur: & cum filo serico inuoluatur, & ligetur fortiter: deinde medicamẽ incarnatiuũ apponatur: & ligetur, & situetur. Vnde Gal. infallacius verò facies, laqueũ quidem radici vasis circumponens: radicẽ autem vasis vocat priorẽ eius partem quæ hepati copulatur vel cordi. horũ in collo quidẽ est quod inferius: in manibus verò & cruribus, quod superius. Hæc aũt gerendo carnosanda est citissimè plaga, antequã defluat à vase laqueus: nisi enim anticipauerit supernutrita caro cõstringere regionẽ, quæ in circuitu in arteria abscissa, fiet emborisma seu aneurysma. Quintus modus qui fit per adustionem, magis est cõueniens venis apertis per corrosionẽ: & cõpletur cum ferro calido: aut cũ medicina adustiua, quæ cũ caliditate habeat stypticitatẽ, velut chalcanthum, & vitriolum vstum, & nõ vstum: non tamen per calcẽ, quia non habet stypticitatẽ. excidunt igitur citius huius escharæ: inhærẽt verò corporibus amplius quæ ex stypticitantibus. Et stant vt cooperculũ quousq; vena fuerit incarnata. Non enim festinetur casus escharæ. multoties enim hæmorrhagia vix detentibilis secuta est in eschararum excidentiis. Et propter hoc dicit Auic. quod præceperũt vt fiat cauterium cum igne, vel cum ferro vehemẽter ignito profunde: ita vt facias escharas grossas & profundas: quarũ casus non sit facilis. Et propter hoc inter medicinas cauterizantes laudat Theodoricus, & bene, arsenicum sublimatũ: quia incontinenti omnem fluxum restringit: & profundam & durabilem facit escharam.

Est autem alter modus specialis restringendi fluxum: qui licet actu non sit: aptus est fieri: quando extrahitur infixum quod iam existit in loco. Et est quod præparẽtur puluilli seu stupatæ rotundæ tres vel quatuor perforatæ in medio infusæ in medicamine: & faciendo intrare stipitẽ sagittæ per foramen stupatorũ, comprimantur per ministrum supra vulnus circa stipitem sagittæ: & tunc per magistrum extrahatur sagitta: & ipsa extracta vniantur & comprimantur plumaceoli supra vulnus: & alij non perforati applicentur.

Isti sunt modi constringendi sanguinẽ à venis & arteriis vulneratis, qui in sui artificio requirunt aliqua documenta.

Primum est Gal. in quinto therapeu. quod in omni fluxu confestim apponas digitum ad os vulneris venæ firmãs suauiter,

uiter,& præmens indoloroſe:ſimul enim detinebis ſang.& thrombũ ſupercoagulabis: plagæ autem thrombatio,& teſtaricia,& coagulatio ſunt de reſtringentibus,vt dictum eſt.

Secũdum eſt quod in omni fluxu poſt appoſitionem pulueris reſtrictiui applicentur tres aut plures ſtupatæ infuſæ primo in aceto & aqua expreſſæ: deinde cum medicamine linitæ: & ſuperligentur.

Tertium eſt eiuſdẽ,de ligatura:ligetur inquit cum binda ex tenui linteo. primas quidẽ immiſsiones quater vel quinquies ſtringendo in ipſo hæmorrhagunte ſeu profluente vulnere: deinde ad circumferentias paulatine relaxando:& ita repellitur materia & conſtringitur vena:vt dicit Auic.

Quartum quod membrum conuenienter ſituetur. Vnde Galen. extra prædicta vniuerſa hæmorrhagiæ eſt auxilium apta figura percuſſæ particulæ:apta verò ſit duas habens intentiones, ſcilicet indolorationẽ: & ſurſum repoſitionem. Si verò deorſum repens vel doloroſa fuerit, hæmorrhagias mouebit,& phlegmones augebit.

Quintum etiam eſt Gal.quod de tribus aut quatuor diebus non remutetur: & quãdo remutabitur,eleuentur caute bindæ & ſtupatæ & lichinia:& ſi eſt neceſſe,humectẽtur applicando per aliquas horas de primo medicamine, aut albumine oui,cum oleo agitatis:aut madefiãt cum vino groſſo.

Sextum documentũ eſt quod claudantur oculi patientis: aut ſtet in loco obſcuro: vt non poſsit videre ſanguinem ſuũ:neq; inſpicere res rubeas:imò ſemper dicatur ſibi quod amplius non fluat quod eſt ad vtilitatẽ ipſius:& ita confortatur virtus naturalis per contrariam imaginationẽ.Et propter hoc dicebat Auic. quod grauiſsimum accidentium animalium mouentium imaginationẽ eſt motus ſanguinis, & conſecutio eius qui præparatus eſt ad eum,cum multum intentus fuerit ad conſiderandum res rubeas. Vltimo dicendum eſt de medicinis conſtrictiuis: quarum prima eſt Gal. in 5.therapeu. & eſt quod Recipe thuris partem vnam,aloës partem mediam: miſceantur:& puluerizentur:& cum albumine oui incorporentur tanta multitudine vt melleã ſubſtantiam habeat: deinde ſumatur cum leporis pilis molliſſimis: & in vaſe vel vena & vlcere apponatur. Et ſequitur, hoc pharmaco multiformiter vtor, aliquãdo quidem vt dictum eſt miſcens in aloës duplicatum thus,in mollibus corporibus:

poribus : aliquando ex ambobus æqualiter in duris.

Secũda medicina accipitur ex datis per Auic. & est totius cõmunitatis. Recipe boli armeni. sanguinis drac. aloës succotrini, ana. partes æquales. fiat puluis: & vt dictũ est ponatur.

Tertia est Bruni: & eam accipit à libro diuisionum Rasis, & ab Albuc. quantum ad calcem : ipsa enim sola restringit sanguinem: vt dicit. Recipe calcis viuæ, sanguinis draconis, gypsi, aloës, thuris, vitrioli, ana. partes æquales. puluerizentur: & cum albumine oui, & tela araneæ incorporentur, & supraponantur. Haliab. autem multum commendat gallam combustam in vino vel aceto proiectam tritámque: & super arteriam applicatam.

Rogerius in istis pulueribus consolidam addit.

De cura vulnerum venarum.

Restricto sanguine ad curam vulnerum eundum est vt superius fuit dictum. Et licet secundum Gal. discurabilior sit arteria quàm vena, & supra quàm caro: non tamẽ permutatus est multum vsus pharmacorũ alterutriusq;. Sed est idem secundũ speciem in eo quod magis & minus differens: tanto enim indiget siccioribus pharmacis arteria quàm vena, & supple vena quàm caro : quanto ad naturam siccior complexione. Si nulla ergo est substantiæ deperditio : tentare oportet id consolidare cum sanguinolentis seu consolidatiuis vocatis pharmacis. Si enim fuerit substantiæ deperditio facta in plagatione, vel secundum casum escharæ in cauteriis, vel quando laqueatur : vtemur omnino pharmacis, quibus vti methodus nos docuit in concauis vlceribus.

De vulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum. Cap. IIII.

VVlnera neruosarum particularum secundum Auicẽ. in quarto, quandoq; sunt puncturæ, quandoque scissuræ: quandoque verò attritiones, siue conquassationes. Et quæ puncturæ: quædam sunt excecatæ: quędam apertæ. Quæ verò scissuræ: quædam sunt secũdum longum: quædam secundum transuersum. Et vtraque ipsarum: quædam sunt absq; deperditione substantiæ carnosæ: quædam cum deperditione tali quod neruus apparet denudatus. Et omnino in quibusdam est dolor, & apostematio, occasio spasmãdi : in aliis

non

non: imò transiuit: ab istis enim differentiis indicationes sumuntur curatiuæ.

Causæ.

Causæ omnium istorum sunt omnia quæcunque apta nata sunt perforare, incidere, & cassare: vt in sermone communi fuit dictum. Ex quibus apparet quod nõ potest neruus vulnerari quin caro & cutis vulnerentur, & aliquoties venæ: ex quibus contingit hæmorrhagia, & complicatio dispositionum, &c.

Signa & iudicia.

Signum vulnerationis neruorũ, est dolor: & ad hoc adiuuat locus neruosus, læsio motus & sensus. Iudicatur per Gal. in 3. techni. quod vulnus neruorum, & tendonũ, chordarum, sunt magna & dolorosa propter sensum particulæ, & cõtinuationẽ ad cerebrum: & per consequens apostemosa: & ad spasmũ, & alienationẽ suspecta, vt dicit Auic. In vulneribus neruorũ, si tumor appareat: & post dispareat: hoc signum est spasmandi, & alienandi: & ideo laxa bona: cruda verò mala quinto aphorismorum. Propterea dicit Gal. in 6. therapeu. Incisio nerui secũdum latitudinem non totalis periculosior est totali: eo quia in nõ totali nerui non diuisi portãt nocumentum ad cerebrũ: diuisi verò non: licet in totali incisione vt plurimum membri perdatur operatio, vt de spasmo superius fuit dictum. Amplius memoratur quod frigidum magis est vulneribus neruorum mordax quam carnosorum.

Curatio.

Cum simillimam neruis secundum Gal. in sexto therapeu. & tendonibus speciem habeant ligamenta seu colligationes, curam eandem tolerant: differentem tamen secũdum magis & minus: siccioribus tamen: & fortioribus pharmacis indiget colligatio præcipue quæ ab osse oritur, quàm neruus & tendo: quæ verò in musculis prouenit quantum impericulosior est tendone & neruo, tanto aliis colligationibus fallacior si non bene curetur.

Curatio neruosarum particularum.

Cura igitur vulnerũ ipsorum easdem intentiones habet, & quasi eodem modo cõpletur, quo & vulnera carnosorum memb

membrorũ:nisi quia accidẽs quod est dolor,ita superat intẽtiones cõmunes & vniuersales: ꝙ oportet ea, cũ quibus cõplẽtur,durãte dolore,ita mediare, ꝙ taliter succurratur dolori,ꝙ nõ obliuiscãtur intentiones cõmunes & vniuersales superius dictas:quæ videlicet erant. Prima remouere extranea. Secunda adducere adinuicẽ labia. Tertia in vnũ conseruare. Et quarta substantiã partis custodire Mediatur autem modus per quod completur secundum differentias iam dictas à simpliciori quæ est punctura incipiendo &c.

De punctura neruorum.

Cura punctura non indiget vnitione,nec custodiavnitorũ, sed extrahere infixa,si qua sint,& custodire substãtiã partis. Quomodo autẽ extrahuntur infixa, iã superius dictum est. Custodia substãtię præter quod est remediare dolorẽ:& prohibere apostemationẽ,quę possunt esse causa spasmi,vt superius dictum est,tres vel quatuor habet intẽtiones. Prima est ordinatio vitæ. Secunda subtractio materiæ antecedentis:vt ratione doloris non currat ad locum. Tertia est præmunire corpus à nocumento spasmi. Et istæ tres intẽtiones sunt cõmunes omnibus vulneribus neruorum. Sed quarta quæ proprię punctura est,sedando dolorem extrahere æruginem à profundo punctura.

De prima dicit Auic. quòd oportet, vt sit regimen vulnerati in neruis subtile in vltimo subtilitatis: iuxta formã dictam superius de vulnere in sermone communi. Et vltra hoc oportet quòd stratus eius sit humidus & mollis : & stet in tranquillitate & quiete,vt dicit Gal.

De secunda ait Gale.in sexto:quòd oportet absque superfluitatibus custodire vniuersum corpus cum phlebotomia partis oppositę:etiam si non fuerit corpus plethoricum:propter dolorem,vt superius sæpe fuit allegatum. Et cum pharmacia si corpus fuerit cacochymum.

De tertia fuit dictum superius de spasmo:quòd quãdo superuenit ipsis vulneribus, consoletur caput,collum, & dorsum totum cum oleo de lilio, aut oleo communi calido, vt docet Gal.in sexto.

Ad apostemata appropriat Haliab.& Auicen.emplastrum mineralium cum aceto,nõ pultes putrefactiuas, neq; aquam calidam, quæ alios consueuit iuuare phlegmones : eo quia

talia putrefaciunt,& deuastãt neruos:& allegat eum in tertio catageni: in nostra tamen assumptione non est. Et eius forma est. Recipe calcade.drag.j.& quartam : dragaganthi. vilj.drag. & 5.corticum thuris, vnc. j. & 5. lezardi galbani, vnc.j.cerę.vnc.viij olei tãtundem,aceti fortis,lib.ij.& quartam,terantur medicinæ siccæ cum aceto decẽ diebus: & soluantur ea quæ soluuntur,& infundãtur & misceãtur omnia in olla,& moueantur motu exquisitissimo donec coquãtur. Ego tamen eum non assueui : sed illud Gale.& Auicen. probaui bonum:quod fit de farina hordei , & fabarum,& orobi coctis cum aqua cineris. Auicenna ponit in decoctione mel & acetum.

De quarta quæ est magis propria puncturæ consulit Gal. in sexto, non pauca pharmaca, quæ in plaga apponuntur ad effluxionem aperiendam ichoribus. Infallacius tamen est adaperire cutim cum rasorio aut cum tenitemo , & melius, vt dicit Henricus: & post exiccare,vt dixit Gale.in tertio techni,cum medicamine leptomere potente pertrãsire ad profundum perforati nerui:quale est vt ipse eligit in sexto oleũ sabinum non rosa.nec myrtinum,vt multi:quia claudunt:& non diaphorant calidum,non frigidum. Nam secundum q̃ dictum est in quarto aphorismorum , frigidum inimicũ est neruis. Ad hãc vero intentionẽ etiã per ipsummet Gale.vbi supra eligitur,& per Auicen.cõfirmatur terebinthina atque resina per se in infantibus,mulieribus, & aliis mollem carnem habentibus.In duris vero cum pauco euphorbio.Et sequitur,quòd nos iam cõposuimus vnguentum ad hãc intentionem per ceram,resinam,terebinthinam,picem,& euphorbium ceræ quidẽ immittentes partẽ.j.terebinthinę,& picis, alterutrius partẽ mediã,euphorbij partem ceræ duodecimã: & plus,si id volueris facete fortius. Ita autem & propolis,& fæx mellis per se,& cũ euphorbio & sagapeno & opopanace vsus fui in durioribus corporibus molliẽs ea cũ oleo,& terebinthina. Et sulphur nõ viuum,nec lapidosum,propter subtilem partẽ ipsius sperauimus iuuare neruos plagatos in tãto oleo subtilis partis miscentes,vt fiat glutinosum: probatum enim est & hoc experientia. Ex hoc etiã Auenzoar expertus est,vt dicit. De lota calce,quia magis propria est neruis denudatis,dicetur infra. Supra vero medicamina stupata de suaui lana cum ligatura decente ponatur.

De

De inciſione neruorum.

Sciſſuræ neruorũ vltra tres intẽtiões dictas indigẽt aliis trib⁹ aut quatuor intẽtionibus ſpecialib⁹. Prima ſi fuerint ſine deperditione ſubſtãtię, quod cũ carne ſuãtur. Secũda quod in loco magis depẽdẽti aliqua tẽta ſuauiter apponatur. Tertia quòd aliquod medicamẽ ſedatiuum & incarnatiuũ proprium neruis ſuperponatur. Quarta ℔ cum ſtupata de molli lana, deſuper mediocriter ligetur. Quod autẽ ſit vtilis talis ſutura probatur: eo quia per talẽ ſuturã cõgregãtur & ſeruãtur in idẽ labia diſtãtia: & cum hoc cuſtoditur neruus propter coopertură cutis & carnis à frigiditate ipſum diſsipãte. Et ita vult Auic. dum dicit in quarto. Si autẽ diſrumpatur in latitudine neruus: tũc neceſſarium eſt ſuere ipſum: & ſi nõ cõglutinatur, & Gulielmus de Saliceto, & Lãfrãcus idẽ teſtãtur, nõ obſtãte ℔ multi dicunt, ℔ Gal. nõ præcipit ſuere ipſos: quia nõ poterãt cõſolidari: & quia pũctura acus erat aduocatiua ſpaſmi. Certe cum reuerẽtia, Gale. nõ inhibuit, ſed ſi tacuit, affirmauit: imò hoc certe videtur conſentire in ſexto therapeutices capitulo quinto, dum dicit, Abſciſſo vero toto neruo periculum quidẽ nõ eſt aliquod ſpaſmi, oblæſa vero particula erit, ſanatio vero corporis erit aliud ab aliis vlceribus ſupple ſimilibus. Certũ aũt eſt quod alia vlcera ſuũtur: vt ſeruẽtur partes approximatæ. Et hoc etiã deſignauit: quia in tertio techni nullã fecit differẽtiã curationis vulnerũ neruorũ ab aliis niſi de ſola punctura. Neq; in ſexto therapeu. niſi de ipſa, & de vulneribus nerui denudati, & de accidẽte ſolius inciſi totaliter & nõ totaliter, & de attritiõe ipſorũ. Et ad hoc facit ℔ cũ tali ſutura partes neruoſæ vẽtris ſecũdũ ipſum cõglutinẽtur. Nec valet quod dicũt de pũctura nerui cũ acu, quia perforata eſt: & nõ excẽcata cũ pertrãſeat totam ſubſtantiam. Nec quod dicunt quod non conſolidantur: quia ſi non conſolidantur ſecundum primam intentionem: conſolidantur tamen ſecũdum ſecundam: vt dictũ fuit ſupra. Et ſi dicetur quòd nõ proficit: quia ita parũ poſtquam inciſus eſt neruus: quia nõ conſolidatur, niſi ſecundũ ſecundam intentionẽ, quæ ſit per alienam ſubſtantiam perdit perforationẽ continuã: ita ℔ ſpiritus nõ ferũtur: & ſic perditur motus particulæ. Dico quod proficit ad duo. primo in pueris in quibus conſolidãtur quaſi vere, & ſi perditur pars ope-

rationis,nõ perditur tota. In iuuenibus vero etiã:& dũ magis approximantur partes nerui,minus interponitur de substãtia aliena:& ita aliquis spiritus potest elucere:& cum hoc mẽbrum magis decoratur. Ego vidi & audiui in multis neruos & tẽdones incisos,& eos ita restauratos cũ futura,& aliis auxiliis,q̃ erat postea incredibile ipsos fuisse incisos. Quod autẽ debeat poni tẽta suauis, patet quòd aliter posset includi putredo supra & iuxta neruũ,& corrũpere. Et hoc intellexit Haliab.dũ dixit.Cum autẽ vulnus in neruos ceciderit ,non oportebit carnẽ superinducere,id est incarnarepenit⁹,donec multi pertrãseãt dies q̃ ab apostemate & spasmo fuerit securus:hoc tamẽ Rasis,de stricto vulnere solum intellexit.

Medicamen autẽ cõueniens talibus vulneribus est vnguẽtum de vermibus,quod Recip.centaureę minoris,linguę canis,lãceolatæ,pilosellę.fœ.g.consolidæ maioris & minoris ana.M.j.verm.terr.lib.ʒ.olei,lib.j.vini. li.j.ʒ.pistẽtur simul & nutriãtur ita septẽ dies:deinde pistentur cũ eis sepi arieti mũdati,lib.j.picis nigrę,resinę,ana quar.j.ammoniaci , galbani,opopanacis dissolutorũ in aceto,ana drag.v. bulliantur modicum quousq; vinũ & acetũ sint cõsumpta:& colẽtur. Et postquam erit quasi infrigidatũ, addatur therebin.quarta.ʒ thuris,mastiches.sarcocollæ,ana drag. iij.croci, drag.ij.du cendo cũ spatula,fiat vnguẽtũ,est enim pretiosum. Cõsimil ponitur à Rogerio:& addit millefoliũ:& à Lanfrãco.Nihilominus ipse præcipit q̃ facta futura per duos dies fomẽtetur vulnus sutũ cum oleo ro.decoctionis vermiũ terrestriũ & desuper aspergatur puluis cõseruatiuus futurarũ. Ego autem addo cũ illo puluere tantundẽ de vermibus dictis desiccatis & puluerizatis.De vermibus ita scripsit Gal. vndecimo simpliciũ pharmacorũ. Terræigitur intestina siue lumbrici subtiliãt:ac neruis diuisis apposita mirabiliter conferũt. De centaurea minore , dicitur in septimo q̃ magna & difficil cõsolidabilia vulnera cõglutinat,& sanat:imò testatur Auic in secundo: q̃ dicitur q̃ si ipsa centaurea coquatur cũ carne incisa,cõiungit eã. Alemani in plaga cũ glutino (vt dicetur statim de ossibus)totũ mẽbrũ sustẽtabãt,vt propter motum non impediretur consolidatio.

De neruo denudato.

Si autem neruus appareat denudatus,nõ oportet huic ner uo pra

uo prædictorum pharmacorum vllum afferre, quæcunq; per euphorbiũ, & ita acria emplastra fiunt. Nõ enim ita sustineret virtutẽ ipsorũ: sicut per mediã cutẽ. Optimum tũc est lota calce cum oleo plurimo vti. Optimum etiã est quod per pompholigem: & per thutiam lotã cum oleo rosa. liquefactam. Sint enim ista lauata æstatis hora multoties cum bona aqua. Quæcunq; enim ex metallis sunt, lauare oportet vniuersa debentia siccare immordaciter. Bonum etiam est mel mistum cum optimo rosaceo: & terebinthina, resina, atq; cera: lauare etiã oportet omnia ista: ex omnibus enim lauatis mundantur & absterguntur immordaciter acres & mordaces ichores. Si vero qui vulneratus est, fortis fuerit, & vulnus cũ putrefactione multa, & cũ hoc absq; superfluitatibus: tunc possibile est in eo vti aliquibus fortiorũ pharmacorũ. Sicut aliquoties primo ego feci Polyidę trochiscos soluẽs in sirio, quod in Asia hepsema, vinum autẽ coctũ apud nos nuncupatur, & tepefaciens in aqua calida, imbuensque lichinia, apposui. Lauare etiã oportet eius ichores cũ lana infusa in puro vino cocto calido. Nõ cũ aqua, neq; cũ oleo: aqua enim putrefacit neruos: & oleum commaculat eos. Non enim est idem nudo neruo afferre oleum: & per mediam cutem.

Si est autẽ necessarium mundificare, suauius mũdifica cum vnguẽto facto de vermibus: aut cum aliquo mundificatiuo in quo sint mel, & terebinthina, & farina hordei, ac fabarũ; aut cum vnguẽto de resina: aut cum aliquo de dicẽdis in antidotario. Rolandus cũ Rogerio attestatur, ꝙ si capita neruorũ incisorũ sine tactu carnis cũ ferro cãdẽti tãgãtur, quòd optime consolidantur: & ita faciunt chirurgi terrę nostræ.

De attritione & conquassatione neruorum.

Quassatio neruorum secũdum Galenum in sexto, quando simul cum cuti quassata fit vlceratio, pharmacis indiget intentionem quidem siccandi habentibus cum quadã constrictione, vt esset à principio oleum rosatum cũ albumine ouorum: & post sedato dolore, vinum grossum stypticum. Si autem absque vulnere cutis fuerit quassatio: fomẽtetur frequẽter cum oleo calido diaphoretico. Propterea testatur Galen. experientia edoctus athletarum in vtroque casu valere cataplasma: quod per oxymel & farinam fabarum fit.

Si vero dolor aliquis affuerit quassationi, de pice liquida

miſcere oportet:& coquendo bene apponere calida:ſicut facit Lanfran.in pedum cõtuſione & contritione magnis.idẽ facio ego.Quando vero ſiccius vis facere, miſce orobinam farinam,& ſi magis volueris ſiccare,irim illiricam.Corporis procuratio cũ diæta & purgatione his cõmunis eſt vt dicit.

De vulneribus oſsium & cartilaginum. Cap. V.

LIcet ſecundũ Gal.in ſexto therap.omnes ſolutiones continuitatis oſsium ſecundum linguam græcorũ fracturę vocentur.Nihilominus habet cõſuetudo latinorum vocare fracturã ſolutionẽ oſsis quę fit ſine inciſione:de qua dicetur infra.Inciſionẽ autem,quæ fit cum inciſione, de qua dicitur hic.Eſt enim vulnus oſsis,inciſio facta in oſſe cum enſe,aut aliquo alio incidẽte ſeu perforante. Quæ quãdoque eſt totalis:quãdoque partialis.Ex quibus apparet quod nõ poteſt vulnerari,nec incidi os,quin incidatur caro & particulæ ſuperiacentes.quare contingunt ſæpe accidentia de fluxu ſanguinis & dolore,quæ dant indicationem.

Signa ſunt manifeſta.Gal.indicauit in tertio techni, & ſexto therap.quod fractura oſsis vel inciſio nõ reſtauratur ſecundum primã intentionẽ:ſecundum vero ſecundã cõſolidatur,& ligatur per porum ſarcoidẽ ligantẽ partes oſsis diuiſi:excipit tamẽ os puerile quod ſecundum primã intentionẽ conſolidari poteſt. Cauſa vero reddita fuit in ſermone communi.Propterea Hippo.in ſeptimo aphoriſmorum,indicat quòd in oſſe denudato eryſipelas malũ : licet raro accidit ſecundum Gal.in commento.

Amplius recordare quod frigidum ſumme nocet oſsibus denudatis:propterea ſecundũ Rogeriũ & Lanfrã.inciſio totalis magnorũ oſsiũ vt adiutorij coxæ,& duorũ fociliũ inſimul,taliter quòd exeat medulla,eſt periculoſa,& vtplurimũ mortificãs mẽbrum:& cauſa eſt:quia in tali magna inciſione incidũtur venę & arterię,& nerui magni qui portabãt vitam mẽbro.Nõ obſtãte Guli.de Sali.qui hoc negat:propter malũ intellectũ Aui.in quarto qui dixit,Et quod dicitur de inciſione medullę,quod interficit,eſt intẽtio cui nõ eſt vtilitas:habet enim medulla lenitatẽ & viſcoſitatẽ, & nõ incidi-tur.Aui.vero hoc intellexit de fractura ſine vulnere,qua credo ꝙ medulla nõ inciditur,licet elõgari poſsit, propter viſcoſitatẽ eius:ſed ꝙ nõ poſsit incidi in totali inciſione oſsis

quis

quis dubitat? Et forte intellexit q̄ non moritur propter deperditionē medullę: sicut & ego credo. & Albu. testatur de illo iuuene 30. ann. quē curauit deperditione oſsis cruris cum extractione medullæ: maxime quia reſtaurationē habet: ſed quia nō homo, ſed mēbrum poſſet mori amputatis viis per quas venit vita, nō cōſonat cū hoc quod eſt dictum in ſermone communi. Organica enim videtur inciſio vbi multitudo homiomerorū eſt inciſa: quorum vnitio eſt impoſsibilis in tertio techni. Summe tamē eſt cauēdum ne extrahatur aliquid oſsis læſi cū violētia, neque ſubito. Nā quod extrahitur ita, nō euacuatur quin faciat accidere fiſtulā, & timorē ſpaſmi, & permiſtionis, & febris vt dicit Aui. in quarto. melius autē eſt extrahēda aliquātulū dimittere, & naturā cū aliquo medicamine attractiuo adiuuare, vt ſuperius de extractione ſagittarū fuit dictū, quā ea ſubito cū violētia extrahere.

In curatione vulnerum oſsis de intētionibus cōmunibus ſpecificātur quatuor. Prima eſt extraneis infixis, & fruſtulis, ſi ſint, extractis, adducere partes ſeparatas adinuicē: & ſuere profunde & firmiter vulnus carnis. Secūda eligere cum quibus auxiliis medicabitur. Tertia eſt ligare taliter quod vulnus quādo erit neceſſe, poſsit mutari abſque quod diſſoluatur totalis ligatura & firmatura. Quarta quod poſtquā ſecuratus fuerit ab apoſtemate, regimen fiat taliter quod porus generetur. Quomodo cōpletur primū, dictū eſt in ſermone cōmuni de ſutura. Et quod ſutura vulneris carnis ſit vtilis in propoſito, ſic probatur. Quia illud quod facit ad appropinquationē diſiunctorum & conſeruationē adiunctorum & cuſtodiā ſubſtātię partis, eſt vtile in propoſito vt patet in ſexto therap. & inferius de fracturis declarabitur magis. ſed talis ſutura eſt huiuſmodi: quia caro ibi cōiūcta tenet propinquas partes: & ſtat loco ligaturę & aſcellę: & eſt defenſoriū vt aer non alteret os ipſum, in quo multum eſt aduertendum, ergo &c. Et Gal. videbatur hoc ſentire vbi ſupra, dum dixit quod eorum pharmaca iubet Hippocr. eſſe ſanguinolenta. Melius autem medicamen vulnerum ſanguinolētorum eſt ſutura & ligatura. Auicen. autem, Halyab. & Albuc. per totum de fracturis cum vulnere iam illud præceperunt: Guli. etiā de Saliceto, & Theodoricus atque Henri. idē voluerūt. Nō obſtāte Lanfr. qui generalē regulā cōſtituit quod in vulneribus in quibus oſſa ſunt vulnerata, nunquam caro debet

ſuper os per mediũ cõſolidari: niſi os plenarie prius repararetur. Quomodo enim reparabitur os niſi per carnẽ mediã neſcio. nõne nutrimẽtum à quo fit porus venit à carne? credebat quod nihil nutrit vera nutricatione, niſi veniat à ſtomacho ad hepar, & ad venas diſſeminatas per carnem, & dehinc ad oſſa, de virtutibus naturalibus per totũ. Carne enim dimittendum eſt repleri vulnus: & ipſa cum deſiccatiuis induranda, vt fiat porus: & caro deſuper calloſa non alia: quia concauitas incurabilis remanet: vt dicebatur in tertio therapeu. capitulo ſecundo.

Secundum cõpletur quòd facta futura in loco magis depẽdenti ponatur tẽta, vt ſi quid remãſerit extraneum de fruſtulis aut de ſanie, ſi generatur, per hũc locum valeat expurgari. Deſuper vero ponatur puluis cõſeruatiuus futurarũ, & albumen oui in primis diebus. Et poſt ſuper incarnatiuũ commune de puluere illo cũ terebinthina inſimul incorporato. & deinde de aliis, ſecundum quod videtur expedire apponatur. & tentula cũ melle roſa. in quo ſit puluis incarnatiuus cum myrrha, quæ ſecundum Auic. cooperit oſſa denudata, humectetur. Et ſi os eſſet detectum, cũ tali puluere & lichiniis bonæ carpiæ cooperiatur, & deſuper emplaſtrum & ſtupata balneata in vino calido applicetur.

Tertiũ cõpletur, ſi os eſt totaliter inciſum, quod facta futura totum mẽbrum, vt Raſis præcipit, inuoluatur excepto vulnere cum pãno duplicato in primis diebus infuſo in albumine ouorum: & poſtea in vino calido ſtyptico: & ligetur cum binda lõga & lata ſecundũ mẽbrum: & incipiatur verſus finẽ mẽbri: & voluendo vſque prope vulnus, faciat eam trãſire per partẽ oppoſitã vulneris. Et deinde aſcẽdendo verſus corpus vertendo bindã voluendo reueniat inferius quouſque ſit prope vulnus. Et tunc faciat eã trãſire per partẽ oppoſitam ſupra aliã, vt veniat ad locũ vbi incepit: & ibidem finem ſuũ cum ſuo principio nodet: & ita remanebit vulnus diſcoopertũ. Deinde ponãtur duæ vel tres aſcellæ bene politæ & aptatæ ſecundũ mẽbrum, coopertæ & munitæ de bono panno taliter ſuſtinendo mẽbrum, quòd non cooperiat vulnus: & ligentur cum bindello. Et hoc nõ diſſoluatur quouſque ſit curatus, niſi dolor aut pruritus ſeu apoſtema cõpellat. Ad quę quomodo ſuccurratur, in ſermone communi fuit dictum. Et vulnus ab extra cum ſtupatis & bindellis ligetur

& qual

& qualibet die remutetur, mundificetur, & exiccetur: & vt cætera vulnera tractetur.

Nonnulli vero vt supra fuit dictũ de neruis in isto casu, & in vulneribus neruorũ glottocomion: & instrumẽtum mechanicum factum cum duabus à stellis & ligno rotundo in clausura manus & plato in sola pedis ligãdo superius apponunt, & ita prosequuntur curam vt prius.

Quartum quomodo completur, dicetur infra: quando tractabitur de fractura, iussu dei.

De duritie quomodo consequitur solutiones & algebras in sexto de arthretica & passionibus coniuncturarum, & in antidotario dicetur.

Doctrina secunda. De speciali cura vulnerum prout insunt membris organicis compositis.

De vulneribus capitis. *Cap.* *I.*

QVanquam Gal. & Auic. de diuersitate curæ mẽbrorum organicorũ extrinsecorum nõ determinauerint exquisite: nisi de capite & ventre: Nihilominus: quia aliqua diuersitas est in aliis particulis secundum diuisionẽ datã superius, saltim in ligando, suendo, situando, & aptando instrumenta, & modum applicandi, medicinas inueniendo: à particulis enim organicis sunt huiusmodi medicationes secundum Galen. in quinto therapeu. sicut quæ in siccando, à substãtia eorum quæ in homiomeris: quatuor enim sunt indicationes quæ à natura particularum sumũtur vt in doctrina secunda tractatus apostematum fuit dictum. Pro tanto, gratia iuuenũ, pro quibus est huiusmodi conscriptio, tractabuntur vulnera secundum particulas organicas, ex quo sunt tractata in doctrina præcedenti secundum homiomeres & consimiles particulas, à capite incipiendo &c.

Caput quandoque contingit vulnerari cum incisione: quandoque cum contusione: & vtraque quãdoque est absque vulnere & fractura cranei, quandoque cum fractura eiusdem. & quæ cum fractura: quædam est penetrans: quędam non penetrans. & vtraque quædam parua: quædam vero magna. &

cum hoc quædam sunt puræ: quædã cum accidentibus de dolore & apostemate & panniculorum læsione compositę. Istæ sunt diuisiones communes vulneribus capitis. Speciales vero tales sunt vulnera cum incisione cranei penetrantia: quędam sunt sine deperditione substantiæ: quædam vero cum perditione eiusdem. & vtraque istorum: quædam sunt plana & æqualia: quędam aspera & squamosa. & vtraque etiã istorum: quædam sunt in summitate capitis: quædam in lateribus. Etiam vulnus cum contusione & fractura cranei penetrantia: quædam est parua talis quod non facit compressionem neque compunctionem supra cerebrum: quædam vero est ita magna, quod compressionem & punctionem facit in ipso. Istæ sunt differentiæ propriæ vulneribus capitis, à quibus sumũtur indicationes curatiuę quæ sunt assumptę ex dictis Pauli vj. lib. suo de fractura cranei. Gal. autẽ nõ fecit mẽtionem, nisi de illis, in quibus erat maior diuersitas, scilicet de simplici fractura magna, in summitate capitis & in lateribus facta penetrante & non penetrante: de paruis autẽ fracturis nõ curauit: quia solũ erant forma, & sedes eorũ quæ percusserunt. Et cũ hoc determinauit de magnis cõtusionibus vt videbitur infra. Albuc. vero vltra illas addit vnam in qua facit ingredi laminã ossis ad interiora, & fit in loco cõcauitas, sicut accidit caldariis æris quãdo occurrit æris percussio, quod plurimũ fit in capitibus puerorum. Nõnulli vero ex dicto Aui in quarto volunt dicere quod est alia quę nõ est fractura in parte in qua percutitur, sed in oppositа. quæ diuisio est reprobata in sexto chirurgiæ Pauli. Auic. non videtur curasse nisi de vulneribus carnis cũ incisione & cõtusione, & de fractura etiam cum incisione & contusione cum vulnere carnis & sine ipso: quia per diuisiones communium fracturarum intellexit differentias dictas.

Causæ vulnerum capitis sunt quæ aliorum vulnerum dictę superius in sermone communi.

Signa & iudicia fracturarũ capitis. Est intelligendũ quod quædam significant fracturam cranei, quædã incisionem cerebri & panniculorum eius, quædam apostemationem, quędam læsionem causatam ex materia descendente & grauante cerebrum & panniculos eius.

Signa fracturæ cranei sumuntur à multis. Primo sumuntur à consideratione causæ frangentis: vt quia cecidit ab alto:

alto: aut fuit percussus cum re forti.

Secundo à consideratione quantitatis læsionis: quia magna contusio, aut magnum vulnus.

Tertio à qualitate loci: quia dolet, & sæpe ducit manum ad locū: & cum digitis & probis percipitur tenuitas in cute, & separatio ab osse: & quando sufflat, aut anhelitum retinet, videbitur humiditas pullulari per fissuram.

Quarto ab accidentibus quæ occurrunt in hora: vt apoplexia, scotomia, destructio vocis, vomitus &c.

Quinto à cōsideratione soni: quia rauce sonat, dum eius caput percutitur cum virga.

Sexto à consideratione stridoris dentium: stridēt enim dum percutitur filum quod tenent cum dentibus: & dum conantur frangere nodum paleæ, aut rem duram, læduntur.

Septimo à cōsideratione encaustri & linimenti mastiches super fissuram: quia remanet nigredo in fissura, & siccitas in linimento supra locū fissuræ: & hoc est signum certum.

Signa incisionis panniculorum etiam à multis sumuntur.

Primo à dolore: quia statim à principio sequitur scotomia, & vertigo, & similia.

Secundo à colore faciei & oculorum: quia facies rubet, & pustulatur, oculi rubent, eminent, & obscurantur &c.

Tertio ab exeuntibus: quia sanguis exit per nares, aures & palatum.

Quarto à læsione virtutum: quia cum difficultate mouetur, loquela turbatur, angustiatur, est totus prostratus, & stupidus, febricitat, riget, malè dormit, nihil appetit, nauseat, & euomit, malè assellat, & vrinat.

De signis incisionis cerebri.

Signa incisionis cerebri sumuntur à multis.

Primo ab exeuntibus: quia exit substantia grossa, globosa, & medullaris, non saniosa.

Secundo à læsione virtutum: quia perditur ratio, si vulnus est in anterioribus partibus capitis: memoria, in posterioribus: & cum prædictis accidentibus adest stupor & desipientia maior.

De signis apostematis superuenientis.

Signa apostematis superuenientis, etiam à multis sumuntur.

tur. Primo à tumore: quia inflantur pãniculi,& eminent extra vulnus,& rubent, & non mouentur.

Secundo ab oculis: quia rubent,& inflammantur,& à capite egredi videntur, mobilitantur, & obliquantur.

Tertio à colore: quia febriunt: & inquietantur.

Quarto à virtutibus: quia alienantur, & ſpaſmantur,& febricitant,& phreneticant.

Signa quod materia quæ deſcendit infra,lædat, & grauat panniculos & cerebrum.

Sunt prædicta ſigna inciſionis panniculorũ venientia paulatine poſt principium.

Iudicia. fractura cranei eſt periculoſa apud omnes. Præterea inciſio cerebri, & panniculorum eius corruptio, ac læſio, eſt mortalis ſecũdum Hippocratem niſi fuerit parua, exponit Galenus, vt ſupra de iudiciis in vulneribus fuit dictum. Et ideo accidentia mala,vt febris acuta,tremor,ſpaſmus,alienatio,ſyncopa,abſciſsio vocis,egreſsio,tenebroſitas,& rubedo, ac ſtraboſitas oculorũ ſunt timoroſa & mortalia, præcipue ſi maneant, & non remittantur.

Amplius dicit Auic. in tertio. de plaga & inciſione capitis:& in vulneribus peruenientibus ad panniculum cerebri, accidit laxitas in latere vulneris,& ſpaſmus in oppoſito: & propter illud vult dicere Guli.de Salic.quod quando fit vulnus in dextra,paralyticatur ſiniſtra, & ecõuerſo, quia nerui qui veniunt ad partem dextrã ſunt radicaliter in ſiniſtra: & econuerſo vt dicit. Conſidera ſi litera dicit hoc:& ſuper hoc conſule ſecundum librũ Gal.de ęgritudine & ſymptomate.

Præterea in fractura capitis pericula, & accidentia mala ſecũdum Rogerium expectantur vſq; ad centum dies: & ſecundum legiſtas & iudices ad quadragintaſex, quia talis eſt vltimus terminus acutarũ. Et ſecundum quatuor magiſtros ad quindecim qui eſt communis terminus acutarum.

Præterea denigratio duræ matris quæ non mundificatur cum melle,ſignificat mortem,inquit Paulus.

Præterea fractura cranei in plenilunio eſt verenda vt dicit Rogerius.

Præterea in ſolidatione cranei apparitio carnis rubeæ, bonum.

Amplius, in vulneribus capitis tumor paruus, & ſaniei bona

bona digestio,bonũ. Tumor verò magnus,præcipue si cito euanescerit sine causa rationabili, malum. Item in fractura cranei expectat̃ porus debilis,& rarus ad trigintatres dies.

De curatione.

Circa curandi modum est notandum, & intelligendum quod multitudo medicorum discordantium circa ipsum, ostendit iudicium curationis ipsius difficile esse.

Nam Galenus, Paulus Haliab. Auicenna, Albuca. Rogerius, Iamerius, Brunus,& Gulielmus de Saliceto, videntur aut saltem eis imponitur indifferenter procedere in omnibus fracturis capitis discooperiendo,ruginando,trypanando, & ossa cum instrumentis ferreis euellendo, fundantes se, vt dicunt, super illo communi:quod necesse est detegere, & incidere os vt virulentia quæ infra craneum coadunatur, conuenienter possit mundificari & desiccari.

Alij vt magister Anselmus de Ianua,& aliqui Paduani,& fere omnes Gallici, & Anglici procedunt incarnãdo,& consolidando cum suis emplastris,& potionibus,& bono vino, & ligatura : fundantes se super illo communi. Quod si possumus saniem sine ossium expulsione expellere, melius est: quod facere possumus cum medicinis præcipue: quia secundum modum illum non generatur sanies : sicut secundum modum aliorum : imò inhibetur : & si generatur, conuenienter cum illis mundificatur,& desiccatur.

Nonnulli verò vt Theod. Henricus, & Lanfran. qui inter cæteros melius dicit:nituntur tenereviam mediam:sed differenter.Nam Theod.incarnat recens cum potione & vino cum stupis: Et Henricus sine potione cum suo emplastro. Et ambo antiquas fracturas, postquàm transeunt quatuor vel quinq; dies,trypanant,& eleuant:vt antiqui. Lanfrancus verò in omnibus procedit incarnando cum lichiniis intinctis in partes duas olei rosa. & vna mellis, & supra mundificatiuũ de farina hordei & melle aut de cera & resina cum puluere capitali,exceptis duobus casibus in quibus procedit ruginando,aperiendo,trypanando,& ossa eleuando. Primus casus est quando os præmit. Secundus quando pungit. Et fundant se cum fundamentis duarũ viarum, addendo quod in operatione instrumentorum possunt sequi multa pericula : propter alterationem quam facit aër: & dolorem,quem

facit

facit operatio: & apostema, quod procurat vtrumque.

Ego autem videns istam discordiam impositã: magistris reddebã me dum eram iuuenis anxium. Postea verò considerauí opera,& accusationes, & nouas experiẽtias inueniẽtes discordes suspectos habui. Quod autẽ ex dicto duorũ vel trium omittatur totaliter sententia bonorũ,malũ est. Scriptum enim est in primo de alimentis. Iniustum est vni præ aliis credere sine demonstratione. Et Haliab.in secũdo sermone partis secũdæ libri dispositionis regalis,tutius est vti inuentis quàm vti nouis experimentis. In experiendo enim medicamina corporibus hominũ,periculũ imminet animarum, & in periculis cõmunior & probabilior via est tenenda. Et propter hoc auxiliante rerũ omnium opifice non discedendo à via Gal. quia illa fuit diuini Hippoc. vt ipse in 6. therapeu.testificatur, dicens ꝙ in his vulneribus quæ in capite sunt,scriptus est liber integer ab Hippo.docens omnia quæ oportet gerere in eis. Et nos cum hoc compleuerimus. ipsum cõmentabimus. Nec etiam discedam à via Haliab.& Pauli,atq; Auic.imò eos interpretãdo,cõcordabo dicta ipsorum toto posse:cũ hoc quod euidenter apparet: Tales enim debent esse demonstrationes medicorũ: vt superius in cap. executiuo fuit allegatũ. Nosco quia prolongare verba æstimabor. sed necessariũ est quod vbi maius imminet periculum, cautius & longius est agendum. Et vt non oporteat in cura cuiuslibet differentiæ cõmunia resumere: præmitto nouem documenta huic curationi multum necessaria.

Documenta nouem necessaria admodum curationi vulnerum capitis.

Quorum primum per viam notabile est quod vulnus capitis maximè cum fractura ossis multas specialitates & differentias habet à vulneribus aliorum membrorum:tum propter propinquitatem & nobilitatẽ medullæ cerebralis:tum etiam quia propter eius formam sphericam non potest vniri: neque seruari cum ligatura, vt alia membra.

Secũdum est quod in vulneribus capitis præcipuè notabilibus oportet vt seruentur intentiones cõmunes dictę superius in sermone cõmuni de phlebotomia & purgatione & ventre,saltẽ quod semel in die assellet per se: aut cũ suppositorio,aut clysteri,aut cum aliquo lenitiuo. De diæta:quod

sit mag

sit magis tenuis. De extractione infixorum, minus molesta. De fluxu sanguinis, quod restringatur. Et de accidentium correctione, & præseruatione, vt dictum fuit, & dicetur.

Tertiũ est quod in vulneribus capitis, ante omnia remoueantur crines, & radatur caput illud humectãdo cum aqua & oleo: vt dicit Guli. taliter cauendo quod pilus aqua & oleũ in vulnere nõ ingrediantur. nam consolidationẽ impedirẽt: vt superius fuit dictũ. Et quod in principio materia & dolor refrænentur, supra & infra vulnus ponendo albumẽ oui. Et post principiũ cætera fiant: vt in propriis locis dicetur. Ad mundificandum & incarnãdum. Et in circumferentiis semper inungatur cum vnguento de bolo: aut cum oleo ros. vt dolor & dyscrasia sedentur, & apostematio prohibeatur.

Quartum quod caueatur à frigore: quia vt sæpe audiuisti ab Hippo. frigidum inimicum est neruis, ossibus, & medullis: & cum hoc aër offendit: & alterat principalia membra. Et ideo consulebat Guliel. quod in hyeme quãdo præparabuntur, ponantur carbones incensi iuxta ipsos, & clausis fenestris habeatur lumen candelæ: & ꝙ post ligationẽ cooperiatur caput cum cofa de pelle arietina. Quintũ quod si in eis est facta sanies, remutẽtur in die semel in hyeme: bis verò in æstate: & ꝙ remutatio & mũdificatio cum cotone carpia atq; pãnis mollibus suauiter & indolorosè fiat. Sextum ꝙ desuper lichinia frustum suauis spõgiæ apponatur: vt per ipsum sugatur & recipiatur sanies, ne ad cerebrũ descendat.

Septimũ quod ligatura cõueniens adaptetur ligaturæ capitis: vt qñ vulnus incarnare volumus, ligatura duorũ capitũ fiat, quæ saltim est semi incarnatiua: & fit quod habeatur binda plus vnius brachij longa, lata quatuor digitorum: & voluatur tota præterquã duo palmi, cũ quibus incipiatur secundũ frontis longitudinẽ, trahendo versus aurẽ oppositam vulneris, & aliam partẽ volutam versus aurẽ vulneris: aures tamẽ non cooperiendo, ducẽdo eam vsq; ad caput aliud bindæ: & ibi iuxta autẽ circumuoluatur stringẽdo: & caput palmorũ ducatur versus inferius: caput volutũ ducatur superius versus caput, reducẽdo ipsum per partẽ posteriorem capitis versus caput palmorũ: & iterum vt prius eam cum illa circũuoluendo, & reducẽdo super caput. Et toties illud fiat quod totum sit coopertum & bene ligatum: deinde ligant Bonoñ. duo capita sub mẽtone. Parisien. ea suunt in medio frontis.

Si aut

Si autem vellemus ſolum tenere medicinã, faceremus ligaturam capitum multorũ, quæ fit in capite per hunc modum. habeatur magna pecia linteoli, longa trium palmorũ, lata duorum, & incidatur in quolibet latere ad latitudinem trium digitorũ, vſq; non remaneat niſi vnus palmus in medio: & tunc vnũ de illis capitibus cum alio ſtringendo ſecũdum capitis circuitũ ligetur retro: aliud verò cũ alio tranſeundo per collum, ligetur à parte anteriori ſub mentone.

Octauum documentum eſt quod ad cautelam, ſi aliqua ſquama oſsis remanſit, cum vino adminiſtretur audacter: (ſi non fuerit febris.) ille puluis capitalis de pimpinella, betonica, gariophyllata, valeriana, oſmunda: & quantum de omnibus tantum de piloſella.

Nonum quod ſituetur & iacet vulneratus in principio ſuper partem, in qua minus grauabitur: poſt verò ſi facit ſaniem, ſuper locum vulneratum, vt ſanies poſsit melius excolari. Et his præmiſsis documentis communibus veniendum eſt ad curam ſecundum differentias.

De vulnere capitis facto per inciſionem abſq; cranei fractura.

Si *eſt ſimplex* abſq; deperditione ſubſtãtiæ, ſuatur, & ligetur: & vt alia vulnera curetur, & incarnetur. Si autem fuerit cum deperditione ſubſtantiæ, regeneretur caro, & cutis cicatrizetur cum ſuis lichinibus & propriis pulueribus, vnguẽtis, & emplaſtris: & vt cætera vulnera tractetur.

Quod autem ſutura ſit vtilis nõ ſolum in talibus ſimplicibus vulneribus capitis, ſed in multis aliis nõ paruis, intellige, ſed magnis: probatur ita. quia illud eſt vtile multis vulneribus capitis, quod facit permanere partes diſtãtes approximatas in idem. Et cũ hoc prohibet aëris alterationẽ, quæ eſt multũ nociua. Sed ſutura eſt huiuſmodi in tertio techni. & therapeu. per totũ, ergo &c. Et iſta fuit intentio Auic. in quarto dicentis. In fiſſuris verò in quibus nõ eſt niſi ſciſſura, ſi eſt plurima, ſuatur. Et quod eſt fortius, loquitur quãdo eſt cranei fractura: vt patet per proceſſum capituli. Et notanter dicit ſi eſt neceſſariũ: quia ſi talis fiſſura eſſet in ſummitate capitis, non ſueretur, ſed in lateribus bene ſueretur, vt dicetur infra. Et hanc talem ſuturã concedit Guli. de Salic. Lanfranc. & Henric. & in tantũ Henric. conceſsit, quod ſibi fuit viſum

visum quod Theodo.eã concesserat,qui cõtra Auic. vna cum appositione olei rosa.penitus negauit,& male.Nam multoties Auic.& Paulus concesserunt,& iubent infundere vulnus capitis cum oleo rosa. ad sedandum dolorẽ, quando vulnera pertinguntvsq; ad pelliculã neruosam cooperientẽ carnem. Et ad mollificandum ossa adhærentia, vt leuius extrahãtur. Et ad reprimendum acuitatem, quando volumus panniculos interiores mundificare cum melle. Nec ratio eorum valet quantum ad futuram: quia ligatura incarnatiua in capite est multum defectiua,vt dicetur.Nec quantum ad oleum rosatum:quia licet vnctuosum maculet vulnera simplicia: nihilominus composita cũ dolore, & aliis dispositionibus indicantibus, oleũ rectificat & emendat. Medicare enim semper iubet Gal.indicationes aduersantes.

De vulnere capitis facto per incisionem cum cranei fractura non penetrante.

Vulnus tale aut est magnum: aut paruum.Si paruum quod rimulam vocauerunt multi,eodem modo curatur sicut præcedẽs sine fractura cranei: quia in tali vulnere pauca generatur sanies. Et propter eius grossitudinem per talẽ paruam fissuram descendere non potest.

Si vero fuerit magnũ,aut est in lateribus capitis: aut in superiori parte.Si fuerit in lateribus, eadẽ etiã cura curatur vt primũ simplex:nisi ꝙ in inferiori parte ponitur tẽta:vt si aliqua materia retinebatur in illa fissura,per foramẽ tentæ valeat expurgari.Si in superiori parte: non suatur : sed fiet ibi cura.Gal.in sexto therapeu. dicit. Simplices igitur rupturæ vsq; ad disploam, id est mediũ duarũ tabularũ cranei peruenientes, dictorum rosorum, scilicet ruginorum strictorum indigent:esse autem eos oportet multos quidem quantitate: nõ æquales autẽ magnitudine: vt nõ careat vltimo opus, deinde denudato secundũ cõsuetudinẽ patiente osse,vti primo quidem ampliori:secundo vero post ipsum strictiori. Et deinde ita cõsequẽter aliis vsque ad strictissimũ:hoc autẽ vtendum in ipsa disploe.Deinde si dolor aliud nõ requirit,curare siccis pharmacis cõfestim,& vsque in finẽ cum iis quæ vtique vocãtur cephalica: de quibus in fine capituli fiet sermo cũ suis lichiniis,& exiccatoriis, & aliis auxiliis opportunis. Quare autem istud vulnus non suitur : quia existens in me-

dio capitis non est potẽs expurgari per se. Et nisi imbiberetur sanies,& cum lichiniis,& aliis auxiliis desiccaretur:posset retineri aliqua materia in medio tabularũ : & ibi putrefieri,& putredinem in ossibus generare.

De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei: sine deperditione substantiæ vsque ad interiorem superficiem penetrante.

Tale Vulnus aut habet squirlas,aut non : sed est planum & æquale. Si squirlas quæ possent pũgere durã matrẽ: squirlis & asperitatibus planatis & æquatis cũ lẽticulari,& aliis instrumentis eodẽ modo curatur vt immediate fuit dictũ. Et hoc est qđ dicebat cõsequẽter Gal. in eis vero quæ vsque ad merynga perueniunt, siquidem fuerit sola ruptura & scissura,& non cassatura,prædictis rasoriis vtendũ. Et hoc quantũ ad illa quæ sunt in bregmate,id est in superiori parte. In illis vero quæ sunt in latere,non multum curauit de instrumẽtis:nisi quod suerentur,& cũ tentis mundificarentur. Et hoc in fine capituli narrauit in duobus exemplis. Vidi denique bregmatis quidem os fractum:quod vero est deinceps osvocatũ temporis,vbi squamiformes immissiones esse accidit, vsque ad multum maximam habens scissuram, quam nos omnino non tangentes:sed solum abscindentes ea quæ bregmatis,curauimus hominẽ vt adhuc viuat ab annis multis. Si vero os bregmatis reliquerimus , ita putruisset merynx, quæ subiacet antequam fractura porofaretur callũque contraheretur. Gal.dat causam vtriusq; curæ. Nam si nullus ex patientibus ichor intus flueret, superfluum esset abscindere os. Modo:quia in tempore quod est in latere ex patientibus ichor non descendebat:& si descendebat, in loco habili erat ad expurgandum:propter hoc non erat necessariũ cũ instrumẽtis abscindere. Sed in bregmate,quia non erat in loco habili ad expurgãdũ ichores:imò potius ad retinẽdũ:pro tanto fuit necessariũ ampliare, & cũ lichiniis & aliis auxilij opportunis ichorẽ prohibere,& generatũ extrahere & desiccare.

In alio vero exemplo eodem modo fecit:quia dubitabat, quod moueret cerebrum propter duritiem ossis temporis: & per foramen,si ipsum faceret, exiret cerebrũ. Et cum hoc quia per latera exeũt multæ explãtationes neruorũ nobiliũ.

De

De vulnere cum contusione & parua fractura ossis.

Si huiusmodi fractura est cum squirlis pungẽtibus, cum lẽticulari, & aliis instrumẽtis applanabuntur: & postea supposita prima remutatione in documẽtius superius dicta pecia panni delicati, aut sindonis mollis, infusa in melle, & oleo rosato, desuper apponatur, ipsam aliqualiter cũ cauda probe inter os & durã matrem imponendo, vt defendat quod suo motu panniculi nõ lædantur in osse. Et desuper lichinia delicata infusa saltim primo cum eadẽ mistura. Et supra ipsam & ipsum os peciã pãni etiã infusam: vt inhibeat quod sanies inferius non descendat. Antiqui tamen ponebãt peciã vnius ciphi, & erat trupha: quia assistentes qui non erãt in secũda remutatione, credebant quod ibidẽ loco ossis deperditi remaneret: & desuper in vulnere carnis ponantur alij lichinij sicci vel pecia spongiæ vt imbibat saniẽ, & desuper emplastrum capitale perforatiuum, vt nõ includat saniem: & vltimo stupatas balneatas in vino calido & expressas, & vnam non infusam. Et ligetur ita delicate, quod ligatura retineat, non cõprimat. Et quando erit bene mundificatũ, remoueatur pannus primus: & ponatur puluis capitalis, & continuetur ad incarnandũ: & vltimo quando erit incarnatũ: puluere cicatrizatiuo claudatur, & consolidetur: & in ista operatione satis laudo Henricum.

De vulnere cum contusione absque fractura cranei.

Est consilium Auicen. ꝙ materia refrænetur à principio cũ cõmuni remutatione de albumine oui. Et si vis addere oleũ rosa. quia mitigatiuum, bonũ est. Post vero resoluatur materia cum vino salito, & melle: aut cum aliquo ex dictis in capitulo de contusione in sermone cõmuni. Et si fiat sanies, maturetur & aperiatur, vt aliæ exituræ.

De vulnere cum contusione & parua fractura.

Est consilium Galeni, ꝙ si fractura est parua, quod curetur vt præfata contusio: eo quia Galenus non faciendo mentionem de differentia, quam vocauit solum sedẽ eorum quæ percusserunt, tacendo etiam de cura: voluit affirmare quod curaretur vt alia. Tota cura stat ꝙ taliter resoluatur, vt saniem saltim notabilem non faciat.

Auic. vero in tertio canoñ. de ſoda à percuſsione & regimine eius cui accidit cõmotio cerebri, dicit q̃ oportet vt ſit tota tua intentio in hoc caſu, vt doloré ſedes quantũ potes, & elonges materiam à loco læſo, vt nõ apoſtemetur. Et hoc cũ euacuatione & attractione ad cõtrariũ cũ phleboromia, & clyſteribus acutis, & pilulis cochiis: etiã emplaſtretur locus in principio cum eo quod cõfortat, ſicut ſunt emplaſtra quæ fiũt ex aqua myrti, & ſalicis, virgæ paſtoris, vel ex oleis myrtino, & liliaceo, & roſaceo. Et ex pul. ro. balauſtiarũ. cypreſsi, calami aromatici, lentiũ, chamomillæ, meliloti, boli armeni, aluminis, myrrhę, olibani, atque cytoniis cõfectis cũ vino. Et dare in potu ſtœchadẽ cũ aqua aut melle. Ipſi enim cum eo liberantur: vt dicit.

Et cum egredietur propter percuſsionẽ ſanguinis ex cerebro, oportet vt patientẽ potes cum cerebellis gallinarũ aſſatis cũ aqua granatorũ. Et Theodo. ad hoc facit emplaſtrũ cũ baccis lauri, cymino, aniſo, ſale, maſtiche, thure, atque cribratura furfuris, coctis cũ vino qđ mihi placet in fine. Et in iſta fractura potiones poſſunt adminiſtrari conuenientes: quia tanquam per ſe paruæ aut cum modico auxilio adiuta natura poteſt eas rectificare.

De contuſione cum fractura magna.

Si fractura eſt magna, neceſſario eſt eundum ad chirurgiã & dilatationẽ fracturarum, quod probauit Gale. in ſexto, & Auicenna in quarto per tres rationes.

Illud oportet fieri per aperturã: quod non poteſt fieri per ligaturam. Sed prohibitio apoſtematis & deſcenſus materiei, quæ eſt principalis intentio in omnibus fracturis conquaſſatis, non poteſt fieri in capite per ligaturam: quia ineptum eſt propter formam vt ibidem deducitur. Ergo &c.

Præterea quod minus videtur ineſſe & ineſt, & id quod magis: ſed minus videtur q̃ in brachiis: & in aliis oſsibus eſſet neceſſarium aperire & extrahere ichores quam in capite: & tamen eſt neceſſe aliquoties, ergo plus eſt in capite neceſſarium propter cerebrum.

Amplius ſi eſſet aliqua excuſatio, hoc eſſet per medicinas. Sed illæ non valent ſine ligatura, vt dicit: & eſt verbum notabile. Neceſſarium eſt ergo in magnis cõtuſionibus denudare & dilatare aliquã partem fracturæ, vt poſsimus abſtergere,

gere,& leuare à miryngi ichores. Non audiãtur ergo verba illorũ Theodoricorũ,& Ianuenſium qui ſe iactant omnẽ fracturam capitis cum ſuis pigmẽtis & potionibus abſque chirurgia & eleuatione oſsium curare: quia licet de paruis eſt poſsibile vt dixi:de magnis tamen nunquã vidi:neque ratio Conciliatoris valet:q̃ fortes medicinæ eleuare & extrahere poſſunt à profundo. Nam tales ſuſpectæ ſunt: propter enim nimiã fortitudinem ſpecialiter in diſpoſitis,quod vtplurimũ ſunt corpora noſtra,vt ſupra quartum Auicen. dicit Dynus, poſſunt adducere apoſtema. Nec illa Henrici q̃ ipſi poſſunt curare omnia vulnera abſque notabili ſanie:quia in magnis contuſionibus ſaniẽ notabilem oportet aduenire therapeutices quarto. Neque q̃ allegant de natura potenti: hic enim de parua intelligitur materia:quia in magna oportet contra aperire vt in empyimate ſub quarta coſta:ſicut infra dicetur, & magis miror quãdo dicunt q̃ vltra quartã diem non valet potio eorũ,credebam quod plus valeret poſt: eo quia vulnus de fluxu & dolore & apoſtemate eſt ſecuratum. Neque dicũt quid eſſet faciendũ,ſi potio nõ valeret:credo quòd facerẽt,vt de malo nauta dicitur quinto therapeu. qui propter negligẽtiam perdens nauem,deinde dans tabulam cuilibet nauigatorum,vt per eam,ſi poſsit,adipiſcatur ſalutem.

Neceſſario igitur eundum eſt ad chirurgiam cranei fracturarum:quam Galenus ſub quodam epilogo in ſexto therapeutices ſic ponit. Si vero cum quaſſatione aliqua ſup. magna fuerit, abſcindere oportet quod conquaſſatum eſt, vel per terebella in circuitu primo perforando: deinde ita vtendo abſciſoriis,vel per tortellos mox à principio.

Verum quia breues ſermones in practicis non ſufficiunt, commentando epilogum Gal. faciam duo.

Primo præmittã octo documenta valde neceſſaria ad operationem iſtam. Deinde ponam operationem concordatam per Galenum,Halyabbatem,Paulum,& Auicennam.

Primum documentũ eſt q̃ non exerceatur operatio in eo in quo virtus eſt debilis:quia ſecundum Gal. ſecundo aphoriſmorum vbi eſt indigentia,non oportet laborare.

Secundum quòd ante omnia præmittatur, & proteſtetur de periculo,vt homo euitet ſermones ſtolidorum. in quarto canoñ. Auicen.

Tertium vt in operatione fugiat commiſſuras quantum

poterit: timẽdum enim esset de casu & læsione durę matris, vt in anatomia fuit dictum.

Quartum quod caueat de plenilunio: quia in eo cerebrũ augmentatur, & ad craneum appropinquatur, in tertio de criticis diebus.

Quintũ quòd dilatatio fiat magis in loco decliuiori: quia talis est aptior ad expurgandũ, therapeuti. tertiodecimo.

Sextum quòd in dilatando non consequatur finis fissurarum, sufficit enim secundum Gale. auferre tantum de osse quod sanies possit expurgari.

Septimum quòd si os quod debet extrahi, repugnat extractioni: cum oleo rosa. infundatur ad hoc: vt taliter mundificetur, quod indoloroſe extrahatur.

Octauum quod citius quàm poterit, expedias te de operatione maxime in compressione, & punctione pãniculorum: quia ad ista citissime consequuntur apostema & accidentia mala: neq; in descensu materiei de superius speres alias: expectes in æstate diem septimam: neque in hyeme quartam: quia post suspicatur in panniculis esse facta talis impressio, quod operatio non valeret.

Consequẽter operationẽ concordatã per Auic. inuenio in quarto, qualiter inquit sit curatio, nos dicemus in hoc illud quod dixerũt primi. inquiunt: oportet vt radatur in primis caput vulneratum. Et fiãt in eo duæ fissurę secantes se secũdum figuram crucis, aut secundum figurã cifrę de 7. vt dicit Lanfrãcus: & oportet ꝙ vna earum sit sectio percussiõis: deinde oportet vt excoriẽtur anguli, & discooperiatur os totũ quassatũ, in quo debet fieri cõcauatio. Quod si accidit inde fluxus sanguinis, oportet vt impleatur vulnus cũ pãnis infusis in aqua & aceto: aut cũ albumine oui. Et si nõ accidit fluxus, impleatur pãno sicco tenui: deinde pone sup ipsum pluuillos in vino & oleo infusos: & administra ligamentũ quod cõuenit ad illud: ita vt cũ fuerit mane, si non acciderit aliqđ ex accidẽtibus malis, tũc incipias cauare os fractũ. Et illud est: quoniam oportet vt tu facias sedere infirmum. secundum quod conuenit: deinde oppila aures eius cum lana, aut cum cotone, vt non lædatur ex voce percussionis, & solue ligamentum vulneris: & aufer pannum ex eo: & absterge ipsum. Deinde præcipe duobus ministris, vt teneant cum pannis subtilibus angulos excoriatos: vt si pungantur cum filo,

poterit

poterit hoc facere vnus.& tũc si os fuerit debile,& parum se teneat:separa ipsum cum inciſoriis & lẽticulari:& si est necesse percutere cũ malleo,fiat cum facilitate. Si autẽ os fuerit forte,oportetvt perforetur cũ trypanis foraminibus multis vnum prope aliud ad quãtitatẽ tastę,secundũ quod volueris expellere de osse:postea cũ inciſoriis separa cum vno foramine ad aliud foramen,quousque fuerit separatum os. Et tũc ipsum cũ eleuatorio eleua,& ipsum cum digitis,aut paruis tenaculis extrahe.Post vero cum lẽticulari & malleo omnes squirlas & asperitates applana,& vulnus carnis & ossis curentur,vt fuit dictum de fractura cum ossis deperditione.

De correctione accidentium.

Si occurreret apostema, quod vtplurimum euenit propter compressionẽ,& punctură ossis, & tẽtarum & ligamentorum;aut propter frigus,aut propter malum regimẽ:tunc festina ad eleuationẽ & separationem causarum. Et subtrahe materiã cum phebotomia,& aliis euacuationibus, & mitiga locũ cum oleo ro.calido:aut cum aqua calida decoctionis altheæ,fœnugræci,seminis lini,chamomillę,& similium:& emplastrum de maluis,& hoc multum laudatur. Si autẽ nigredo acciderit in meryngibus ex natura medicaminũ,abstergatur,& mundicetur cum melle oleo ros.Quod si acciderit ex seipso,& peruenerit ad oculum cum signis aliis malis tunc oportet(vt dictum est)quòd non cõfidas de salute infirmi.Nam illa nigredo significat secundum quod dicit Paulus caloris naturalis destructionẽ.De carne superflua & aliis accidentibus dictum est in sermone communi.

De medicinis capitalibus fit sermo.

Medicinæ vulneris capitis in principio quousque ab apostemate fuerit securus,debẽt esse mitigatiuæ, qualis est mistura trium partium olei rosa.& vna mellis. Et tamẽ senex sexto therap. oxymel apponebat. Et si dolor nõ infestabat, ad melius mũdificãdum debẽt esse ecõuerso tres partes mellis vna olei ros. Postquã autẽ fuerit securus ab apostemate, debet esse medicina desiccatiua sine mordicatione:qualis est puluis capitalis,qui fit secundũ Gal.de iri ilirica,orobi farina,mãna,quæ est thus minutum,aristolo.corticis radicis panacis.Brunus vero addit myrrhã, sarcocollã,& sang.draco. Láfr.vero & Guli.myrtillos,& nuces cypressi. Emplastrum

capitale de betonica quod ponitur desuper secundum Hen. sic fit. Re. succi bethonice, succi plãtaginis, succi apij colatorum, ana lib. j. resinæ, ceræ nouæ, ana quartã. j. terebinth. lib. j. coquãtur primo vsque ad succorum cõsumptionẽ. vltimo addatur terebinthina, & fiat emplastrũ. Emplastrum de centaurea quo ego libẽter vtor, in vulneribus capitis: sic fit. Recentaureę mi. M. vj. tẽperẽtur per vnã noctẽ in vino albo: deinde coquantur ad cõsumptionẽ medietatis: deinde colẽtur: & colatura bulliatur vsque ad spissitudinẽ mellis, de quo recipias, vnc. iij. lactis mulieris, vnc. ij. terebinthinæ, lib. j. cerę nouæ, quartã. j. resinæ, quartã mediã, thuris, mastiches, gummi arabicæ, ana vnc. j. fiat emplastrum. Potio ad vulnera quę in capite dicta est in istius capituli documentis.

De instrumentis cum quibus fit operatio.

Instrumenta capitalia sunt sex, & debent esse de qualibet forma tria, maius, minus, & mediũ. Primo sunt trypana seu trapana, quæ sunt ad faciẽdum foramina pro ossis eleuatione, & sunt diuersorum modorum. Gal. facit ea ad modũ terebelli cum quadã circunuolutione eminente parum supra eã acutam extremitatẽ, quæ est in terebella: vt perforando non cadat supra duram matrem.

Parisienses ad euitandã multitudinẽ formarum, quę debẽt esse secundum spissitudinẽ ossis, loco illius eminentiæ faciunt trypana forata super acuitatẽ, & cũ vna cauilla mutãdo per foramina: adaptãt ea ad spissitudinẽ ossis, vt apparet.

Bonon. ea faciunt ad modum lanceæ, quia pars acuta potest intrare, & lata prohibet vt contra voluntatem intus non cadat.

Duo sunt separatoria ad separandum de vno foramine ad aliud, & sunt duarum formarum: prima gallicana.

Secunda Bononiensium.

Et de eius cauda potest fieri eleuatorium.

Tertio autem sunt eleuatoria ad eleuandum os trypanatum & separatum.

Quarto sunt rugina ad ampliandum fissuras: & sunt ad modum ruginæ fuscatiorum.

Quinto sunt lẽticularia: & est instrumentum multũ laudatum à Gale. quia multũ applanat, & separat asperitates separandas cum securitate: propter eminentiam lenticularem

quam

quã habet in capite. Et est in forma scindipẽnium cum lenticula in acuitate sua.

Sexto est malleus ad percutiendum retro lenticulare, & debet esse de plumbo, vt in parua quantitate magis ponderet, & sonet magis obtuse: vt hic.

De vulneribus faciei & partium eius. Cap. II.

VVlnera faciei vltra intẽtiones communes quãtum ad eius totalitatẽ nihil habent propriũ, nisi quod quia est membrũ decoris, & honoris, ita caute tractentur quodvniones & cicatrices nõ fiãt turpes. Et ideo vbi erit possibile fuere eum cũ peciis pãnorum vt dictũ est, fiat. vbi autẽ non erit possibile, & fuerit pars carnosa fixa nõ mobilis sufficienter suatur cũ filo sutura separatorum pũctorum: vbi vero fuerit pars mobilis, suatur cum acubus inuolutis remanentibus in loco. Si autem pars fuerit sicca, suatur sutura pelliparium. Et vbi erit possibile ligare ligatura incarnante, fiat. Albuc. autem nasum, aures, & labia dum sunt sanguinolenta, & recentia, aut renouata cum scarpello, aut rasorio: fuere præcepit sutura quæ dicetur in ventre.

Verum quia facies quodãmodo participat cum capite in rotunditate & figura sphærica: deficiat ab illa ligatura. Et cum hoc accubitus eam relaxat, necessarium est eam mediare appropinquando melius quod erit possibile ad incarnationem. Et propter hoc est consilium omnium operantiũ, quod vulnerati in facie habeant in capite coffam seu capellinam de panno lineo fortem, bene & firmiter ligatam cum capite, in qua omnes ligaturæ consuantur. Etiã est necessarium: quia facies est plurimarum paruarum particularum: quòd loco stupatarum, aliquando ponantur panni duplicati aut triplicati: vt melius applicentur, & leuius remoueantur. Quãtum ad suas autem particulas habet proprium.

Primo de vulneribus oculorum.

Vulnera oculorum sunt timorosa, propter ipsum visum: & propter eorum propinquitatem ad cerebrum: imò vidi multoties, quod etiam attestatur Beneuenutus, propter vulnera circunstantiarum oculi, sequi oppilationem neruorum optico rũ, & catharactas. Quid ergo dicam quando fuerit in substantia oculi? certum est, quod si effundãtur humores, sequitur destructio oculi, & ipsius actus. Et si Galen. in quarto de

ægritudine & symptomate vidit illum puerum punctũ graphio ex quo effusa fuit confestim aquosa humiditas, curatũ hoc fuit de raro cõtingentibus. & potuit esse secundum naturã, nõ obstãte quod Rabbi Moyses, quasi deridẽdo Gal. dicit quòd fuit de mirabilibus ipsius: partes enim spermaticæ in pueris quotidie regenerãtur vt videtis. Cura est secũdum Iesum, prohibere materiã ne fluat ad oculum. Et si sanguis nõ exiuerit collyrizetur cum thutia & modica camphora. Si autem sanguis exiuerit, cum sedeng curetur: quia ad hoc multã habet virtutem. & pone super oculum albumen oui, & ligetur cũ instita firmiter. Beneuenutus in hoc casu summe laudat germina ouorum agitata & ducta in mortario in forma vnguenti. Et vocat hanc medicinã virtutẽ à deo datã.

De intrantibus in oculo.

Si autem aliquid intrauerit in oculo, & vulneret & doloret, & offendat eũ: quod sit velut fumus, puluis, lapillus, aut palea, siue arista, præcepit Iesus distillare in oculo lac mulieris vel aquã dulcem pluries: quia mundificat eum, & extrahit omne quod in eo cadit, & si nõ recedit reuersa palpebras, & si vides hoc, inuolue stillũ, aut digitum cum pãno suaui lineo, & absterge illud. & si nimis se teneat, cum picicareolis remoueatur. Et distilla in oculo lac mulieris puellam nutrientis.

Ad tarsen & sanguinem qui infra oculum euenit propter vulnera & percussiones.

Laudat Iesus instillationẽ lactis puellæ, & albuminis oui, & sanguinis colũbini, qui est sub ala. Et emplastrare oculum cum medulla panis in vino infusa est optimum. Et si nõ dissoluatur, distilla in oculo aquam ameos & salis gemmæ: & fomenta oculum cum aqua decoctionis hordei, & hyssopi siccæ. Et si non recedit, accipe claram aquam, in qua steterit arsenicum puluerizatum, & proiice in oculo. Et ex his quæ proficiunt tarse est sief. Quod Reci. sedeng abluti, drag. iij. æris vsti drag. ij coralli, margaritarum non perforatarũ, ana drag. ʒ. gummi ara. dragagãthi, ana drag. ij & ʒ. piperis grana. xxxij. cerussæ lotæ, drag. j. arsenici ru. sang. draco. croci, catabie, ana drag. ʒ. fiant sief cum sanguine gallinarum, & vtantur cum lacte puellæ.

De vul

De vulneribus palpebrarum.

Præcipitur quod ſuãtur cũ acubus curuatis, & ſi fieret ſutura cum cauillis, propter motũ palpebrarum, magis eſſet tuta ſpecialiter quãdo area pilorum eſt inciſa, tãtæ enim cartilaginoſitatis eſt quòd difficulter vnitur. & poſt cũ pulueribus, & pãnis bene ſuſtinẽtibus, artificialiter & ingenioſe ligetur.

De vulneribus naſi.

Naſus quandoque vulneratur, quandoque frãgitur, quãdoque atteritur, & quaſſatur. Hic autẽ proprie agetur de vulneribus, & inciſionibus: quia plurimum accidunt quã reliqua: gratia tamẽ cõmunionis dicetur & de aliis vt de capite fuit dictum. Naſus quãdoque abſcinditur ex toto: quãdoque nõ, ſed adhæret, & tenet ſe cum carne labiorum. Si naſus ex toto ceciderit, amplius nõ poteſt reuniri: vnitio enim in organicis eſt impoſsibilis in tertio techni. Et cauſa in iudiciis vniuerſalibus fuit dicta. Quicquid dicãt garrulatores. Si autem ex toto nõ fuerit inciſus, ſi ſanguinolentum eſt: aut ſi non, quod ſcarificãdo renouetur vulnus, ſuatur caute & decenter: eo modo quod dictum eſt ſuperius de ſutura cum filo faciendo tot puncta quot erunt neceſſaria. Et ſi acus recte non poſſunt bene ad ſuturam adaptari, calefaciendo eas in igne curuentur, & imponantur in naribus duæ tentæ rotundæ de ſtupis: aut cannulatæ de pẽnis anſeris, vt aer & ſanies ſua poſsint habere ſpiramina. Et poſt ponatur puluis, & applicentur plumaceoli de pãno decenter facti vnus in quolibet latere, & alius deſuper, qui cõprehendat totum balneati in prima præparatione cum albumine oui, cum vino albo calido. Et quando erit neceſſe, curetur cũ emplaſtro vel vngũto incarnatiuo & conſolidatiuo: & ligetur ingenioſe.

Ligatura naſi.

De ligatura iſtius particulæ multi altercati ſunt. Albuca. enim & Auic. eam defendere videntur: Lanfran. & Theodo. (vt facit ſibi credere Henr.) præcipiunt ligare cum duabus ligaturis, vnam ſubtus naſum ad ſuſtinendum, aliam ſuper naſum ad tenendum medicamina. Rogerius & Gulielmus ligant cum vna binda inciſa per medium, vnde naſus poſſit tranſire ad modum capiſtri. Henricus totum hoc reprobat. imò dicit quod melius ſtaret ſine ligatura: quia ſi ipſa

eſt ſtrict

est strictior, nasum deformabit: si laxior, parum proficit. Et vtraq; in somno poterit nocere ex compressione & versione & motu inordinato. Nihilominus in casu cõcedit, quod ligetur subtus: & non desuper. Ego autem de hac altercatione parum curo: quia vt dixi in facie non potest dari certa regula de ligatura incarnatiua: quare quilibet faciat, secundum quod per suũ ingenium melius inuenire poterit: duntaxat quod in capite sit bona coffa, aut capellina, in qua suãtur ligaturæ, & ꝙ fuendo & ponendo satis de stupis & idoneis sustentamentis, vt præcipit Theod. meliori modo quo erit possibile, adaptetur, vt teneant partes approximatas, & medicamina applicata, sufficit. Si autẽ nasus esset infrigidatus, & alteratus, consulit Henric. ꝙ cum caliditate naturali pullorum tantũ calefiat quod rectificetur. Si autẽ non potest rectificari, remoueatur, & tardius quo poterit propter diffamiã populi, locus curetur & cicatricetur. Et stet prima præparatio per tres aut quatuor dies. Aliæ verò bis in die remutentur. Os nasi infra 18. dies speratur quod restauretur. In fractura additur ꝙ cum intromissione digitorũ, aut alicuius baculi ab intra, nasus sustentetur, & ab extra cũ manu altera æquetur. Et post intromittãtur tentæ cõuenientes & iuxta: & desuper plumaceoli in primis infusi cũ albumine oui: Et post cũ diachylon, in quo farina volatilis & puluis rub. cum oleo rosa. fuerit malaxata: & caute sustineatur & ligetur. Et quando cum fractura fuerit attritio, curetur vt aliæ contusiones. Si autem est cartilaginis separatio, conglutinetur.

De vulneribus aurium, & labiorum.

Nihil habent proprium: suantur, & ligentur meliori modo quo erit possible: & vt alia membra carnosa curentur.

De vulneribus colli, & partium eius. Cap. III.

VVlnera in collo quædam fiunt in sola carne: quædam verò in ossibus spondylium: quædam in ligamentis lateralibus: quædam verò in venis organicis: quædã in viis ciborũ & anhelitus: Propterea quod vltra intentiones communes habent propriam ligaturam Et aliqua propria prognostica, & pauca curatiua.

Ligatura colli incarnatiua fit cum binda longa duorũ capitum, ponendo medium bindæ ab opposita parte vulneris, voluend

voluendo collum:& ea ducendo ſecundum crucẽ ſupra vulnus: & poſtea faciendo tranſire per ſubaſſellas, reducuntur ad collum id reuoluendo:& ibidem ſuendo. Et ſi eſt capellina in capite, ſuatur cum ea vt eam manu teneat, quod non deſcendat. Ligaturam medicaminum retentiuam præcipit facere Roger. ita. ſcindatur ligatura ab vtraq; parte: & duo brachia ſuperiora tranſeundo ſuper aures ligentur in fronte. alia duo inferiora tranſeundo ſubaſſellas ligentur in pectore. alia verò duo media ligentur per medium colli.

Prognoſticatio.

Prognoſticatur autem & iudicatur de vulneribus colli, per Rogerium: quod ſi neruus ſeu chorda incidatur in collo, raro eſt vt de cætero collum liberũ habeat motum. Amplius dicit, quod ſi vulnus veniat vſquequo exeat nucha, mortale & incurabile iudicatur. Nam paſsiones nuchæ ſimiles ſunt paſsionibus cerebri: vt in ſecundo, de vtilitate in anotomia fuit allegatũ. Si autem non perueniat ad medullam, licet ſit curabile, timendum eſt propter læſionem neruorum orientium ab illa parte nuchæ, de nocumento ſenſus & motus neruorum & membrorũ, ad quæ delegantur nerui, *

* & infra de fractura ſpondylium dicetur. Propterea vulnera quæ pertingunt ad neruos reuerſiuos, perpetuã generant raucedinem. Et ſi pertingunt ad quendam neruũ, qui tranſit iuxta aures, dicitur quod nunquã generabit homo. De inciſione cuiuſdam venæ ſpermaticæ eſt trupha: vt ſupra in anotomia fuit allegatũ. Propterea vulnera venarũ & arteriarum groſſarũ ſunt periculoſa: quia propter hæmorrhagiam ipſorũ, cito exhalatur ſpiritus & vita. Amplius dictũ eſt ꝙ vulnus meri & tracheæ arteriæ ſunt periculoſa: quia habent ſeruitium vitæ immediate neceſſarium. Et cum hoc ſunt difficilis cõſolidationis: quia ſunt trãſitus aëris & cibi.

Curatio.

Curatio autem ipſorum quantũ ad vulnus carnis nihil habet proprium. ſuantur, & cum pul. & vino: & aliis auxiliis curentur. Quantũ ad neruos & chordas etiam ſuantur profunde: & cum oleo vermium & emplaſtro curentur.

Quantũ ad venas & arterias groſſas: ſuantur: & cum pul. Gal. & pilis leporis cum albumine oui emplaſtrentur. Et ſi hoc nõ valet, excorientur capita venarum, & ligentur vt ſuperius

perius de fluxu sanguinis fuit dictum. Quantũ ad vias aëris & cibi, suantur: & cum puluere,& cũ aliis auxiliis ab extra tractentur. Ab intra dragaganthum, aut diasimphytum ad lambendum inferius tribuatur. Quantũ ad nucham,infundatur vulnus cum oleo rosa. calido, & desuper ponatur in principio vitellus oui vsquequo dolor fuerit sedatus. Postquàm autẽ fecerit saniem, mundificetur,& incarnetur cum isto Guli.& Lanfrãci. Re.mellis rosa.colati, vnc.iiij. farinæ hordei,vnc.ʒ.terebinthinæ, drag.iij.ceræ, resinæ, ana drag. ij.thuris, mastichis, ana drag.j.myrrhæ, sarcocollæ, mummiæ,ana drag.ʒ.olei mastichis,drag.iij. fiat emplastrum.

De vulneribus omoplatarum,& brachiorum. Cap. IIII.

VVlnera istorum membrorum nihil habent proprium nisi prognosticationem, & ligaturam,& situationem: & fiunt quandoque in carne:quandoque in osibus.

Prognosticatio.

Iudicatur quod vulnera spatularũ,propter neruos qui descendunt ad brachia, sunt suspecta de dolore, & amissione sensus & motus brachiorũ.Propterea vulnera plicaturæ cubiti,sunt timorosa:propter venas grossas:quia magnam faciunt hæmorrhagiam. Amplius vulnera cubiti,& omnium iuncturarũ, sunt suspecta ad dolorem, & apostemationem, & indurationem seu particularem spasmationem, propter infiltrationem osis & ligamentorum:& propter loci situationem,quia in basso.non enim complete possunt mundificari: & ita materia quæ includitur, remanet, & induratur, & motus perditur iuncturæ. De vulnere ad duos vel tres digitos prope iuncturam,iudicatum fuit supra.

Curatio.

Cura enim ipsorum parum differt à cõmuni cura dicta:nisi quod futura vulnerũ humeri indiget fortitudine: & prope cum cautillis:propter magnitudinem & pondus brachij.

Ligatura humeri.

Et ligatura incarnatiua fit cum binda duorũ capitum, & ponendo sperã de stupis sub assella incipiatur per medium bindæ ibidem,& ascendendo, bindam supra humerum voluendo secundum crucem supra vulnus, ligetur: aut suatur sub alt

ſub altera aſſella: & toties ſic reuoluat quod ſufficiat. Quæ autem eſt ad tenendum medicamina, fit ad modum vnius manicæ cum duabus vittis ligando in ſubaſſella.

Et in vulneribus brachiorum, Oportet quod brachium cum mantili teneatur in pectore ſuſpenſum ad collum, præter quod in vulnere cubiti: in illo enim oportet quod brachium ſituetur ſecundum rectum: vt non diſrumpatur vulnus, ligaturæ, & ſuſtentamenta digitorum, & totius manus fiant ſecundum ingenioſum arbitrium operantis.

De mollificatione duritierum quæ remanent poſt curam vulnerum iſtorum membrorum, dictum eſt in parte, in cura ſclirosis, & dicetur magis infra.

De vulneribus thoracis, & partium eius. Cap. V.

DE vulnere thoracis. Magnum eſt mirabile: quia ita parum de ipſis maximè quantũ ad membra continentia, inuenimus tractatum à Gal. neque ab Haliab. neq; ab Auic. Quantum autẽ ad contenta multa dixerunt. Alios autẽ qui poſt iſtos tractauerunt de ipſis, ſatis inuenimus diſcordes.

Nam Rogerius, Rotlãdus, Iamerus, Brunus, Guli. & Lanfranc. videntur velle ſaltim in penetrantibus, ℔ nullo modo ſtringãtur, neq; retineatur ſanguis in profunditate eius: ſed quod teneãtur aperta cum lichiniis & tentis, & mũdificentur cum vnguentis & emplaſtris & lauamẽtis attractiuis. Et fundant ſe, quia ſi materia retineretur intus, recurreret ad cor, & ad alias particulas, & interficeretur infirmus. Theod. verò & Henricus volunt quod omnino claudantur, & nullo modo ponatur tenta: ſed ſuantur ſi eſt neceſſe. Et quod ad confortandum naturam, detur pigmentũ cum pul. quod in vulneribus capitis dare conſueuerunt. Et fundant ſe: quia niſi citiſsimè clauderetur, calor vitalis per prædicta vulnera exhalaret, & frigiditas aëris cõfundens ipſum ſubintraret.

Nos verò excuſando Gal. & ſuos ſequaces, & cõcordando diſcordes in hac cura: Quantũ eſt de preſenti, dicemus illud ℔ euidenter apparet, à ſubſtãtia rei incipiẽtes. Vulnera thoracis tam à parte anteriori quàm ab aliis partibus, quãdoq; ſunt extra, & non penetrãtia: quandoq; verò penetrãtia ſunt intra ſpacioſitatem: & quæ penetrant, quãdoq; ſunt ſimplicia abſq; vulnere membrorũ contentorum: quãdoq; membra vt cor, pulmo, diaphragma, ſunt vulnerata. Et vtraque

quand

quandoq; parum sanguinis cecidit in spaciositatem intrinsecam: quandoq; multum. Hæ sunt differentiæ à quibus sumuntur in talibus vulneribus indicationes curatiuæ, &c.

Causæ.

Causæ dictorum vulnerũ secundum quod dictum est in sermonibus communibus, sunt omnia quæ apta nata sunt perforare & incidere, vt sagittæ, telum, & ensis.

Signa & indicia.

Signum quod vulnus thoracis penetrat, est anhelitus per vulnus emissio, maximè quãdo os & nares infirmi claudntur, quæ per cãdelam incensam: aut per lanam seu cotonem carpinatum posita iuxta vulnus, demonstrantur. Non enim cum intromisso est ita secure probatio.

Signa cordis vulnerati, sunt sanguinis exeuntis nigredo, extremorum frigiditas, sudoris copiositas, & syncopa minuta, & locus sub mammilla sinistra.

Signa vulnerati pulmonis sunt, ꝙ sanguis qui exit, est rubicũdus, & spumosus, & ęger calefit, & tussit, & pallescit, locus circa latera. Illud autẽ quod dicit Gal. de exeundo multum, & absque dolore, intelligitur per os in rupta vena.

Signa diaphragmatis vulnerati, sunt spissus & magnus anhelitus, tussis sonans, & dolorosa alienatio, sputum liuidum, sitis, & cibi fastidium cum eructuatione, rigor pungitiuus, & locus iuxta falsas costas.

Signa quod sanguis descendit infra, & corrumpitur, & saniatur, iuxta illud Gal. aphorismorũ. Si ad ipsum ventrem sanguis effundatur præter naturam, necesse est putrefieri: sunt enim signa grauitas & pondus laterum iuxta falsas costas, & sputum putridum cum tussi multa, & incipit febrire. Et cum his addit Iamerius, & anhelitus qui exit per os & per vulnus, fœret intolerabiliter: & panni qui imponuntur sanguine coagulato & putrefacto educuntur infecti.

Iudicatur de istis vulneribus quod illa quæ penetrant à parte dorsi, sunt periculosiora quàm à parte anteriori: propter venas, & arterias, & neruos, & meri, & tracheam, & ligamenta cordis, quæ iacent à parte illa: & cum hoc læsio nuchæ, quæ non parua cõputatur. Iudicatur de istis vulneribus etiam quod quæ non penetrant, non habent periculũ.

Alia

Alia iudicia & cauſæ eorũ, quærantur in ſermone cõmuni.

Curatio.

In cura vulnerũ thoracis quæ nõ penetrant, vltra intẽtiones communes dictas nihil habẽt proprium: niſi ligaturam.

Ligatura pectoris quæ quidẽ incarnatiua fit cũ binda longa lata incipiendo à parte oppoſita vulneris ducendo reuoluendo duo capita ſupra vulnus ſecundũ crucẽ: & deinde ducẽdo & reuoluendo toties quod ſufficiat. Et capita bindæ in parte anteriori longe à vulnere ſuantur. Et vt dicit Henricus, annectatur faſciola vna quę trãſeat ſuper humeros, & altera ſub coxis. Retentiuam medicaminum facit Rogerius cum binda lata pforata in vno capite: & in altero inciſa: ita quod facit intrare humerum per foramen. Deinde circũuoluendo thoracem redit ad humerũ vbi incepit: & cum brachiis bindę inciſæ ligentur in illo humero. Et ſi poſſet fieri, vt dicit, ſine inciſione, voluendo thoracem, leuius eſſet ligatura. Pro apoſtematibus ſubaſcellarum fit cum binda inciſa ab vtraque parte, & vna pars ligatur voluendo pectus ab altera aſcella, & altera tranſeundo ſuper humerum ſecundum cutem reducitur per partem anteriorem, & poſterius ad alteram aſcellam.

In cura vulnerum penetrantium, ſi conſtat per ſigna quod aliquod membrũ intrinſecum non fuerit læſum, neq; quod aliqua materia intus deſcenderit, ſiue tẽta cum emplaſtris & unguentis incarnatiuis & ſtupatis balneatis in vino ligatura & remutatione tarda, vt alia curãtur. Et propter hoc Galenus, & alij ſequaces, de ipſis, quia nullã habebant diuerſitatem ab aliis, non fecerunt mentionẽ ſpecialẽ. Et quod in talibus vulneribus non debet poni tenta, nec ipſa teneri aperta oſtenditur: quia tenta ponitur vbi neceſſarium eſt aliquã materiam congregatã expellere per vulnus: ſed in talibus ſupponimus eſſe nullam. Ergo in vanum tenta poneretur. Et ſuppoſito q; eſſet aliqua, in parua tamen quantitate: natura eam reſoluit & euacuat. Nec de regione dubitetur: quia ſorti naturæ nihil eſt impoſsibile: non ſolum facit tranſire materias per panniculos: ſed per medium oſsis, vt dicit Gal. ſeptimo aphoriſmorũ. Et ſi vis eam iuuare cum tua potione, facere potes. Et cum ponere tentã procederẽt nocumẽta quæ dicunt alij de debilitate & aëris alteratione, quæ nocumẽta

reputauit magna Auenzoar de squinantia, quãdo inciditur vuula tractatu quarto.

In penetrãtibus vero in quibus membra intrinseca sunt vulnerata: si materia nulla descẽderit, eodẽ modo curãtur ab extra, vt dictũ est. Sed ab intra oportet quod dẽtur ad lãbendum medicinæ viscosę & glutinosæ. Et hoc est quod dicebatur quinto therapeutices. Siccare igitur oportet, & tẽtãdum est omnino per pharmaca extrorsum imposita, & per ea quæ bibũtur ex aqua, & vino subtili. Sunt autẽ & horũ aptissima quod diaspermaton dicitur, & quod cõsuetum nobis: quo ad thoracis perforationes semper vtimur quod ex casia cõponitur: & per diaspermaton videtur intelligere Auic. dyacodion quod est diapapaueris vel diagragin, aut diasymphitum: per casiã ea quæ ponunt ab extra, vt essent embrochationes cum vino, aut emplastra desiccãtia: quale est oleũ rosatũ, & maluinum in æstate: in hyeme autẽ nardinũ, & emplastrũ quod fit ex chalciti quod dixit in principio catageni, id est de cõpositiõe medicamẽtorũ per genera, credo quod sit diaplama. Vnde & in quarto therapeu. loquens de vlceribus intrinsecis capitulo septimo dicit. Cõmunis aũt in omnib⁹ intrinsecis particulis indicatio est eligere assuetissima animalis cibaria & pharmaca: fugere vero & auertere quę cõtraria: vt ęruginẽ æris, & cadmiã, põpholygẽ quę est thuchia, & lithargyrũ, & cerussam, & similia: quia dictũ est in tertio de cõplexionibus & simpliciũ pharmacorũ: quod ista, licet cõsolidẽt mẽbra extrinseca: nihilominus irritant, & aperiunt intrinseca. Eligere vero cibaria siquidẽ in cicatricẽ ducere, vel glutinare voluerimus, quę sunt austera, & viscosa, & immordacia: velut sunt hypocystis, balaustia, galla, cytini punicorũ, malicoriũ, terra samia, terra sigillata, sumac, rosarũ succus, & acacia, & similia: dare aũt oportet ea per aliquã stypticorũ decoctionẽ vt malorũ citoniorũ, vel rubi extremitatũ, vel vitis, vel myrti, vel per aliquod austeriorum vinorum: duntaxat quod non sit tempus phlegmonis. Adhuc autem & comeos, quod est gumma arabi, admiscendo.

Si vero expurgare voluerimus, abstergẽtia dabimus moderata. Ad hæc enim optimum omnium est mel coctum. Et generaliter cum omnibus talibus medicinis admiscendum est mel. deductionis enim eorum organum existit: & est velut vehiculũ celeris transitus, cũ eo quod nõ nocet vlceribus.

Non

Non obstante Rotlãdo & Theodorico, qui de hoc etiam reprehendendo Rotlãdum, qui iactauit se curasse partem pulmonis abscissam ab extra cum puluere rubeo: affirmant illud idem vidisse.

Si vero in vulneribus penetrãtibus cognoueris per signa dicta, quod materia ad intra descẽderit, nõ tardes in ei⁹ eductione, imò vt cõsulit Guliel. de sal. tota intẽtio tua sit dilatare vulnus, vt manifeste & libere sanguis vel sanies gñata ratus per ipsum vulⁿ possit exire, cũ tẽta bene facta ampla ab extra, ne cadat intus, & ligata cũ filo: vt si caderet, posset extrahi. & infusa in oleo calido. Et post præcipit Rogerius quod patiẽs supra discũ vertatur hac illac ducẽdo materiã, & extrahẽdo per vulnus. Vel secũdũ Iameriũ per tres vel quatuor dies iniiciatur cũ clysteri infra pectus certa quantitas vini, vel melicrati, & reuoluẽdo corpus huc illuc, extrahe liquorem, cõsiderans quãtitatẽ & qualitatẽ. Et quãdo minus ineneris quã miseris, & exierit mundũ & clarũ sicut intrauit, cessa & cõsolida tenẽs semper cotonẽ vetustũ: vt dicit Albucasis, nõ in orificio vulneris, vt fugat illud quod egreditur de eo ex humiditatibus. Et fac vt dormiat infirmus super vulnus: vt currat quod aggregatur in eo. Si autẽ dicit idem Albucasis, præterierint tres dies vulneris: & non acciderit infirmo spasmus neque tremor cordis malus, neq; strictura anhelitus, & vides dispositiones eius bonas: tunc scias quod vulnus est sanum, & natura fortis: cui nihil est impossibile: vt supra fuit dictum.

Cura ergo ipsum post diminuendo cotonem siue tentam in sua curatione.

Si autẽ per tuũ motũ, & iniectionẽ parum factas: vel quod infirmus nõ possit sustinere tales reiterationes: cura vulnus secundũ Gulielmum, diminuendo tentã in ipso, & supra vulnus admodum emplastri ponatur mundificatiuũ: quod sic fit. Rec. mellis rosa. colati, lib. j. myrrhę, thuris, sarcocollæ, ana ℥. ß. farinę hordei, farinę fœnu. ana. quod sufficit ad inspissandũ. Et si vis addere modicũ de terebinthina, bonum erit. Et tunc iudicio meo potes dare tuas portiones factas de centaurea, costo, nepita, gariophyllata, pimpinella, pilosella. summitatibus canabi, teneritatibus caulium rub. tenascelo, abrotanum, liquiritia, ana. decoquãtur cum vino & melle. Et administretur qualibet die de mane vnus paruus gobeletus.

Si autem penetratio vulneris fuerit dubia: nec per tentas infusas in oleo rosa. nec cum aliqua re poterit manifestari, vel quod ipse non potuit lauamẽtũ & expulsionẽ materię sustinere, & habet grauedinẽ, & inflationẽ seu enuchã in latere, & alia significantia quod materia super reflexionem diaphragmatis fuerit aggregata: si infirmus fuerit fortis & volens, cõsulit tũc Gulielmus quod facias vulnus nouũ cũ rasorio in parte inferiori decliui in latere infirmi versus spinã. elongãdo ab ea secundũ lõgitudinẽ costarũ, & earũ rugationẽ inter quintã & quartã costã vel inter quartã & tertiã, verũ quia diaphragma reflectitur in sua cõtiguatiõe cũ spina & costis vsq; ad tertiã costã & plus, & illa reflexio posset impedire exitũ materiæ, & facere medico credere quod nõ penetrauerit cũ rasorio sufficienter: propter hoc melius est quod fiat inter quartã & quintã, quàm inter tertiam & quartam. Facta autem incisione procedatur ponendo tentam infusam in oleo ros. calido vsq; ad profundũ. Et hoc quousque incipiat saniem emittere. Et facias quod hora mutationis sit breuis & cauta: vt aër non ingrediatur: neq; expiratio offendat, & debilitet mẽbra interiora. Cum autẽ sanies incipit apparere, mundificetur locus intrinsecus per vulnus nouum, cum vino decoctionis chamomillæ in plus farinæ lupinorum, thuris, myrrhæ: in minus mellis rosati, quod sufficit coquãtur cum vino: & fiat colatura de qua cũ clysteri iniiciatur libra vna, voluatur & reuoluatur infirmus, & reclinetur super vulnus: ita quod prędicta decoctio exeat. Et postponatur tẽta intincta cum melle rosato: & desuper mũdificatiuũ prædictũ. Et ab ista hora dimittatur claudi & sanari vulnus antiquũ. Et quod ista cura sit artificialis, probatur per Gal. in quinto therapeutices, qui eã fecit Romæ in quodã rheumatico apostema empiycũ in thorace patiente. In quo fuit necessariũ aperire: & os costæ putrefactum abscindere. Assueuimus inquit igitur in cura melicratum infundentes per vlcus, aliquando quidem multoties tussire eis inclinatis in patientẽ particulam iubentes: multoties autẽ agitare quiescibiliter: aliquando vero cum pyulco, id est instrumento, quod pus attrahit, educere quod intus ex melicrato residuum est. Hoc facto vbi rum pus totum, tum ichores vlceris eluisse confidimus; mox pharmaca iniicimus. Et tunc supple quando erit conuenienter mundificatum, cessabimus & claudemus.

Idem

Idem probatur per Auic. in tertio cañ. de empiymate ita licentẽ. Quãdo autẽ ęstimaueris in pleuresi materiã plurinam, & non mundificatam in quadraginta diebus, neque in aucioribus, imo facit cadere in phthisim: tunc necessarium est cauteriũ fieri cũ cauterio minuto, quo perforetur pectus in loco saniei: vt exiccetur materia, & extrahatur paulatim, & abluatur cũ aqua mellis, & adiuuetur ad attractionẽ ad exteriora. Cũq; mundificata fuerit, perueniet ad consolidádũ.

Dubia m autem & suspectá tenet hanc incisionẽ, & coctuam cum ferro in talibus emissionibus pleuriticis Halyab. in sermone decimo secũdæ partis libri dispositionis regalis. Quoniã, vt dicit, ab eiusmodi peccati morte patiẽs non eritur, vel in fistulã transit, cui nulla occurrit sanatio. Et ideo nunias te semper de bona prognosticatione, & magna requisitione: vt in talibus sæpe dictũ est. Ipse enim dat vnũ modũ loquẽdi cũ radice aristolochiæ lõgæ, & oleo fortiter incẽsis, qui nõ fuit mihi assuetus: hæc tamẽ probabiliter sunt dicta. Si vero, vt dicit Albuca. excusatur sanatio talis vlceris, tunc scias q̃ iam facta est fistula, de qua inferius dicetur.

De vulneribus ventris & partium eius. Cap. VI.

SIcut in ventre sunt duæ partes, cõtinentes, videlicet & cõtentæ: prout in anatomia fuit declaratum. Ita & vulnera quandoq; fiunt in parte continẽte, quãdoq; in cõtentis. Vulnera ergo ventris quãdoq; sunt extra, nõ penetrantia ad interiora: quãdoque vero ad interiora penetrant, & quæ penetrant ad interiora, quandoque sunt talia q̃ nihil procidit de mẽbris interioribus: quãdoque vero procidit zirbus, aut intestina, aut quædã alia. Quæ vero fiunt in mẽbris contentis: quandoque quidẽ fiunt in zirbo: quãdoque in intestinis: quãdoque in stomacho: & sic consequenter: hæ enim sunt differentiæ à quibus sumuntur indicia, & curationes.

Causæ Istorum vulnerum sunt quæ aliorum, ensis, lancea, sagitta, & omne illud quod aptum natum est incidere, & perforare.

Signa & indicia. Signum q̃ vulnus ventris non penetrat, habetur per visum & probam: & quando nihil exit abinde. Signum autem quòd penetrat, habetur quando proba intrat profunde, & quando exit zirbus, intestinum,

aut aliquod membrum. Signum quod zirbus est extra, & est alteratus: quia videtur substantia eius seposa, & venis repleta, & videtur liuidum & nigrum.

Signum quod intestina sunt vulnerata, est exitus stercoris per ipsa. Signū quod sunt subtilia vel grossa, sumitur à loco. Nā supra vmbilicū sunt subtilia subtus vero grossa. Signū quod stomachus est vulneratus, est exitus chyli ab ipso, & locus à parte anteriori. Signū quod hepar est vulneratū, est exitus sanguinis, & locus dexter. Signum splenis, exitus fœculētiæ, & locus sinister. Signum vero renū, exitus sanguinis aquosi, & regio ipsorū. Iudicatur per Gal. vj. thera. quòd periculosiores, & difficiliores sunt vulnerationes, & suitiones circa medium vētris quàm circa latera: eo quia illæ partes propter musculos sunt cōtractabiliores, & intestinorum educibiliores, quā reliquæ. Iudicatur etiā quia nisi cito succurratur ad reducēdum, intestina inflātur & ventosantur ab aeris frigiditate, & post cū difficultate reducuntur. Etiā iudicatur per Hippo. vj. aphorismorū, quòd nisi cito occurratur egressioni epiploi, siue omēti, siue zirbi: citissime alteratur, & corrūpitur. propter quā causam incidūt de eo illud quod denudatum & alteratum est: medici dicunt quod non est verum vt semper: sed vtplurimū secundum Gale. in cōmento.

Iudicatur etiā per ipsummet Gal. in vj. therap. quod facile sanabilia sunt grossa intestina, difficile vero subtilia. omnifariā vero insanabile ieiunium propter multitudinē, & magnitudinē vasorum, & subtilitatē, & neruositatē tunicæ. sed & cholerā totā synceram suscipit hoc intestinum, & est propinquius quàm alia hepati. Præterea inferiora stomachi, quia carnosa sunt audere oportet curare. Et quia medicina in loco stare potest. Quæ vero in ore stomachi, in transitu solo patientis tangit partes: & cum hoc sensibilitas ipsius curationi repugnat. Iudicia autem alia, & causæ eorum dicta sunt superius in sermone communi.

Curatio vulnera ventris quæ interius non penetrant, nihil habent proprium nisi ligaturam superius in pectore dictā. Curantur enim vt vulnera carnosa cum sutura, si indigent & aliis auxiliis incarnatiuis. Illa autem quę penetrāt: à quibus nihil membrorum procidit: neque aliquod ipsorum fuerit vulneratum, eodem modo curātur: nisi quod suturam habent propriam.

Sutur

Sutura ventris quæ quidē ſutura à diuerſis diuerſimode or dinatur: quidā, vt Gal. præcipit, ſuere taliter, vt ſiphac vniatur cum mirace: quia de ſe ſine carne cum ſit exangue & ner uoſum. cōſolidari nō poſſet cōuenienter. Quin propter carnis miracis laxitatē ſequeretur ruptura. Et fit quòd in primo puncto acus ingrediēdo per vnum labium nō tangat ſiphac: & poſt ab intra pungendo alterū labium penetret per ipſum, & per totū mirac & ſupra vulnus nodetur. In ſequen i puncto acus ingrediēdo per vnum labiū penetret totū mirac, & ſiphac, & regrediendo per alterum labiū dimittat ſiphac, & penetret mirac, & extra nodetur. Et ita per alia puncta procedatur quouſque totum ſit ſutū ſufficienter. Alium autē modum aſsignat Gal. & Albu. eū aſſumit: & eſt cōmunis modus leuior, ſed non ſecurior. Et eſt quòd omnes quatuor margines duorū labiorum inſimul ſuātur cū vno puncto & nodo: & fiāt tot puncta quot erunt neceſſaria. Tertiū nodum ponit Albu. cum acubus pungēdo, vt eſt dictū: & dimittēdo acus, voluatur filum ſuper eas, vt faciunt mulieres in manicis ſecundū quod fuit dictum ſuperius de ſutura ſer none communi: ad quam oportet recurrere pro illa ſutura. Quartus modus eſt Lanfrāci, & eum acceptauit Henr. & eſt quòd figatur acus cum filo à parte exteriori in vno labio, & perforetur totū mirac & ſiphac. Deinde ab intra in altero labio veniēdo extra perforetur etiā ſiphac & mirac. Deinde per ſpatiū minoris digiti à primo puncto idē acus cum eodē filo nō inciſo nō nodato facias ſecundum punctum ſic. In labio quod fuit vltimo perforatū figatur acus ab exteriori ad intus: deinde in altero labio figatur ab intra ad extra ſiphac & mirac ſemper cōprehendēdo, & tūc prope acum inuenies extremitatē fili, quā prius exterius dimiſiſti, tunc nectentur duo capita fili inſimul faciēdo in duobus punctis vnicū nodum in latere: quia ſic nunquā trāſibit filū ſupra labia vulneris. ſed in lateribus ſolum apparebit. Facta futura ponantur alia auxilia, & ligetur. Ligatura vero pectoris hic eſt conueniens. & ratio ibi accipiatur.

In vulnere ventris penetrāte in quo particulæ interiores vulnerātur, & nō exeunt. Si vulnus ventris eſt ſufficiens: aut nō eſt ſufficiēs, quòd cum inſtrumento proprio, quod dicetur infra, amplietur caute, & extrahātur. Et ſi futura indigēt quod eis proficeretur, velut eſt fundus ſtomachi, & groſſa

inteſtina,ſuãtur ſutura pelliperiorũ:& nõ cũ capitibus formicarum,quã dixerunt quidã experimentatores,vt teſtatur Albuc.Nã tædioſa eſt,& inutilis,vt apparet de facto. Nonnulli autem,vt Rogerius,Iamerius,& Theodor.infra inteſtinum ad cuſtodiendum ne fæces putrefaciãt ſuturam, imponunt canulam ſambuci.Alij vero,vt Guliel. narrauit,ponunt partem inteſtini alicuius animalis,aut partem tracheę arteriæ,vt dicunt quatuor magiſtri.quod mihi non videtur rationabile.eo quia natura intenta ad alienorum expulſionem expellit,& remouet illa de ſutura:& ita perit finis pro quo talia applicãtur.Melius eſt enim iudicio meo, quod ſuto inteſtino,vt dictum eſt,& ipſo à ſordibus mundato, ponatur ſuper ſuturã ab extra puluis cõſeruatiuus ſuturarum, & reducatur infra ventrem per modũ qui dicetur. Si vero zirbus exiuerit,& denigratus & corruptus fuerit:laqueo,vt dicit Gal.cõprehendãtur partes denigratę,& abſcindatur pars quæ poſt laqueum in inferiori fine ſuitionis ventris, dimittentes capita laquei,& fili ſuturæ dictæ inteſtinorũ extra,vt poſsit exire vulnere ſuſpirato.Facta ſutura vel in zirbo ligatura,infra ventrem,reducantur vt dicetur. Et incontinenti vulnus vẽtris, vt dictum eſt,ſuatur:& nullo modo apertum teneatur vſque ad membrorum interiorum ſanationem:vt præcipiebat Iamerius,& Rogerius.Et in hoc ſecutus eſt eos Lanfran.Et ratio eſt,quia nihil magis offendit membra interiora,& calorem naturalẽ,quã cõtractus aeris à natura nõ alterati.Ex hoc enim incurrunt illud accidens pernicioſum de dolore,& tortionibus inteſtinorum: ex quo poſſunt ſpaſmari,& per cõſequens mori. Et cum hoc vulnus apertum, quod neceſſario fuit magnum ad operationẽ,præparat inteſtina cõtinue ad exitum,quod ſumme nocumentum eſt vel nociuum,& periculoſum. Et talia præparãtur ab extra. Ab intra vero dentur ſibi ea quę dicit Aui.centaurea,& terra ſigillata:& ea quæ dicta ſunt in vulneribus mẽbrorum intrinſecorum pectoris:quia etiã cõpetebant iſtis,& cauda equina ſecundum Gal.in ſexto ſimplicium pharmacorum.In vulneribus inteſtinorum,& veſicæ à quibuſdã multum cõmendatur. Et clyſteria cum vino auſtero nigro tepido, maxime ſi perforatum fuerit totum vſque ad eum qui intra porum, à Gal.in ſexto therap.in hoc caſu præcipiuntur. Et diæta ſaltim per ſeptem dies ſit tenuis,& talis quòd non faciat fęces,

neque

neque ſuperfluitates putrefactiuas, imò cõſolidatiuas. Et ad hoc laudant quatuor magiſtri, & bene iſtud pulmẽtum. Re. furfur triticeum, & ponatur per horã in aqua calida: & ſi eſſet pluuialis, melius eſſet, deinde coletur, & apponatur puluis amyli, dragaganthi, gummi arabici, ſanguinis draconis, cõſolidæ maioris, pilorum leporis, & ſingulis diebus ter vel quater exhibeatur. Et ſi virtus eſſet debilis, brodium gallinarum coctarum poteſt dari. Et ſi in eo ponerentur dragaganthum & gumma arabica, quæ ſaporem nõ irritant: optimum eſſet, & aquam decoctionis thuris, maſtiches in hoc caſu multum laudat Gulielmus.

In vulnere ventris penetrante, à quo procedunt inteſtina, aut aliæ particulæ non vulneratæ, aut vulneratæ, & ſutę ſiue ligatæ: vt dictum eſt, Gal. & Auic. quatuor habẽt intẽtiones. Prima videlicet ad proprium locum reponere ea, quæ prociduntur. Secunda ſuere vulnus. Tertia apponere pharmacũ. Conſequenter vero quarta prouidere, vt non patiatur quis interiorum tumorem neque dolorem.

Prima cõpletur ſi vulnus eſt ſatis magnum, quod cum manibus ſuauiter cõprimendo introducatur, aut per brachia, & pedes eleuando cõcutiatur: & ſic, vt dixit Rogerius, reducentur. Si autem nõ poſſunt per iſtum modũ reintrare, hoc eſt, quia inflata ſunt, vel quia vulnus paruum eſt, nõne tunc inquit Gal. neceſſarium eſt in hoc de duobus alterum, vel ventoſitatẽ euacuare, vel vulnus maius efficere? Melius autẽ, vt puto, quòd prius ſi poſsibile fuerit, fomẽtetur. Qualiter autem quis fomentabitur? cauſam à qua vẽtoſatur, interimendo. Quæ eſt autẽ hæc? cõtinentis aeris frigiditas. Quocirca & ſanatio in calefaciẽdo eſt: ſpongiã igitur oportet mollem aqua calida infundendo calefacere cũ ea inteſtina. præparetur interim autẽ vinum auſterũ calidũ. etenim calefacit magis quã aqua & robur imponit inteſtinis. Nõnulli quidẽ, vt Rogerius, & Theodor. ſcindunt porcellos, aut alia animalia per medium: & quãto calidius poſſunt, ſuper inteſtinum applicant: & toties faciunt quouſque inteſtina ſint calefacta, & deinflata, & regrediantur. Halyab. autẽ præcipit, vt per extremitates in balneo ſuſpendatur patiens, & cõcutiatur: aut quod inteſtina cum oleo violaceo, aut cum axungia porci calida, vt dicit Iamerius, inungantur, & ita regredientur inteſtina. Si vero & hoc vtentibus manſerit inflatum inteſti-

num,præcipit Gal.& omnes,incidere de vulnere ventris tãtum quod reduci posit quod procidit. Idonea autem sunt secundum eum ad huiusmodi incisiones vocata syringotoma bicipicia curua,supple & obtusa retro,& secundũ finẽ,& non acuta. Quorum formã describit Albu. Figura vero idonea laboranti versus inferius quidẽ deorsum,superius dorsum vero vulneratũ locum:vna vero sit in vtrisque intentio: vt non grauetur ab aliis intestinis illud quod procidit.

Secunda vero intentio completur, quòd per idoneum ministrum extrorsum cum manibus pellendo comprehẽdatur tota plaga,& discooperiẽdo successiue certitudinaliter per medium totũ vulnus suatur. Qualis autem erit modus suitionis ventris,dictum est superius.

Tertia intentio completur secundum Gal.cum pharmacis sanguinolentis nominatis, quæ & in aliis particulis consolidare vulnera per præcedentia mõstrauimus,vt supra:sunt puluis futurarum conseruatiuus:& stupatæ cum vino:& emplastra,& alia auxilia incarnatiua. Ligatio vero, quæ abextra , ad hæc in his magis est necessaria:quam ligaturam diximus à pectore debere sumi.

Quarta pars vero curæ nõ modicum ab ea,quæ aliorum, abscedit. Oportet enim oleo calido commensurare lanã mollem,& infundere totã in circuitu, & cõprehendere quod est inter bubones & assellas. Melius autẽ est per clysterẽ immittere in intestinis aliquod tale. Aui. vero in tertio can. de cura hydropisis aschlitis per incisionẽ inquit. Et fortasse incisioni succedunt dolor,& punctura:quare oportet,vt administretur effusio olei anethini,aut chamomilini, super pũcturam,& super locum incisionis,ponantur emplastra facta cũ fœnugræco.& se.lini,& se.altheę,& similibus. Nonnulli vero,vt Henri.ad delendum tales tortiones perforatiuas intolerabiles,vinum cum sale bulliunt,quibus addunt de furfure tantum quòd spissetur:& ponunt in sacco qui omnes partes doloroſas comprehendit,calidum quantum poterit esse. & supra ligaturam applicant. Et cum infrigidatur,cum alio consimili remutant toties faciendo,donec tortiones, & dolores sedentur. De materia,si qua remaneret infra vẽtris spatiositatem,quæ nõ posset exire propter futuram,nõ est multum curandum:quia non potest esse multa,cum particulę illæ non sint multum sanguinolentæ.& vt dixit Gulielmus,

natura

natura eam resoluet, aut eam ad inguina delegabit, & ibi curetur secundum quod alia apostemata in hoc loco curari consueuerunt. De vulneribus, quę fiunt in dorso, eodem modo curentur, vt dictum fuit de spondylibus, & nucha superius in collo.

De vulneribus ancharum, & partium eius. Cap. VII.

VVlnera ancharum quædã sunt in partibus continentibus: quædam in cõtentis: quædã vero in extra procidẽtibus. Quæ autem sunt in partibus continentibus, eundem modum habent curandi quem & ventris superioris. Quę vero fiunt in contentis, quæ sunt vesica, & matrix, nihil habẽt propriũ à vulnere cõtentorum in ventre nisi signa: quia iudicia dicta sunt superius in sermone cõmuni. Signum quod vesica est incisa, habetur per exitum vrinæ, & per locum in pectine designatum. Signum matricis etiam denotat locus sub vmbilico, & exitus sanguinositatis. Et curãtur vt alia per suturã maxime circa eorũ colla: quia magis sunt carnosa. Ideo magis sunt consolidabilia, & in eis possunt fieri iniectiones cum his quæ præcepta sunt lambere in thoracis particulis. Vulnera virgæ & testiculorum & naticum, vt alia carnosorum vulnera curantur. Partes autem ancharum male ligantur ligatura incarnatiua. sed tenente medicamina: vt de vlceribus dicetur infra.

De vulneribus coxarum, tibiarum, & pedum. Cap. VIII.

VVlnera istorum mẽbrorum parũ differũt à vulneribus brachiorũ: Nec à vulneribus cõmunibus, nisi in prognosticatione, quę pro maiori parte dicta est in sermone cõmuni. Veruntamen vulnera genuum, & cauillarum: quia habent maiorẽ ossiũ ligamentorum, chordarum, & neruorũ infiltrationẽ: & quia sunt in bassiori loco, ad quẽ prõptius descendunt humores: sunt periculosiora. Vnde Auic. vulnera quæ cadunt in genu apud rotulam, sunt mala: & ad ea quandoque sequuntur accidentia mala: à quibus parum liberantur. Habent tamen proprium modum ligandi maxime circa pedem cum binda longa lata competenter incipiendo secundum longitudinem lateris cauillæ, transeundo

subtus

ſubtus per ſoleam,& voluendo ſupra pedem,& retro finem tibiæ ſupra talonem:& ita voluendo quouſq; ſufficiat. Nonnulli verò expediendo ſe, faciunt ligaturam ad tenendum ſecundum formam calcaris, & ligant ab oppoſita vulneris parte: habent etiam modum ſituandi ſecundum rectitudinem, quieſcendo in lecto, vt verificetur dictum lombardicum. *La man al petto,il piede al letto.* Sit deus adiutor noſter in ſecula ſeculorum, Amen.

Tractatus quartus,& eſt de vlceribus. Cuius ſunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima de vlceribus prout inſunt membris ſimplicibus.

Doctrina ſecunda in ſpeciali prout inſunt membris compoſitis.

Prima doctrina quinque habet capitula.

De vlceribus in vniuerſali. Cap. I.

VLcus ſecundum intentionem Gal. in quarto therapeu. eſt ſolutio cõtinuitatis in carne, in qua cõſiſtit vna vel plures diſpoſitiones quæ conſolidationẽ impediunt: ex quibus vt addit Auicen. ſanies, aut putredo cauſatur: non enim illud quod addit Henric. in diffinitione, eſt neceſſarium: videlicet emittẽs immundiciem diutius quàm per ſeptẽ dies. Nam tempus nihil facit ad rumbum. Quocunq; enim tempore etiam ſi in prima die inueniatur præſcripta diſpoſitio in carne, vlcus eſt. Neq; Gal. loquẽs de illis ſeptẽ diebus contra Theſſalum dixit, quod vltra hoc ſit vlcus. Nec valet quod dixit, ꝙ antiqui dicebant quod omne apoſtema poſtquã tranſit quadraginta dies, tranſit in vlcus: quia non dicunt in vlcus, ſed in fiſtulã. Nam in vlcere poteſt tranſire apoſtema, vel exitura ſtatim quod apertũ eſt. In fiſtula autẽ oportet quod interueniant multi dies, antequàm callоſitas quæ eſt eius differẽtia eſſentialis, ſit generata. Eſt ergo præfata diffinitio bona ſatis. Solutio enim cõtinuitatis pon

tis ponitur pro genere: quæ autẽ, & quot ſunt ſpecies ipſius, ſuperius de vulneribus patuit euidenter. Reliqua ponuntur pro differentia: in carnoſis ſiue mollibus particulis, ponitur ad differentiam corruptionũ oſsium quæ proprie non ſunt vlcera: ſed corruptiones ac etiã diſruptiones, vt ponit Auic. in 4. alia ponũtur ad differentiam vulnerũ. Nam vulnus eſt ſolutio per ſe ipſam ſine communicatione alicuius diſpoſitionis antecedente, neq; ſequẽte, vt Gal. dicit vbi ſupra: ſupple quæ faciat, & augeat vlcus, & conſolidationẽ impediat. Non tamẽ dico quin poſsit habere compoſitionem diſpoſitionum ſibi propriarũ: aut de neceſsitate conſequentium vt magnitudinem, paruitatẽ, deperditionem ſubſtãtiæ, & non deperditionem, æqualitatẽ, & inæqualitatem, & aliarũ: quarum intentio non multum repugnat à generali intentioni vulnerum, inquantũ vulnera, vt ſupra in tractatu ipſorum, aliqualiter fuit dictum. Ex quibus apparet quod generaliter vulnera reſpectu vlcerũ ſunt ſimplicia. Vlcera autẽ ſemper compoſita dicuntur: cõponuntur enim cum diſpoſitionibus quæ ſeorſum per ſe exiſtere poſſunt. Saniem, & putredinem addit Auic. per quę intelligit ſordiciem, ſquamas, & cruſtas, quæ in ipſis vlceribus contingere poſſunt. Species autẽ vlcerum ſecũdum Halyab. ſermone ſeptimo partis primæ libri regalis diſpoſitionis ſumunt ſuas differentias potiſsimas à tribus, à quibus perficiuntur & componuntur: à cauſis ſcilicet, morbis, & accidentibus. Nihilominus gratia breuitatis non implicando diſpoſitiones, vt primo therapeu. primi faciebant, vt melius cõprehendamus dicta Auic. qui inter cæteros de vlceribus melius dicit. Dicamus quod ſpecies vlcerum ſumuntur à duobus, à cauſis videlicet, & accidentibus: quia differentiæ, quæ ſumuntur à membris cõnotationibus cõmunibus in de apoſtematibus, & vulneribus ſatis patent: & in fiſtula etiam inferius explicabuntur. A cauſis ſumũtur quinq; ſpecies vlcerũ magis tamen propriorum, & ſanioſorum: ſcilicet vlcus virulentũ, & corroſiuũ, ſordidum, & putridum, cauernoſum, & profundum, fiſtula, & cãcer. Ab accidentibus accipiuntur quædam ſpecies cõmunes, quæ aliquo modo in gradu diminuto cum vulneribus inueniũtur, videlicet vlcus dyſcraſiatũ, doloroſum, cum apoſtemate, cõtuſum, cum molli carne & ſuperflua, vlcus cũ duritie, tenebroſitate labiorum, cum oſſe corrupto, cum varricibus, aut

vlcus

vlcus difficilis consolidationis, cum proprietate nobis occulta. Vlcus virulentum, corrosiuũ, & ambulatiuum, dicitur vlcus quod sui malitia, & acuitate emittendo virulentiam, membrũ mortificando consumit, & deuastat. Vlcus sordidum & putrefactũ, dicitur vlcus quod sui malitia putrefacit membrum, dimittendo viscositatẽ, aut carnem mollem, siue crustosam fœtidam, à qua fumus eleuatur fœtidus, & cadaueroſus. Vlcus cauernosum, est cuius orificium est strictum, & profunditas lata, & occulta: & hinc inde deuiando, habet multas vias absq; duritie & callositate. Fistula est consimile vlcus cum duritie & callositate. Cancer est vlcus latum, horribile, sordidum, cuius labia sunt dura & inuersa. Vlcus dyscrasiatum, est vlcus in quo dominatur mala qualitas prẽter naturam. Vlcus doloroſum est vlcus, in quo sensibilitas rei cõtrariæ reperitur. Vlcus apostemoſum, est vlcus in quo est tumor præter naturam ab aliquo humore procreatus.

Vlcus cum carne molli superflua, est in quo caro marcida præter naturam inuenitur. Vlcus cum tenebrositate & duritie, est Vlcus durum, liuidum in circuitu, sine fœtore. Vlcus cum osse corrupto, est vlcus residuum habens carnem mollem, in qua facillimè penetrat tenta, quæ id asperũ inuenit. Vlcus varicoſum, est vlcus in quo sunt à parte superiori grossæ, & repletæ venæ innaturales, ipsum vlcus imbibentes. Vlcus difficilis consolidationis cum proprietate, est Vlcus quod sine causa manifesta consolidari non potest.

Causæ vlcerum sunt duplices: antecedentes, & coniunctæ, quia causas primitiuas: vt dicit Dynus super quarto cañ. proprie non habent, cum aduentu primo disrumpendo carnem, saniem generare non possint, licet bene cõsequenter: eo quia antecedentes, & corporeas mouere possunt. Causæ antecedentes sunt humorũ prauitas, & eorum nimia quantitas potentium corrodere, & corrumpere corporis particulas. Quæ quidẽ generantur ex malitia regiminis, & ex peccato totius corporis, aut alicuius particulæ: hepatis videlicet & splenis. Causæ verò coniunctæ sunt malitiæ complexionum introductæ in vulneratis particulis ex causis dictis antecedentibus, aut vulneribus, & exituris, ac etiam pustulis apertis. Nam sicut ex formica, & herpesten, vlcus generatur corrosiuũ, ita ex carbunculo, & anthrace, sordidum: & ex apostematibus, profundum & cauernosum. Vnde Gal. 4.

therap

therapeu. Et tres modi dissanabilium vlcerũ videntur existere, qui ad dyscrasiam subiectæ carnis: & qui ex prauitate influentis sanguinis: & tertius quidẽ ex quantitate. & quartus qui à dyscrasia: quandoq; quidẽ ex qualitatibus solis, aliquando verò cum tumore & materia. & quintũ ipse addit in commento sexto aphorismorũ vlcera annua: secundum tamen translationem græcá, quæ sunt propter passionem ossis corrupti. Et sequitur in 4. therapeu. aliquãdo autem misceri accidit aliquas prædictarum dispositionũ, vel omnes simul: ex quibus multæ fiunt vlcerum species iam superius numeratæ. De simplicibus tamẽ tractabitur: vt per ipsas cõpositæ habeãtur. Causæ autem fluxus, & deriuationis hu. in sermone cõmuni apostematum requirantur. Sanies est humiditas alterata, & putrefacta, generata à sanguine, vel à carne contrita, velut cinis à lignis per calorẽ naturalem extraneatum. Dicitur alterata quia secũdum Gal. quinto simplicium pharmacorũ triplex est alteratio. vna fit à calore naturali in cibo laudabili: alia fit à calore extraneo in materia putrefactibili: tertia fit à calore misto in materia mediocri, à prima alteratione fit materia nutrimẽtalis: à duobus aliis fit sanies. Dicitur autẽ fieri à sanguine vel à carne contrita, qui quidẽ sanguis, quando venit ad vlcus, conuertitur, vt dicit Auic. ad corruptionem: propter debilitatem membri, ob quam attrahuntur ad ipsum superfluitates membrorũ vicinantium, aut propter vnguenta mollificantia, & lenientia ipsum cũ humiditate, & vnctuositate sua. & ista est causa saniei principalis, & coadiuuans dicebat Dynus super locũ. Et tunc quia superfluitates attractæ, vt testatur idem, non regi possunt perfectè à calore naturali: cõtingit quod in ipsis efficitur calor extraneus: propter quod in illis aliquis modus putrefactionis efficitur: ex quo cõtingit quod in saniem cõuertatur: & ita habetur causa mãterialis: Et ideo in tali cõuersione caliditas semper agit: & extraneatur & fit pugna cũ materia quousq; sanies sit facta. Et dicitur per Gal. in com. 2. aphorismorũ quod fit sanies de humore inflãmato, velut cinis de lignis. Et hoc dicit aphorismus Hipp. circa generationẽ saniei, magis accidunt dolores & febres, quã facta sanie. Sanies autẽ sumitur dupliciter: proprie pro illa quæ est alba leuis, carẽs fœtore horribili, laudata in sermone communi apostematũ: large, pro omni humiditate extra naturã

altera

alterata. Et de ista dicitur quod quædã est subtilis, quæ dicitur virus, quædam grossa, quę dicitur sordes, quædã mediocris, quæ simpliciter sanies nuncupatur. Est autẽ sciendum, quod sanies ista quædam est pauca: & ista contingit in vulneribus concauis, & aliis inquantum sunt vulnera. alia est multa, quæ quidem cõtingit in vlceribus, & propter hoc dicebat Henricus & bene, quod oportet quod sanies vlcerum sit plus debito. Ex quibus potestis iudicare, quod sanies est superfluitas mediocris ex mediocritate humorum generata in seminalem, & albam qualitatẽ mutata, vt dicebat nouus commentator super tertio techni. Alba enim sunt membra, quæ saniem generant, & sperma, vt experientia longæ lotionis carnis ostendit. Virulentia est superfluitas subtilis ex superfluitate humorum aquosorum generata. Quæ duplex est: calida, & frigida, serosa, & rubicunda.

Sordes est superfluitas grossa ex humoribus grosis generata. Quæ triplex est, quædam spissa, inæqualis, & coagulata alba: quædam nigra: alia verò velut fæx cineroſa.

Squamæ sunt superfluitates durę paruæ in corporibus, ad modum squamarum piscium, de humorum nitrositate circumcirca vlcus generatæ. Crustæ sunt ex eisdem, nisi quia sunt spisiores & grosiores, & super vlcera generantur.

Signa vlcerum habentur ex eorum diffinitionibus datis. Signa materierum influentium dicta sunt in apostematum doctrina. Quotiescunq; vides vulnus, & exituram emittere saniem illaudabilẽ, & plusquàm debeat: reputa illa ad vlcus deuenire. Iudicat Hippo. in sexto aphorismorum, quod vlcera quæcũq; annua fiunt, aut longius tempus habent, necesse est os emitti, & cicatrices concauas fieri. Et ex cõmento Gal. clarius tamen in translatione arabica habetur, ꝙ vlcus ex sui diuturnitate, & recidiuantia, pessimitatem ostendit.

Omne præterea vlcus secundum Auic. in primo cañ. fen. quarta. quod cito reuertitur, postquàm carne repletum est, & consolidari debet: est in semita perueniendi ad fistulam.

Iudicat etiam Halyab. octauo sermone partis primæ libri dispositionis regalis. Quodcunque autem vlcerum simplicium siue compositorum. si. 28. transiuerit dierum spatium, fistula deinceps vocatur nõ vera, sed similitudinaria: vt ipse in sequentibus exponit, & infra de fistula ostendetur. Amplius Auicen. in quarto iudicat, quod vlcera dura tendentia

versus

versus viriditatē & nigredinē, sunt mala. Significatur enim ℘ in eis calor naturalis est destructus. Præterea dicit ℘ vlcera frigida sunt alba, & mollia quiescentia propter medicinas calefaciētes, & calida ad rubedinē decliuia frigore delectantur. Et tactus super ipsam multū attestatur. Sicca & humida etiā suis effectibus cognoscuntur. Amplius vlceribus malis quādo associatur color corporis sicut albus purulētus, aut citrinus: significatur ℘ hepar, & sanguis suus sunt corrupti. Præterea vlcera quę proueniūt successione egestionum, sunt malæ curatiōis. Vlcera in circuitu deiiciētia pilos, sunt mala. Et renascentia ipsorū sunt bona. Et dicitur ℘ Hippo. in libro de signis mortis velocis, dixit ℘ cū sunt homini vlcera leuia, & apostemata. & destruitur eius ratio, moritur. Amplius vlceta, quæ in successione virulētiæ generāt saniē laudabilem, sunt bona. Significat enim ℘ natura est fortis, & materia obediens.

Iudicia saniei dicta sunt superius ex dictis literæ Auic. satis intricate cōcluditur, ℘ vlcera extremitatum lacertorum dorsi. & coxarum, & brachiorum, ac etiā mēbrorum intrinsecorum, & penetrantia ad ea: sunt periculosa. Amplius in vlceribus in quibus ante perfectā mūdificationē administrātur nascentia carnis, generatur caro mala, & superflua. Præterea vlcera rotunda sunt tardæ cōsolidationis, & ideo pueros sunt interficientia. Et in eis consulitur ℘ cum cauterio eorū forma rectificetur. Amplius vlcera colon, id est extremitatū, adducūt apostema in locis glādosis, & maxime quādo corpus est plethoricum. Transeunt enim materiæ, quę influunt ad vlcera, & propter spongiositatē earum partium, recipiuntur, & incuneantur ibidem. Præterea quando medicamina conferunt in vlceribus, aut saltim nō nocent, significatur ℘ sunt conuenientia, quando autem nocent, & addunt in humiditatē: tunc sunt incōueniētia, & oportet addere in virtutem desiccantiū. Quando autē addunt in caliditate, & rubore oportet minuere caliditatē, cū infrigidantibus. Quādo vero addunt in frigiditatem, & obfuscationem: tunc diminuas infrigidantia cum calefacientibus. Quando autem addunt in molliciem vlceris: tūc oportet styptica addere. Quādo autem corrodunt, & profundant vlcus: tunc eius absterſiones frangere conuenit. Et non faciat te errare medicamē absterſiuum, magis quàm oporteat: quia corrodendo mem-

brum,addit in humiditate, & virulentia : & tu credendo q̃ sit ex vlceris malitia , addis in eo:& ita vlcus efficitur profundius,& calidius simile apostemoso: quare infirmus sentit mordificationem. Præterea de rebus magis nocitiuis vlceribus est dies meridionalis, & humiditas aëris cũ caliditate. Et ob hoc dicitur q̃ vlcera tibiarum in Auinione difficilius curantur,quàm Parisiis. Cuius cõtrarium de vulneribus capitis,propter frigiditatem,& siccitatem cerebro summe nociuam in dictis regionibus inuentam.

Amplius scire debes,q̃ sicut iudicia vulnerum cõmunicãtur istis:ita & ista illis:& ideo recurrendum est ad ea in sermone communi vulnerum tractatus.

Cura vlcerum concernit duo,scilicet vlcus inquantum vlcus: & vlcus vt tale vlcus compositum cum sua causa,aut suo accidente,aut in tali membro seu quacunque alia dispositione. Inquantum autem vlcus est vlcus , requirit desiccationem,secũdum q̃ deducitur per multa dicta Hippo. in quarto therapeu. Et licet in hoc conueniant vlcera cum vulneribus,nihilominus differunt in maiori desiccatione. Nam vlcera maiori indigẽt desiccatione quàm vulnera,cum maiorẽ habeãt humiditatem. Et ideo intentiones cum quibus complentur, in tractatu vulnerum specialiter concauorũ requirantur. Inquantum vero tale vlcus compositũ cum sua causa,aut altera dispositione generante , & augente ipsum , requirit ablationẽ causæ,& dispositionis generantis, & augẽtis vlcus ipsum : vt deductum est per totũ quartum librũ. Et ista non est cura vlceris proprie:sed illius dispositionis. Et in hoc cura vlcerum cõuenit cum cura apostematũ. Et ideo quod hic deficit, in tractatu apostematũ,& in sermone accidentiũ vulneris requiratur. Duplex igitur est intentio taliũ dispositionum secundum Gal. in principio quarti therapeu. vel abscindere finaliter à corpore huius dispositiõis,vel vincere nocumentum quod ab eis est. Et hoc est dicere , q̃ cura est duplex,curatiua , & præseruatiua. Sed hanc quidem cum parua omnifaria existit dispositio,possibile est operari.Magna vero existente non conuenit vlcus in cicatricem ducere, antequam illa sanetur.

Cura ergo vlcerum vt talia vlcera composita cũ dispositionibus,tres , vel quatuor habet intentiones speciales. prima vitam ordinat, secunda materiam antecedentem adæquat: sed

sed tertia accidentia & dispositiones coniunctas rectificat, & quarta rectificatis dispositionibus curam vlceris reducere ad curam vulnerum concauorum præcipit.

Prima & secunda intentio complentur secundū naturam materiæ, quæ peccat, & quæ in corpore generatur: euacuando diuertendo cum phlebotomiis, purgationibus, diætis, cauteriis, vomitibus, & aliis diuersionibus, & intercipiendo fluxum ligando, epithemando, vngendo cum bolo armeno, & aliis infrigidantibus, & stypticantibus: de quibus omnibus in tractatu apostematum sufficiēter fuit data doctrina. Ita autem dicit Gal. in quarto therapeu. in fluētibus ad vlceratas particulas prauis humoribus curatio quidem quę est vt vlceratur, hic dicetur. Quæ vero vt cacochymia, vel plenitudinis, in propriis illarū ratiociniis iam est dicta superius in tractatu apostematum: & specificat modum de vtroq;. Quādo igitur paulo amplior, & non multo prauior fuerit eo, qui secundum naturam est, qui influit vlceratis humor, prohibere ipsum & repercutere conuenit stypticando, & infrigidando eas, quæ sunt ante vlceratas particulas. Oportet autem & superligationem supra repulsiuam incipere quidem à patiēte, dedūci vero versus sanam, sicut in fracturis iussit Hippocratis enim ligatura constringit meatus, per quos materia ad particulas influitur. Ad eas vero & in vlceribus ipsius afferemus pharmaca siccātiora his quæ simplicibus, scilicet vlneribus offerūtur, ecce differentiā. Nequeunte vero à pharmacis detineri, & compesci influxione (ecce bonam practicam,) causam eius scrutando, illā oportet abscindere prius. Si igitur propter imbecillitatem aliquā suscipiētis rheuma particulæ hoc accidit, hæc quoq; sanāda, erit autē hoc harū particularū vlceratarum propria quędam sanatio. Si vero propter multitudinē, vel cacochymiā totius corporis, vel alicuius superiacentium particularū, illa prius corrigenda. Imbecillitas quidem particulæ discrasia fuit, quomodo autem curatur dyscrasia, statim dicetur. Quomodo autem curatur particula, vel vniuersum corpus mittens materiam, quæ influitur, in apostematibus superius fuit dictum.

Tertia intentio quæ corrigit, & rectificat accidentia, & dispositiones coniunctas completur secundum naturam illorum accidentium seu dispositionum componentium ipsum vlcus. Oportet autem secundum Galen. in eodem

quarto doctrina prima,capitulo primo.Non enim omnium simul dicere oportet methodum curationis:sed vniuscuiusque seorsum.

Et primo vulnere dyscrasiato.

De quo sequitur statim in litera.Carnis igitur ipsius sana bis dyscrasiã. Siquidẽ arida,& dura & sicca appareat, fomentãs eucrata multoties à qua rectificabis carnẽ,in singulo vero vsu intentio sit tibi fomentationis. Quando videbis primo in ruborem & tumorem eleuatam particulam ascendere,diaphoraret enim quod attraxisti,si fomentares amplius, & consulit aquam non vinum,quia virtus pharmaci in vlceribus talibus debet esse humidior quã in sana carne.cũ soluta est. Si vero humidior ea,quæ secundũ naturam caro appareat:contrarium faciendum : intẽdendo quidem pharmacorum virtutem versus,siccius.aqua vero omnino nõ vtendo: sed si lauare volueris vlcus,vinum vel oxycratum,vel coctio cuiusquam herbæ austeræ præparetur. Secundũ hoc autem, & calidiorem decente carnem infrigidandum: frigidiorem autem calefaciendum , prout etiam dictum fuit superius de vulnerum dyscrasia.

De vlcere doloroso.

Clamat Gal. per totũ ℘ nihil magis acuit rheuma , & prosternit virtutem,& impedit rectam operationẽ , quã dolor. Et propter hoc consulit Auicen.℘ oportet in vlceribus doloro sis,quę sunt vehementis doloris,vt fit occupatio in primis in sedando dolorem,& illud cum mollificatiuis, quæ tu scis proculdubio. Et quamuis sint contraria vlceri, veruntamen cum non sedatur dolor, non præparatur nobis curatio.Copiam vero medicinarum sedãtiũ habuistis superius in tractatu apostematũ &vulnerũ,adhuc habebitis in multis locis.

De vlcere apostemoso.

Dicit Auicen. oportet vt sis adiuuans in prohibẽdo apostema,quoniam non est possibile cum apostemate , vt curetur vlcus. Et si nõ est tibi possibile, vt prohibeas,cura ipsum quodcunque fuerit , curatione sua cum obseruatione ipsius vlceris. Curatio apostematum dicta est superius in tractatu apostematum,& etiam de vulnere sermone communi.

De

De vlcere contuſo.

Dicit Gal. quod in quibuſcunque vlceribus caro contunditur, oportet eam putrefieri,& in ſaniem conuerti,& deinde nouam generare. Iſta enim ſecundum Auicen.indigẽt in primis,vt mollificentur & humectentur, prout dictum fuit de apoſtematibus ſuperius,& vulneribus contuſis.

De carne ſuperflua in vulneribus.

Et fortaſſe dicit Auic.oritur caro mala: quare eſt neceſſarium,vt corrodatur cum medicamine acuto, & liniatur deforis cum infrigidantibus,deinde eradicetur cũ eo quo eradicatur eſchara,deinde curetur. Et ad talem carnem corrodendam ſunt boni cortices aſphodelorum,& vnguentum apoſtolorũ,& ægyptiacũ,& alia,quę dicta ſunt de carne ſuperflua in vulnerũ tractatu,& dicentur inferius valde prompte.

De vlcere cum duritie, & tenebroſitate labiorum.

*Inquit Auicen.*ꝙ quando corrumpitur quod eſt in circuitu vlceris,& viride ſcit,& nigreſcit, cura id cum ſcarpellatione, & ſanguinis extractione: & etiam cum ventoſis:deinde adhære eis ſpongiam ſiccam: & poſtea medicinas exiccãtes. Si vero ad amplius diſpoſitio extenditur, dicit Gal.in quarto therapeu.ꝙ ſcrutatio debet fieri:vtrum abſcindendum ſit totum, quod eſt præter naturam:an curandum in tempore, ſup.cum medicinis acutis. Et palam eſt quoniam & laborãtis hoc caſu animo oportet vti. Quidam enim in tempore ampliori curari volunt abſq; inciſione: quidam vero quodcunque ſuſtinere prompti ſunt,gratia citæ ſanationis. Nihilominus ipſe dicit inferius:etenim promptiſsimum eſt ſcindere:maius vero,& artificialius eſt ſanare pharmacis.

De vlcere cum varicibus.

Conſulit Gal.in eodem quarto,ꝙ prius ſanemus eas,cõſequenter debemus ſanare vlcus.Cura tamen earum in tractatu apoſtematum,ſuperius eſt dicta.

De vlcere cum oſſe corrupto.

Vnde & Auicen. Et ſi in vlceribus ſuperueniunt oſsium fruſta, & panniculi, aut alia:ne properes in extrahendo ea.

Sed fac illud quod diximus superius in vulnerum ossium capitulo. Si autem os est corruptum, est cõsilium ipsius incidere carnem, & detegere ipsum os quãtum erit possibile: & hoc cum rasoriis, aut cum corrosiuis: vt dicetur infra de tibia vlcerata. Et ipso discooperto: si fuerit possibile auferre, quod est super ipsum cũ fricatione, faciemus. Et si nõ incidemus, & faciemus illud cuius est expositio in cap. corruptionis ossis, in quo dicit. Curatio corruptionis ossis est eius fricatio, & eius abscisio & serratura. Nam necesse est radere & cauterizare perueniẽdo ad vltimũ corruptionis eius: vt cadant cortices per se, aut cũ auxilio medicaminũ: ad quod laudat Aui. istud, quod Re. aristolochię, ireos, myrrhę, alces, corticis plãtæ opoponacis, cãbil adusti: & est terra rubea minuta, vt arena, æris, corticis pini, ana: aggregentur, supple cum melle, & fiat emplastrũ. Est enim mirabile, vt dicit, faciẽs cadere cortices ossium, & nasci desuper carnem bonã. Et certe Lanfr. in isto casu laudat cauterium actuale post omnẽ rasuram, & bene dicit: quia si corruptio ossis est ex humiditate contaminãte ipsum os: nihil eam ita cito & infallibiliter desiccat, & prope & longe sicut actualis ignis. Post cauteriũ vero iubet ipse Lanfr. infundere locum cum oleoros. calido. Ego autẽ post cauterium oleum ros. cum albumine oui per tres dies pono: & per alios tres cum vitello oui, & post butyrum cum melle ros. & desuper vnũ de mundificatiuis vsque ad ossis exfoliationem continuo, & post cum puluere emplastri dicti incarno & consolido.

Quia si corruptio peruenerit ad medullã: tunc dicit Aui. quòd nõ excusatio: quin assumatur illud os cum medulla sua sicut narrat Albuc. quod fecit in corruptione ossis cruris iuuenis 30. ann. & si est de illis quæ possunt serrari, secures te de loco cum tẽta vsquequo inueneris adhærẽtiã carnis cum osse, quia illic est terminus, & seca audacter. Si vero fuerit caput coxæ vel anchæ, & sicut spondyles dorsi: tunc fugere ab eius curatione melius est propter nucham.

De vlcere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta.

De quo dicit Auic. quod nõ sunt putrida, neque corrosiua, neque ambulatiua: sed sunt vnius dispositionis, plana, claudentia, & recidiuantia sępe. In quibus sunt necessaria medi-

camina

camina cum proprietate fortiter deſiccantia: ſecundū quod ſunt ſcoria æris, & flos æris aduſtus, & ſcoria ferri, glutinum auri, colcotar, dragagātum, cum alumine & gallis quæ prohibent materias currere ad membrum. Et de iſtis facit cerota & vnguēta & pulueres Gal. in quarto catageni. à quo accepi vnā formam: quā Aui. narrat. Et Brunus eam cōfirmat. Reci. climiæ, aluminis, glutinis auri, ana partes octo, floris æris, corticis æris vſtorum, ana partem j. gummi cypreſsi partes quatuor, ceræ, olei roſ. aut myrtini, ana quod ſufficit, fiat vnguentum. Et ita tertia intentio completur.

Quarta intētio quæ locum vlceratū ſanat: poſtquā diſpoſitio repugnans cōſolidationi fuerit ablata, & rectificata cōpletur cum eiſdē intentionibus & modis qui dicti ſunt ſuperius, quod curantur vulnera cōcaua in quibus ſubſtātia fuerat deperdita. Quis enim nō nouit inquit Galen. in quarto, quoniam omne vlcus male morigeratum, mox & cōcauum ſeu excoriatione fiēs. Et quòd talia vlcera in fine ita debeāt curari, teſtatur idem Gal. in quarto. dum dicit. Nulla autem harum curationū quæ ſuppletractātur in quarto, eſt vlceris: ſed diſpoſitionis generātis vel augētis ipſum. Et ſubdit inferius longe, quod poſt illas curatio eſt vlceris quæ dicta eſt in iij. lib. videas ergo aperte quātam communitatem habet cura vlcerum cum cura vulneris, & etiā apoſtematum. Non ergo mireris ſi Gal. in multis commiſcuit doctrinas.

De vlceribus propriis ſanioſis, & primo de vlcere virulento & corroſiuo. Cap. II.

VLcera virulētia à corroſiuis non differunt: niſi ſecundum magis & minus. Nam in principio, dum nō emittunt niſi ſolam virulentiam, dicuntur virulenta. Poſtquam autem augetur acuitas, & malitia, & corrodendo augmentatur capacitas ſiue eſchara, dicitur corroſiuum. Et ſi incedit hinc inde non multum in carne profundando, dicitur ambulatiuum. Si autem in tantum augmentatur malitia quod conſumit membrum, dicitur manducans. Et dehinc tranſit ad lupum & ad cancrum.

Cauſæ iſtorum vlcerum ſunt praui humores cholerici, acuti, & mortificatiui, qui propter ſui aduſtionem quandam fraudulentiam adipiſcuntur, quæ vtplurimum veniunt poſt formicas, & puſtulas pruriginoſas, & poſt vulneratum mor-

dicatiuis irritata.

Cura istorum stat in debita diæta,& purgatione,sicut est dictum superius de herpesten & formica. Vnde Galen. quarto therap.cõtra Thessalum. Age igitur sicut opere multoties vidimus,ita & sermone hominẽ formemus sanatione vlceris male morigerati egentem,si quidẽ aliquis scalpens aliquam particulã per quã erigatur confestim vesica,deinde virus, & rursus scabiosa fiat illa eadem particula,& erupta vesica vlcus mali coloris inæqualiter rodẽs fiat. & hoc in tribus vel quatuor diebus à principio cõcidat.dicat mihi aliquis Thessaliorum,quomodo oportet sanare huiusmodi vlcus. Ego enim aio male morigeratũ omnino existere ipsum, & propterea scrutabor cõfestim totius corporis dispositionẽ qualis sit: inueniã enim tum ex symptomatibus ipsius vlceris, tum ex signis,quæ totum corpus ostẽdit, qualis maxime sit specie,qui abũdat humor, & hũc euacuabo pharmaco mox. Nã vt dixerat,prius cõsultum est ab omnibus fere antiquis quicũque ratione aliqua,& methodo de cura vlcerũ scripserunt:quod abscindere oportet operãtes eas causas prius. Et nõ solum in vlceribus esse puto necessariũ: sed in omnibus ęgritudinibus simpliciter,quorum efficiẽs causa adest,ab illa incipienda est curatione.Nam cõmunis est admonitio,tertiodecimo therap.cap.vlti.quòd quia euaporatiua pharmaca multitudine existente in toto corpore particulis quibusdam ablatis,attrahẽdo ad instar vẽtosæ implerẽt magis quã euacuarent.nullo vti audeas euaporatiuorũ auxiliorũ antequam euacuatione totius corporis,aut partis superiacẽtis superabundantiã mittentis vtaris.Et de hoc fuit can.conclusus tertio techni.vnum cõmune habes præceptũ.Efficiẽtem vnamquãque earum causarũ oportet abscindere prius, deinde sic venire ad eã dyscrasiã,quæ facta est ex illa ægritudine.Facta ergo euacuatione,sicut fuit factũ in illa muliere romana patiente formicã:veniendum est ad dispositionẽ factã quã si videas calefactã, ipsam infrigida cum frigidis, & siccis styptricãtibus,& desiccãtibus,lauãdo vlcus,& totã particulam cũ aqua aluminosa.nã illa abluit,repercutit, & desiccat,vt dicit Auic.aut cum aqua plãtaginis & ros.aut cũ aqua ferrata,aut cum aqua decoctionis cyperi,aut myrabolanorum,cypressi,plantaginis,psidiæ,balaustiæ,& consimilium. Et in circuitu pro defensione ponatur,vt dictũ est, vnguen-

tum

tum de bolo. Et in medio vlceris ponatur aliquis puluis desiccatiuus, de lethargyro, plumbo vsto, tutia, antimonio, ære vsto, corallo, hæmatite, spodio lotis, atque psidia, myrabolanis, & cõsimilibus, & plagella de carpia linita cũ vnguento albo. Rasis autẽ cum vnguento de sexta parte lethargyri in quo cõueniũt omnes: aut cum diapõpholygos, quorũ formæ dicẽtur infra in antidotario. Et desuper plumaceolum effusum in oxycrato: & postea ligetur ligatura exprimente, de qua mentionẽ superius audiuistis. Ego autẽ in talibus vlceribus cõsueui post lotionẽ absque aliquo ponere laminã plũbi tenuẽ, in qua virtus argẽti viui cũ aqua plãtaginis sit infixa: & ligare ligatura experimẽte: quod nõ est fas loqui propter idiotas. Tu autẽ videas in nodo de simplicibus pharmacis, cap. de molybdo, id est plũbo, & intelliges incredibilia de eo. De aqua aluminosa rationabilia addisces, si legis primum librũ libri allegati: de ligatura alias mirabilia sunt tibi dicta. Si autẽ corrosio vltra applicata augetur, & augmentetur, purga & repurga, & cõsumatur, & desiccetur materia cõiuncta corrodens cum cauterio actuali, si vis, quia pretiosius est: aut plumaceoli cum puluere aut trochisci asphodelorum, aut calidicõ, & ob hoc encaustrũ est vtile. Et si est necesse cum arsenico sublimato, in parua tamẽ quantitate, secundum quod dictum fuit in tractatu apostematũ de esthiomeno. Et locus in circuitu semper defendatur cum frigidis. Et si corrosio ita ambularet, quandoque est necessarium, vt dicit Auicen. incidere membrum.

De vlcere sordido & putrido. Cap. III.

ISta etiã duo non differunt, nisi secũdum magis & minus. Nam dum vlcus nõ habet nisi sordẽ & saniem grossam & viscosam: dicitur sordidum: postquam autem augetur ipsius malitia, ita quod putrefacit, & mortificat carnem dimittendo sarra, à qua eleuatur fumus fœtidus, & cadaueroſus: dicitur putridum fraudulẽtum. Et si ambulat eius malitia, trãsit ad esthiomenum, & ad hominis mortem.

Causæ istorum vlcerum sunt humores sanguinei grossi prauí & ebullientes: ex qua ebullitione adepti sunt venenositatem, quæ vtplurimum veniunt post carbunculos, & anthraces, & apostemata, & vulnera male tractata.

Cura talium vlcerum stat in diæta, & euacuationibus tali-

bus, sicut superius fuit dictum de carbũculis, & pustulis crustosis, & putrefactis. Vnde Auic. in quarto horum malorum vlcerum curatio melior est cum mundificatione corporis, aut ipsius membri si corpus fuerit mundum, cũ eo quod mũdificat ipsum solum cum ventosis, aut staraxaconibus, & sanguisugis, & epithemationibus rectificãtibus oppilationem: & rectificatio sanguinis cum debita diæta. Et post ad vlcus deueniẽdum est, ita quòd primo sordes lauetur cum hydromelite, aut cum aqua maris: deinde mundificetur cũ vnguẽto apostolorum, aut cum vnguento ægyptiaco. Et desuper præcipit Lanfr. mundificatiuum factum de succo absinthij, melle ros. farina hordei, de myrrha: & circumcirca semper vnguentum de bolo, & desuper stupatã de oxycrato. Si vero sordes cõuertatur in putredinẽ & corruptionem, lauetur locus cum oxycrato, aut cum aqua cineris seu saponis. Et emplastretur cum carne pisciũ salitorum, & farina orobi, & aristolochia nõ rotunda sed lõga, vt dicit Theodo. & squilla coctis cum vino & mistis cum melle. Et ad eandem intentionem Auic. dictat istud medicamen expertũ, & illud Brunus concedit. Reci. dragãti rub. vnc. j. calcis viuæ, aluminis, corticis granatorũ, ana drag. vj. thuris, gallarũ, ana drag. iiij. cerę olei, ana, quod sufficit fiat vnguentũ. vitrioli partes xij. colcotar. x. dragãti 14. coquãtur cum aceto, & fiat ex eis linimẽtum. Et semper vnguentũ de bolo ponatur in circuitu: & desuper stupata cum oxycrato. Et quãdo huiusmodi vlcera superfluunt in corruptione, fit necessarium secundũ Aui. vt eleuẽtur corruptiones cum cauterio actuali ignito, aut cũ medicaminẽ acũto, aut cum incisione, vt nõ remaneat nisi caro sana cognita per bonitatẽ coloris & sãguinis eius. Et medicamen quidem acutum, quod non habet par in hoc casu, est arsenicum sublimatum: vt dictum fuit superius in esthiomeno, & in glandulis. & dicetur infra: in quo pro ista materia est recurrendum. Et fortasse fit necessarium, vt dicit hic, & supra Auicen. incidere membrum, vt saluetur corpus à putrefactione sua.

De vlcere profundo & cauernoso. Cap. IIII.

VLcera talia sunt cum orificio stricto, & profunditate lata occulta, vnica vel pluribus, recta vel torta absque duritie & collositate. Et in hoc differunt realiter à fistula: non

non obstante quod idiotæ omnia talia vlcera fistulas dicũt: quod tamen non est verum, vt dicetur.

Causæ istorum vlcerum sunt apostemata, & vulnera malè curata: quando enim sanies magis stat in exitura quàm debeat, aut in vulnere profundo, quod nõ potest per orificium mundari, quia superius est, & fundus inferius, & tardatur contra apertio: sanies conuertitur ad nitrositatem, & malitiam: & ita contaminantur parietes cauernæ, quod non possunt incarnari & consolidari: & fit sinus talpus, seu cauerna. Ad quam propter hoc quia debilitata est particula, trahuntur superfluitates à membris vicinantibus, & ab vniuerso corpore, & efficitur vlcus dissanabile.

Significatur natura cauernæ cũ tentis, & probis de argento, plumbo, de radicibus, & cereis candelis, & cum iectionibus coloratis. Significatur materia exiens per colorem, quando est similis loturæ carnis: & per subtilitatem, quod est calida: & per albedinem & serositatem, quod est frigida. Indicatur quod talia vlcera conglutinãtur per bonitatem, & paucitatem eius quod currit: & per priuationem doloris, & tumoris in secundo ad Glauconem: & per oppositas conditiones, quod non conglutinatur indicatur.

Cura istorum vlcerũ stat in bona cõuenienti diæta, & purgatione secũdum materiam humoris peccantis, dicta superius in tractatu apostematum: deinde veniendo ad particulam, si tu potes cum vnguentis, & emplastris mũdificatiuis, & desiccatiuis siue incarnatiuis, & bonis pressuris, & stupatis infusis in vino styptico, & decenti ligatura curare locum, facias & tentes. Et ad hoc laudatur vnguentum apostolorũ, nigrum, diapalma in secundo ad Glauconem. Si autem non possit, eo quia figura non est apta, imò radix fundi est inferius, & orificium superius: si est tibi possibile, vt alteres situm: sicut in eodem secũdo ad Glauconem narrat Gal. quod fecit de illo qui habebat vlcus profundum in brachio, & in coxa, taliter eleuando particulam quod radix sit superius, & orificium inferius, facias. Si autem non potest fieri: tunc melius est, quod aperiatur in radice, aut incidatur secũdum totum cauerna, vsq; ad profundum. Et tũc cum lichiniis, aut cotonibus taliter mundificetur, & desiccetur & incarnetur: & sanetur secũdum quod dictũ fuit superius de profundis & concauis vulneribus: ad quæ est pro ista materia recurrendũ.

Est tam

Est tamen aduertendum, ꝙ antequàm fiat incisio, sanies in loco cõgregari dimittatur, vt parietes cauernę attenuentur, & tasta melius intromittatur. Secundo ꝙ tasta, quæ infigetur, sit lenis, & cum aliquo vnctuoso inuncta, vt sine dolore intromittat. Tertio quod tasta vel aliqua proba quæ intromittet, sit perforata in cauda ad modũ acus: per quod possit poni cero factus de canabo, aut de aliquo gracili bindello, aut de chordula quæ intromittet. Et facta incisione sedetur dolor, & fluxus sanguinis cũ albumine oui & aliis, quæ videbuntur opportuna. Et post inungatur, & remutetur cero, suendo, aut ligãdo alium cũ illo, aut lichinia liniantur cum aliquo mũdificatiuo: & desuper, & in circuitu ponãtur, quæ superius sunt dicta. Si aũt non est tibi possibile, vt facias incisionem, consulit Auic. ablutionẽ cum clysteriis secundum modum Albuc. si confidit, ꝙ adhæreant primo cum mundificatiuis: deinde cum incarnatiuis. Et ad mundificandũ Gal. in 2. ad Glauc. præcipit melicratũ solum: & post cõcedit vinum cui quãdoq; mel coniungit ad expurgandum quidẽ, & mundificãdum eos, qui circa eum liquores: melius est melicratum, vt dicit: ad futurã verò conglutinationẽ, vinum. & desuper spongiam nouã in vino infusam. Alij verò, vt Auic. præcipue si malitia fuerit notabilis, lauãt cum aqua cineris: aut cũ aqua maris, & cum aqua aluminosa: quæ cũ hoc quod est lauatiua, est prohibitiua eius, ꝙ attrahitur ad membrũ. Albuca. præcipit immittere vnguentũ ægyptiacum dissolutum cũ aqua & melle. Nonnulli verò, vt Lanfrãc. & Henric. si vlcus fuerit calidũ, & virus, vt lotura carnis rubeũ, lauant cum aqua & melle, & decoctione hordei, lenticularũ, rosa. balaustiarũ. Et si vlcus est frigidum, & virus aquosum, lauant cũ vino, & melle, decoctione absinthij, marrubij, pimpinellæ, atq; myrrhę. Ad incarnãdum verò inquit Auic. ꝙ oportet quod medicinæ fiant currentes lauatiuæ cum viscositate adhærente, & iniiciantur in eis cum clysteriis, & immittantur cum lichiniis & tentis. Et nos quidẽ iam experti sumus, inquit Auic. emplastrũ apostolicon, id est apostolorum, & centaurea: quando cum ea impletur, & est mirabilis valde. Post aũt iris illyrica, & symphyton addit Gal. deinde farina orobi & similia. Et desuper ponantur emplastra, & panni liniti cum aliquo, quod habet rectificare illa, vt diapalma, & emplastrum nigrum, vel flauũ cum gallis, & mel coctum cum

puluere

puluere thuris, myrrhæ,& aloës,vel quædam horum,vel omnia simul:& vinum stypticum grossum. Et postea ligetur, vt docet Gal.in 2.ad Glauc.& Henric. istam ligaturam approbat valde.& licet litera Gal.ibi sit satis intricata:nihilominus assumatur,sic quod post expulsionẽ,& mundificationem materiæ ponatur super totam cauernã emplastrum incarnatiuũ de dictis perforatum quantũ tenet orificium vlceris: & super illud orificium reponatur illud quod amotum est de perforato: & postea ligentur strictè cum binda cõcernente vtraque extrema cauernæ, incipiendo à fundo ipsius vsque ad orificium relaxando:postea ligetur orificium cum paruo emplastro cumvno bindello:ita quod prima ligatura non soluatur vsq; ad complementum incarnationis.Sed secunda de tertio in tertium diem remutetur. Cõmuniter ligatur cum ligatura exprimente cũ ingenio, quod cum ipsa & bonis pressuris constringas per totum fundum. De tenta hæsitant multi,vt Henricus,& magister meus Bonon.quod solida nõ ponatur:quia saniem in loco retinet.sed canulata aut duplicata,vt sanies continue valeat exire.Et spongia super orificium ponatur,vt sanies trahatur exterius sugendo.

De fistula,&c. Cap. V.

FIstula est vlcus profundum, & cauernosum cum callosa duritie à parte interiori, à quo procedit vtplurimũ sanies virulenta manans,& hoc est quod dicebat Gal.in de tumoribus præter naturã. Est autem & fistula strictus,& longus sinus.quę sicut alij sinus coërcetur,& rursus abscedit ob influxum superfluitatũ quemadmodum illi.quandoq; enim clauditur,& nihil emittit.quandoq; aperiẽ,& emittit:& hoc secũdum diætam,& purgationẽ.Et ideo sanies virulenta nõ est essentialis differentia ipsius:sed callositas dicta.cũ forma fistulari.Neq; obstat quod dicit magister Arnol.ꝙ quandiu sanies fistularis aquosa, vel glutinosa, seu prauæ qualitatis extiterit,fistula viua manet: quia non conuertitur.ꝙ si non manat,fit extincta:licet ipse suggesserit, ꝙ quandiu vixerit fistula,nũquàm poterit obturari: quia hoc est verũ perfectè. Sed quoniã ad tẽpus,& imperfectè posset exiccari & claudi: nõ putauit Gal. neq; Albuc.dum dicit. Et est in quibusdam horis humiditatẽ emittens: in quibusdã verò horis abscinditur humiditas ab eadem.Illud idem Halyab tenuit atque

Brunus.

Brunus. Iamerius & quatuor magistri de duritie, de qua reprehendit Rogerium, & Rotlādum Henricus, non dubito, quoniam ipsi intellexerūt ipsam: quia cum consumentibus carnem durā iubent eam curare. Et glosatores ipsorum ita glosauerūt. Fistula quædam est in carne, quædam in venis, quædam in neruis, quædāverò in ossibus. Amplius quædam est recta, quædā obliqua, siue torta, & quædā est vnius sinus & orificij, quædam multorum. Et quædam est in iuncturis, quædam in oculis, quædam in faucibus, quædam in pectore, quædam in verendis. Et sic consequenter. Ab istis enim differentiis sumitur prognosticatio, & indicatio curatiua.

Cause fistularum sunt ea quæ vlcerum cauernosorum: quia quancunque fistulam præcedit vlcus cauernosum, & ab illo oritur: verum humores qui currunt, & corrumpunt locum, sunt peiores in fistula quàm in vlcere cauernoso. Est enim illa materia phlegmatica, & melancholica: vt dicit Gulielmus de Saliceto: in qua adustio adducit acuitatem & venenositatem. Et propter hoc dicebat Arnoldus, quod humiditas dominans, & ancillans frigiditas, supple corrupta fistulæ viam præbet.

Signa & iudicia. Signa fistularum sumuntur à substantialiter inhærentibus, vt ab illo corio calloso, & à forma fistulæ instrumentalis: & ab accidentibus & effectibus, vt à virulentia, & horribilitate, quæ aliquando currit ab ipsa: & à dolore, qui paruus est nisi sit iuxta neruū. Significatur quod est in carne ex grossa & viscosa & turbida & cruda humiditate, quæ currit ab ipsa. Quod si in neruo, ex dolore & tenuitate eius quod exit. Quod si in venis, ostenditur per exitum sanguinis & fæcis. Quod in osse, ex tenuitate & subtilitate eius quod exit, vt ponit Auic. Et ad hoc iuuant probationes cum tentis, & probis, & lotionibus coloratis. Et locus & tempus faciunt ad hoc: quia si est iuxta neruos & ossa: considerare possumus & infecit ea. Etiam si trā sīuit annum, quod est in osse. si verò nō, quod est in carne vel in neruo. De corruptione ossis quomodo cognoscitur, dictum est supra.

Iudicatur quod fistula ex toto genere difficilis est curationis, maximè profunda, & tortuosa, massata, & antiquata: & quæ plures habet concauitates. Præterea fistula, quæ est in membro nobili, & prope ipsum, & quæ ad interiora penetrat, ad pectus, ventrem, & vesicam, vel ad aliquam de cō-

sīis, vel

stis, vel de spondylibus, vel aliquam iunctura, puta manus, vel pedis suspecta est, & maltę curationis. Et occupatio in ea est, vt dicit Albuca. labor, & ignorantia.

Curatio. Fistula duo habet regimina. vniuersale videlicet, & particulare: vniuersale regimen tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secũda materiam peccantem euacuat. sed tertia membra interiora confortando, & desiccando fistulam ad consolidandum adaptat.

Prima intentio completur cum debito regimine secundum materiam ordinato.

Secunda completur cum euacuationibus materiæ appropriatis, de quibus duabus superius in tractatu apostematum specialiter frigidorũ satis plenarie fuit dictum. Sed tertia completur cum potionibus ad fistulam probatis quarũ ista est mihi magis dilecta. Recipe agrimoniæ partes iij. plantaginis partes duas: foliorũ oliuæ partẽ vnam: scindantur minutim, & pistentur, & cũ vino albo coquantur: & fiat colatura: de qua quolibet die in aurora cyathus vnus administretur.

Item ad idem. Recipe osmũdæ partes tres, gentianæ partes duas, centaureæ partẽ vnam. coquantur cum vino albo: & vt supra administretur. Est enim efficax in ossium expulsione.

Regimẽ autem particulare tres vel quatuor habet intentiones. Prima strictum orificium ampliat: secunda fistulam aufert & mortificat: tertia locum mundificat. sed quarta locum mundificatum incarnat & sanat.

Prima cõpletur quod postquàm erit bene certificatus de semita & profunditate: per foramẽ imponatur tenta de radice gentianæ, aut mali terræ, aut bryoniæ, aut dragonteæ, vel de fustis spongiæ, bene torta & aptata: quia de medulla sambuci, & ebuli nõ placet mihi, eo quia in extrahendo sæpe frangitur. Imò ex hoc consulo quod tentæ ligentur cum filo, vt si adhærerent, aut profundarentur nimis: possint extrahi sine fallacia: & fiant grossæ, & longæ, secundum foraminis quantitatẽ. Et quod stet per duodecim horas, post autem remoueatur tenta. Et si foramẽ est sufficienter ampliatum: completa est prima intentio. Et venit secunda, quæ est mortificare fistulam. Quæ quidem secũda intentio completur vno de trib. modis. vno modo sine incisione per immissionem acutorum, & corrosiuorum. alio modo cum incisione, & cauterizatione. tertio modo cum incisione, & callosi-

tatis

tatis euulsione. Primum modum docet Guliel. facere cum impositione tentæ, trochiscis asphodelorum: & Rogerius cum tenta de calce & sapone, aut cũ tenta linita de arsenico quæ non fallit. Si autẽ fistulæ essent diuersæ cauernæ: tunc oportet distemperare talia acuta medicamina cũ aceto, aut aliquo liquore, & iniiciãtur cum instrumento taliter quod veniant ad omnes profunditates, & claudatur foramẽ quod morentur infra, quousq; suam fecerint operationẽ. Et hoc est quod dicebat Arnold. fistula tortuosa, & intricata nunquàm permittitur, nisi felleis, aut nitrosis liquoribus imbibatur. Ad hoc enim multũ valet aqua fortis alchimistarum saltim prima. Omnes enim fistulas mortificat & disrumpit.

Cum incisione & cauterio completur ista secũda intentio sic. quod imposita tasta lignea vsq; ad radicẽ fundi, scindatur tota cauerna ab orificio vsq; ad fundũ, eo modo quo dictum est superius de vulnere, & vlcerib. cauernosis, & statim propter fluxũ prẽparetur cum albumine oui, & tentis dilatantibus labia vlceris. Et post in crastinũ cauterizetur locus cum cauterio actuali: aut cum potentiali facto de puluere asphodelorũ, aut arsenico. Auic. verò hoc facit cum argento viuo sublimato taliter, ꝙ nihil corruptum, & callosum neq; præter naturã remaneat in vlcere, quin sit totum desiccatũ eiectum, & consumptũ. Et in circuitu frigida semper apponantur, vt dictũ est. Quomodo autem separatur os corruptum, superius fuit dictum. Signũ autem, ꝙ acuta medicina suam perfecit operationẽ, est vlceris tumefactio, vt dicit Roger. & trium dierũ mora, vt habet vsus. Cum autẽ fistula cauterizata, & desiccata fuerit: succurratur cum medicamine mitigatiuo, sicut est in primis diebus oleũ cum ouo: deinde cum butyro aut aliquo vnctuoso quousq; ignis, & eschara cadat, & in saniem cõuertatur. Cúmq; sanies quæ prius erat indigesta, egreditur digesta, & minorata: signum est ꝙ fistula est mortificata. Et hoc bene dicebat Arnoldus. Ex quacunq; sui parte fistula saniem puram, & perfectã emiserit, ibi est fistula iam extincta. Cum incisione siue cauterio completur ista secunda intentio, ꝙ facta incisione vsq; ad fundũ, vt dictum est, auferatur cũ rasorio tota caro in circuitu, callosa, & putrefacta taliter quod locus remaneat purus, ꝙ apparebit per præsentiã carnis bonæ, vt dicit Auic. Et ista est vera mortificatio, & curatio fistulæ, & si per istos modos nõ curantur,

remit

remittantur ad ſanctũ Eligiũ, vt dicũt gẽtes. Nõ obſtante, ꝙ Lanfrancus promittit eã curare cũ agrimonia & ſale, quod tamen in opere non inueni. Et ſi eſt inuentũ in vlceribus cauernoſis, & fiſtulas recentes dicit Auic. ſatis fuit etiã, ꝙ cum pater noſter colligeretur: & ita cõpletur ſecunda intentio.

Sed tertia intentio quæ eſt mundificare locum, & quarta, quæ eſt locum mundificatum incarnare & ſanare, complentur vt iam dictum eſt de aliis vlceribus cauernoſis.

De cura palliatiua.

Quando autem fiſtula eſt in tali loco, ꝙ non poteſt curari, & quãdo eſt in mẽbris ſublimibus, & in vicinitate neruorũ & venarũ, vel ſi æger eſt debilis, et nõ poteſt ſuſtinere pœnã, vel propter timorẽ eſt magis decliuis, vt remaneat cũ eo ægritudo, vel forte, quòd per eius curã peior ægritudo ſequeretur, vt in fiſtula longaonis, inuoluntarius fæcis exitus: tunc neceſſariũ eſt ipſam palliare cũ diæta, & purgatiõe, & diuerſione materiæ ad partẽ minus nobilẽ. Et mundificare ipſam à carne fraudulenta & vnctuoſa. Deinde repleatur cum exiccatiuis domeſticis, & cooperiatur cum diapalma, aut emplaſtro nigro; quoniã ipſa remanebit quieta tẽpore lõgo: duntaxat ꝙ caueatur ab aqua, & à ſitu doloroſo, & à motu laborioſo. Et iſtã palliationẽ ponit Auic. & Arnoldus ſuper eã ratiocinatus eſt, dũ dixit meatus innaturalis, qui diu manauit, vt in fiſtulis antiquatis, obturari nequit abſque timore grauioris incõmodi, niſi manatio conſueta ad proxima deriuetur.

De cancro vlcerato. *Cap. VI.*

CAncer vlceratus eſt vlcus apparens, rotundũ, horribile, fœtidum, cum labiis groſsis, duris, & nodoſis, inuerſis, ſubleuatis, & cauernoſis, habens colorem liuidum & obſcurum, & in circuitu venas ſanguine melancholico plenas. Et videtur ſecundum Auicen. quod nominatur cancer propter vnam duarum rerum, aut propter ſuam tenacitatem cum membro: ſicut tenacitas cancri cum eo quòd venatur, aut propter formam ſuam, quia rotunda: & venas emittit in circuitu, quæ ſunt ſicut pedes cãcri, & colorem habet obſcurum, vt cancer. Et Henricus addit, quòd corrodendo perambulat, vt piſcis ille. Species & differentię cancri ſumuntur à tribus, ab eſſentia ægritudinis: à materia ex qua fiunt:

& à membrorum natura. Per primum dicitur ꝙ cãcer alius est suauis, paruus, non multum doloroſus: alius magnus, & violentus, vehementis doloris. Per ſecundum dicitur, ꝙ quidam eſt ex melancholia aduſta de ſe, & quidam ex melãcholia aduſta ex aliis humoribus, maxime ex cholera aduſta. Per tertium dicitur, ꝙ quidam fit in membris ſimplicibus, vt in carne, venis, neruis, & oſsibus: quidam in compoſitis, vt in facie, qui communiter, Noli me tangere vocatur, in coxis, lupus: in medio corporis, cingulus, vt dixit Rogerius, nõ obſtante quod brunus, & Theodoricus dicunt, quod nullus antiquorum ita nominauit.

Cauſatur cancer vlceratus à non vlcerato, & ab vlceribus irritatis, & indocte curatis. A cancro non vlcerato cauſatur cancer vlceratus incidendo, ſicut ſuperius de apoſtematibus melancholicis in cancro fuit dictum. Ab vlceribus & vulneribus cauſatur cancer, quando propter irritationem cum acutis aduruntur, & commouentur humores praui melancholici, & fluunt & trahuntur ab vniuerſo corpore, & à vicinantibus membris in loco, & putrefiunt, & calefaciunt: ac acuitatem & venenoſitatem acquirunt, ex quibus generatur, & augetur mala diſpoſitio, & efficitur cancer. Cauſæ autem primitiuæ mouere poſſunt antecedentes: & ex eis vel ex illis coniunctæ fiunt, vt ſæpe dictum eſt.

Signa cancri ſumuntur à ſubſtantialiter inhærentibus, vt à ſubſtantia dura labiorum, & vlceris, à figura lata, rotunda, cauernoſa, & reuerſata, & ab efficientibus, & ab accidentaliter inhærentibus, vt à virulentia horribili et fœtida, et tali, quod non poteſt ſcriptura denotari. Sed qui vſi ſunt, ſtatim à lõge eam percipiunt. Et cum hoc ſi lauatur cũ lixiuio, efficitur cinericius et viſcoſus. Et vltra cum paruis corroſiuis irritatur, et eius augmentatur malitia, vt ponit Lanfrancus et Henricus. Iudicatur de cancro vlcerato, quod iudicatum fuit ſuperius de nõ vlcerato. Et vltra hoc dicitur, quod eius diuturnitas, et perſeuerantia arguunt malitiam, et difficultatem eius magnam. Et propter hoc dicebat Albuca. ꝙ quando antiquatur, et eſt magnus, non oportet vt appropinquetur ei. Ego autem, vt dixi, non curaui aliquem, neque vidi aliquem ante me, qui perueniret ad illud. Et ideo Gale. in commento quibuſcunque in ſexto aphoriſmorum, dicit quòd non cures cancrum, niſi ad magnam inſtantiam,

& re

& requisitionem. Amplius cancer, qui est antiquatus, et in membro habituatus, et qui est infiltratus in venis, neruis, et ossibus, et qui est absconditus, et in interioribus profundatus, et qui est in loco vbi non potest totus cõprehendi, et qui est in persona debili, et timorosa: melius est quod pallietur quàm si curaretur. Curati enim citius pereunt: non curati et palliati longũ tempus perficiunt, vt in sexto aphorismorum in capitulo de nõ vlcerato cancro fuit allegatum. Et propter hoc dicebat Auic. illud mirabile ℘ de vlcerato efficiebatur non vlceratus aliquoties. Quia si curatur in vno loco, sępe in alio mutatur. Vltimo indicat Gulielmus de Saliceto, ℘ cancer est languosus morbus, quia quanto magis palpatur, magis indignatur. Quare consulit, ℘ non nisi leuiter tangatur, & propter hoc Noli me tangere vocatur.

Cura cancri vlcerati duo habet regimina, vniuersale videlicet & particulare, vniuersale regimen tres habet intentiones. prima vitã ordinat. secunda materiam antecedentẽ euacuat. sed tertia membra interiora confortando adaptat.

Prima & secunda intentio complentur cum debito regimine, & cõuenienti purgatione, de quibus superius in de apostematibus melancholicis fuit dictum.

Sed tertia intentio completur cum potionibus, & suspensionibus ad hoc probatis, & forte ℘ magis facit confidentia quàm proprietas. Et de his sunt omnes herbæ capillares, & pręcipue citarac, & herba Roberti, & scrofularia: quę propter hoc herba cancrosa nominatur, quæ sunt optimæ ad faciẽdum potiones, & cẽtinodia laudatur ab Arnoldo. Et cancri fluuiales summe valẽt: & smaragdus, & sapphirus deportati valent ad cancrum, vt dicit Albertus. Theriaca, & carnes therorum summe conferunt, quia expellũt omnem venenositatem ad cutem. Regimen particulare duas habet intẽtiones secundum Gal. in commento prælegato, & secundo ad Glauconem. prima vt si est in loco posibili, totaliter eradicetur. secunda ℘ si est in loco non posibili, quod pallietur, quæ loca superius, & in primo commento nominantur.

Modus autem extirpandi est duplex: vnus fit cum incisione, & expresione, & cauterizatione: alter sine incisione cum corrosione. In incisione caueas: quod totus cum radicibus suis comprehendatur, & incidatur: alias nihil valeret, imò esset nouissimus error priore peior. Et post

incisionem hic inde exprimatur, vt sanguis melancholicus extrahatur, & post cum ferro ignito cauterizetur.

Secūdo extirpetur cum corrosione, & mortificatione forti, quæ simul totū extirpet. Nam forti ægritudini fortis debet applicari medicina: iuxta doctrinā Hippo. primo aphorismorū: ad quod arsenicū sublimatū par nō habet, vt supra in esthiomeno, & glandulis fuit dictum, & infra dicetur. Prima enim die dicit Theodo & bene cancrum, lupum, esthiomenum, noli me tangere, fistulam, & omnes tales pessimos morbos occidit, & extirpat. Caueat tamē de loco, & quantitate: in vtroq; enim modo semper defendatur locus cum vnguēto de bolo. & post operationē, quā, vt dictū est, cognosces per loci inflationem, & per trium dierum stationem: mitigetur dolor, & procuretur casus eschare, vt dictum est de fistula. Mortificato cancro, quod cognosces per bonitatē carnis, & carentiam virulentiæ, & fœtoris curetur vlcus more vlcerum concauorum.

De cura palliatiua.

Quando autem cancer est in tali loco, ꝙ nō potest totaliter comprehēdi, vt qui peruenit ad interiora, aut est iuxta principalia mēbra, aut in locis venis intricatis: vel æger est debilis, & nō potest, vel timorosus, & nō audet sperare curā, aut ex ipsius cura sequeretur peior ægritudo: tūc bonū est ipsum mitigare & palliare, & hoc cū dieta, & purgatiōe & diuersione materiæ ad partē aliā, & infrigidare & desiccare ipsum cū aqua solatri, & cū vnguēto albo, de lethargyro, & de thucia, & plumbo vsto, & diapompholygos, & aliis mineralibus lotis, & aquis, & succis cāphoratis ductis in mortario de plumbo, & cū ligatione laminæ plūbeæ, & aliis, quæ dicta sunt in vlcere virulēto, & in cācro apostemoso nō vlcerato. Quātam autē virtutē habet plumbū in dispositionibus cācrosis nouit ille qui nihil ignorat. Nōnulli vero palliāt cū herba Roberti, & scabiosa, cerfolio, caprifolio, tassobarbasso, puluere stercoris humani, & anethi cōbustorū. Multi vero mitigāt eius fraudulentiā, & lupacitatē cū pecia scarlati, & cū appositione carniū gallinarū. Propter quod dicit populus, ꝙ ob hoc dicitur lupus: quia in die comedit vnam gallinam, & si eam non haberet, comederet personam: quicquid sit talia temperata sunt, & si non prosunt, nocere multum non possunt.

Doctri

Doctrina secunda de vlceribus prout in sunt in membris compositis.

De vlceribus capitis, vt est talparia, & testudinaria. Cap. I.

RVrsus igitur ad methodum redeamus, ostẽdentes quantum cõmunis vlcerum cura permutatur secundum speciem in vnaquaq; animaliũ particula. Quatuor enim sunt indicatiões, quæ ab his sumũtur, vt in doctrina 2. tractatus apostematum fuit dictũ, quę licet secundũ homiomeras particulas sint dictæ, nihilominus secundũ organicas sunt dicendæ à capite incipiendo. Et qui bene vult discrutari, inueniet q̃ vltra intẽtiones cõmunes dictas in sermone communi de vlceribus, est differẽtia specialis indicationũ ipsius in prognostico, & modo curandi. Quãtum ad prognosticũ, scimus q̃ si vlcera capitis perueniunt vsq; ad craneũ, & ad menyngas intrinsecas, vt in talparia, & testudinaria passione sæpe cõtingit: non modicũ in operãdo infertur periculũ maxime iuxta commissuras. Et ideo consulit Rogerius potius talem curam relinquere, quàm opere prosequi. Et hoc cõsiderans, vt superius dixi vna cum Lanfranco, in talibus plus cõsului palliare quam curare. Nihilominus Rogerius quantum ad modum operandi in casu in quo patiens affectaret, & requireret curã, præcipit vt cutis tota radicitus separetur, & craneum infectum trapanetur & eleuetur, & à dura matre separetur: & post cũ pannis & lichiniis in melle ros. infusis, & aliis auxiliis mundificetur, & incarnetur, prout superius in de vulneribus capitis fuit dictum, & faciebat ita magister meus Bonoñ. & ego feci in illo Greco, qui fistulã, et corruptionẽ ossis in capite retro autes patiebatur. Iamerius autem qui talia in capitulo fistularũ reponebat: post tripanationẽ, & depurationem ossis talem puluerem consulebat. Reci. ranæ aquaticæ cõbustæ, vnc. 5. gallarũ, saluiæ, & addatur myrrhæ, ana drag. ij. fiat puluis, & supra vulnus diapalma, aut emplastrum nigrum sufficit in hoc casu.

De vlceribus faciei. Cap. II.

FAcies secundum q̃ continet multas particulas, diuersas habet vlcerum species. In genis, oculis videlicet, & auri-

bus, reo,& consimilibus, in primis dicendum est de his quæ in tota facie, & maxime in genis iuxta nasum venire consueuerunt.

De noli me tangere.

Contingit sępe post formicas & erysipelata mala,& alia vlcera,& pustulas male curatas in facie,maxime in lepore, genis,& labiis accidere vlcus corrosiuũ,serpiginosum,horribile,fœtidum, & virulentum qđ noli me tangere nuncupatur vulgariter:& est de genere cancri,ex cholera bis adusta, vt superius fuit dictum generatum.

Signa sunt corrosio mordicatiua cum ardore,& punctura, virulentia fœtida,& sordicies mala. Vnde eius eradicatio est difficilis, & contagiosa: dum enim magis tangitur, magis multiplicatur: & ob hoc noli me tãgere dicitur,& cum hoc facies,propter sui debilitatem materias faciliter recipit.

Cura eius vltra regimen vniuersale de diæta, & crebra purgatione dictis in apostematibus, & pustulis cholericis, & vlceribus virulentis est, quod lauetur locus cum oxycrato, aut cum aqua aluminosa, & per aliquos dies attentetur: si poterit desiccari, & sanari cum vnguentis ad vlcera virulenta. Quia talis fuit intentio Iamerij: & si non possit, desuper apponatur in plagella linimentum Theodorici factum de succo linariæ, & plantaginis cum sale gemmæ. Et propter mordicationem circumcirca panni infusi in oxycrato, aut in succo alicuius herbæ frigidæ applicentur:& ter in die naturali remutetur per tres dies. Et post si morbus fuerit extinctus, & locus cum melle, succo apij, & farina hordei fuerit mundificatus: quod cognosces per carnis bonitatem, si incarnetur & consolidetur cum vnguentis vlcerum virulentorum. Si autem morbus non est extinctus, curetur vt dictum est de cancro vlcerato: sicut facit Rogerius & quatuor magistri. Attendendo quod corrosiua, & cauteria caute ducantur: locus enim sensibilis est, & tenuis, & ossa spongiosa, & cartilaginosa, & faciliter alterabilia: ita quòd quando ab vtraque parte perforantur, in perpetuum non consolidantur, vt in sexto aphorismorum superius fuit allegatum. Et propter hoc ad ista extinguenda aqua fortis cum pecia securius adaptatur.

De

De vlceribus,& cancrosit atibus,vesicis ruptis, & eleuatione vueæ oculorum.

Quia vlcera oculorum vltra hoc quòd aliquãdo proueniũt à vulneribus:vtplurimum tamẽ ab apostematibus, exituris, bothoribus,& pustulis seu vesicis efficiuntur:pro tanto non est mirum,si Iesus illa vocauit vlcera:Aui.exituras: Azarauius pustulas. Et licet ipsi numerauerũt septem species eorũ distinctas,vel secundum cortices corneæ,vel secũdum situm superficialem & profundum:nihilominus, quia nõ multum diuersificãt intentiones curatiuas, de præsenti, vt consulit Lanfran.omittantur. Sed,si placet,comprehendantur omnia vlcera oculorum,vt quasi dictum fuit de ophthalmia in tribus speciebus,in paruis virulẽtis,in maximis & cãcrosis,in mediocribus & sordidis. Quorum quidem omnium causæ, (vt dixit Iesus)sunt humores acuti,mordicantes, qui fluunt ad oculos.

Signa vlcerum oculorũ,sunt dolores,& lachrymarũ effluxiones,& ophthalmici rubores. Et quãdo aperitur oculus,si sunt in cõiunctiua,punctus apparebit rubeus. Si in cornea, albus & nebulosus.Vlcera autẽ cõiunctiuæ sunt rubea:corneæ vero alba,propter ipsorũ corpora,vt dixit Iesus, & Aui. quod manifestat cornu nigri rasura. & hinc est quod multi decipiũtur,vt dicit Gordonius,credẽtes quod sit ab illa propter additionẽ,& applicãdo consumptiua deuastãt oculum, & tamen est albedo:propter cauationẽ corneæ.Iudicatur de vlceribus oculorum,quod si malignantur,ducent ad disruptionem corneæ, & ad exitum,& eleuationem vueæ:& per consequens ad oculi deperditionem.

Iudicatur etiam quod ad vlcera sequuntur cicatrices albę, indelebiles:eo quia cornea est mẽbrum spermaticum:cuius consolidationes non sunt secundum primam intentionem. Sed per medium extraneum consolidantur,vt iam superius fuit dictum,& dicetur.Amplius multa iudicia vlcerum,communium hic habẽt locũ:quare ad ea habeatur recursus.Amplius consulitur operãti:quòd si cũ vlceribus fuerit ophthalmia notabilis,rheuma,& dolor capitis:nõ fatiget patiẽtem quousque illa fuerint sedata. Amplius cõsulitur quòd antequam ista passio prosequatur, ad capitulum de ophthalmia recurratur: quia in multis communicant intentiones

vlcerum & ophthalmiarum.

Curatio vlcerum oculorum ſecundum Gal. in quarto meamir. indiget hac eadem ſecundum genus, quæ & alia vlcera: propter tamen naturã particulæ, oportet pharmaca eſſe immordaciſsima, mundificantia, replentia, & ad cicatricẽ ducentia, inter quæ laudatur, quæ per thuciã, & conſimilia lota miſceãtur ei, & ſucci nõ ſolum immordacitatẽ habẽtes, ſed & vehementiſsimos dolores mitigare potentes: ſicut eſt ſuccus mãdragoræ. Sordidis vero exiſtentibus miſcere oportet aliquod abſterſiuorum, quale eſt cerotum cũ aliquibus metallicis abſterſiuis. Et quia talia vlcera in curãdo quatuor habent intentiones: pro tãto cura vlcerum oculorum quatuor haber intentiones. prima ſit in vita, ſecunda in materia antecedenti, & fluenti: tertia ſit adminiſtratio intentionis circa vlcus. ſed quarta accidentium correctio.

Prima & ſecunda intẽtio cõplentur ſecundum quòd ſuperius fuit dictum, quod cõplentur in ophthalmia: hoc tamen addito quod nõ iaceat, neque dormiat ſuper latus, in quo eſt vlcus, vt ſanies nõ corrodat tunicas oculi, neque clamet, neque ſternutet, neque euomat. Omnia enim iſta ducunt materias ad oculum: tota autem tua intẽtio ſit diminuere, diuertere, & prohibere materiam rheumatizãtem, vt non veniat ad oculum, & ſedare dolorem.

Tertia intẽtio cõpletur, vt ſi puſtula nõ eſt aperta, quod diſtilletur in oculo aqua fœnugręci, aut meliloti: quia aperiũt vlcus feſtinãter, vt dicit Ieſus, poſt mũdificetur vlcus cũ hoc, quod lauat quaſi abſtergit ſaniẽ, velut diſtillatio ſyrupi roſ. ſumme enim laudatur à Rabbi Moyſe 22. parte libri ſui. Et poſt mundificationẽ, repleatur cõcauitas cum his quæ faciũt carnẽ naſci, vt eſt ſief album, in quo eſt opium cum lacte mulieris, aut albumine oui, ſi dolor adſit. Si vero dolor fuerit repreſſus, vtatur ſief albo in quo eſt chimia, quod Aui. lubãs vocat. Et ſief de thure laudatur ad hoc in quinto thera. quoniam maturat, & mundificat materias groſſas, vt dicit Ieſus: quorum formæ, & receptæ in cap. ophthalmiæ, & in antidotario inuenientur: ſief etiam de plumbo laudatur in fine, & ab Heben Meſue, Alcoatim, Azarani: replet enim, & conſolidat vlcera oculorum: cuius forma recipitur à Raſi. Recipe plumbi vſti, antimonij, thuciæ abluræ, chalcucecaumenu: quod eſt æs vſtum gũmi, arabici dragaganthi, ana drag. viij.

opij,

opij,drag.5.fiant ſief cum aqua pluuiali.

Sed quarta intentio completur ſecundum naturam accidentium. De dolore ſatis eſt dictum in ophthalmia.

De ruptura corneæ,& exitu vueæ.

Quod ſi propter corroſionem rumpatur cornea, & procidat extra vuea:ita quòd ſequatur eleuatio:manifeſtum eſt ſecũdum Gal. vbi ſupra,quoniam & propter ſeipſam, & propter illud quod procidit:repercuſsiuis,& ſtypticis indiget pharmacis,& bona ſtrictura compreſsis,& ligatura. Et ad hoc eſt mirabiliſsimus ſief de hæmatite:& ipſemet hæmatites cum albumine oui in cote fricatus:quod Reci.lapidis hæmatitis abluti,drag.iiij.ceruſſæ,climiæ,ana drag.ij.ęris vſti, amyli, gummi ara.dragaganthi,opij,ana drag.j.fiãt ſief cum ſucco foliorũ oliuæ. Et quãdoque eſt neceſſe quãdo eleuatio fuerit magna,ſtringere cum lamina plumbi. Et ſi ægritudo fuerit antiqua,de vno,aut duobus annis,nõ appropinques ei:quia non habet curã,vt dixit Ieſus. Et ſi volueris oculum decorare,liga eminentiã cum filo ſerico, & infrigida, & conforta oculum vſquequo cadat ipſa & filum. De cicatrice & veſtigio quod remanet poſt illa,inferius dicetur.

De fiſtula in lachrymali domeſtico iuxta naſum.

Fiſtula in lachrymali fit vtplurimum ex apoſtemate paruo dicto garab.qui ex humoribus malis naſcitur ibidem,& maturando tantum tardatur ad aperiendum,quod ſanies cõuertitur ad nitroſitatem,& vlcerat locum, & indurat intrinſecas circumferentias,& corrumpit,& contaminat os ipſum. Et aperitur quandoque ad exteriora:quandoque verſus interiora oculi ſub lachryma:& quandoque ad vtrãque partem. Et quandoque aperitur verſus calamos narium:quædam eſt in carne:quædam in oſſe.

Cauſæ eius ſunt humores groſſi,qui,vt dictum eſt,in lõgitudine,maturãtur in loco, & cum corrumpunt,ad quã corruptionẽ ſequitur debilitas:quare attrahũtur humores praui,acuti,nitroſi,ad locum,& vlcus faciunt fiſtuloſum.

Significatur fiſtula oculi ex apoſtemate quod preceſsit,& ex duritie,& forma calloſa,& profunda, & ex ſanie ſeroſa, & glutinoſa, quæ exit per foramen,maxime quando cõpri-

mitur,& oculi sunt rubei,& ophthalmici,& tactu probe certificatur:quia si est in osse,sentitur asperitas:si vero in carne mollicies & lenitas. Iudicatur quod fistula lachrymalis,est difficilis curationis propter carnositatis subtilitatẽ & magis propter oculi propinquitatẽ:sensibilissima enim est particula. Et sæpe ita appropinquatur apertura de lachrymali, quod rũpitur area palpebræ, & consumitur caro ipsius:quare in perpetuum fluunt lachrymæ, & locus non consolidatur,sed efficitur deformatus.

Cura fistulæ lachrymalis duo habet regimina, vniuersale, & particulare. Vniuersale regimen dictum est in capitulo de fistula in communi.

Particulare regimen tres habet intentiones. Prima est repercutere,& resoluere,& maturare secundum sua tempora, & aperire apostema quando non est apertum. Secunda mundificare quando est apertum. Tertia mortificare fistulam quando est confirmata.

Primum cõpletur prout de ophthalmia dictum est, cũ repercussiuis & resolutiuis & maturatiuis. Et proprie maturatur cũ emplastro facto de farina hordei, & cõchyliis, croco,aloe & myrrha cõfectis cũ opopanaco in aceto dissoluto:maturat enim,& per se rũpit apostema. Et si nõ aperitur per se,nõ expectetur maturatio,sed cũ lãceta lõge à lachrymali aperiatur. Post autẽ apertionẽ venit secunda intentio, quę cõpletur facta bona expressione,& expulsione saniei,& lotione si est necesse cũ aqua ruthę mellita cũ tribusauxiliis.

Primum est Aui. de lanugine arundinis inuẽta in interiori parte eius,& proprie apud radicẽ:& cõgregetur tantum de ea,quod possit impleri tota profunditas:& cooperiatur cum diapalma,aut cum aliquo appropriato emplastro:& remutetur bis in die Et quãdo erit satis mundificatũ,consolidetur.

Secundum auxiliũ est Rasis, quod imponatur per foramẽ, collyrium factum de thure, sarcocolla,aloe, sanguine draconis,balaustij,antimonio,alumine,equales partes:& de flore æris quarta pars vnius partis:& cũ aqua pluuiali fiãt sief. Et proprie dicit Aui. quãdo dissoluitur cum aqua gallarum, & iniiciãtur duæ aut tres guttæ:& iaceat ad partẽ aliam. Et bis aut ter in die remutetur:& sic per hebdomadã continuetur. Istud enim collyrium est tãtæ virtutis,quod fistulã oculi sanat,vt dicit Rasis:aut ita retardat,quod videtur sanata.

Tertium

Tertium auxilium est Guli.de Sali.quòd elargato foramine, mundificetur cum vnguẽto viridi facto de flore æris, alumine,& melle:aut cum puluere asphodelorum:& post mũdificationẽ cum cõsolidantibus sanetur. Et si ista non valẽt, accedat tertia intẽtio, quæ est mortificare fistulam:quæ elargato foramine,& certificato de fundo, vt dictum fuit de fistula in cõmuni,cõpletur dupliciter: vno modo per incisionem & cauterizationem:alio modo per corrosionẽ.per incisionem fit,quod cum lãceta forti,aut cum rasorio scindatur secundum rectum à lachrymali quantum est possibile elongãdo,vsque ad fundum. Et tunc impleatur vulnus cum tẽtis infusis in albumine oui:& in crastinum remutãdo inspiciatur os:& secundum quantitatem cõtaminationis cauterizetur cumcauteriis clauatibus,rotundis prę custodiendo oculum cum canula,vt Alcoatim,vel cum pasta, vt Iesus: aut cũ cochleari argenteo seu æreo,vt Theodor. post cauterizationem sedetur dolor,& arsura, & casus escharæ, & exfoliatio ossis procuretur,vt est dictum in communi. Per corrosionẽ curatur,quod imponatur tenta intincta in aliquo caustico, & pręmuniatur oculus cum frigidis. Primus autẽ modus magis placet mihi,& Lanfr.quia cauterium cum ferro melius mensuratur,quod nõ accedat ad rumpendũ lachrymale quã cum medicina. Et postquã erit mortificata fistula, quod cognoscetur,vt dictum fuit superius,curetur & consolidetur. Modum autẽ curandi,& perforãdi cum subula ad calamos narium non laudat Heben Mes.neque ego in eo inueni effectum. Nam satis cito post impletur foramen ossis,& nihil est quod currere possit ad nares:deriuatio autem materiæ ad calamos narium,quam laudat Arnoldus, cum caputpurgiis,est mihi dilecta. Et si non potest aliud fieri,pallietur,vt dictum est superius:& cum tali collyrio quod laudat Theodor. Re.climiæ ablutæ, & sedenegi abluti, ana drag.ij.cineris fornacis in qua purgatur æs,drag.iij.myrrhæ,aloes,memithe,croci opij,ana drag.j.confice cum vino,& administretur cum albumine oui.

De vlceribus & polypo quæ fiunt in naso &c.

Vlcera quæ fiunt in naribus:quædam sunt sine carne superflua:quædam vero cum carne superflua. Et quæ sunt sine carne superflua: quædam sunt virulenta: quædam sordida:

quædam

quædã verò corrosiua:& quæ sunt cum carne superflua,quędam sunt quorum caro est mollis,pendens,& quasi separata quæ apud Gal.dicũtur ozæna,apud Auic.alharbat: quædam sunt quorum caro est dura non separata, neque pendens,sed adhærens, quæ dicitur à Gal polypus,ab Auicen. cancer.

Causæ autem vlcerum nasi sunt humores acuti & putridi à capite descendentes, qui si propter adustionem adepti sunt grossitiem,germinant polypum. Si verò sine adustione,ingrossantur, per fricationem illam carnẽ mollem efficiunt: vnde Galen. in tertio meamir,ozænæ ex influxu humorum acutorum, & putridorum fiunt. polypus grossorum humorum est germen. Dicitur autem polypus ad instar illius piscis sic nominati,quia multos habet pedes. Et ideo ab Auẽzoar multiplex nominatur: quia firmiter loco adhæret in quo est,vel assimilatur carni eius, vt dicit Gal.

Significantur istæ passiones aperiendo nares cum instrumento dicto speculum ad solem cum visu: vt dicit Halyab. & tactu: dicitur autem polypus secũdum Auic.& Lanfranc. à carne illa superflua: eo quia caro illa est mollis, pendens, de colore & substantia pulmonis,indolorosa, non adhærẽs, nisi secundum radicem:& vtplurimum venit post ægritudines catarrhosas. Polypus autẽ est durus,siccus,dolorosus, vmbrosus, horribilis, & fœtidus, venenosus,non pendens, sed firmiter naribus adhærens,& vtplurimũ incipit per se à pustula cicerali,& paulatine augmentatur, & crescit vsquequo ad palatũ perueniat. Vlcera nasi non sunt negligenda: quia ad polypũ sunt via,vt dicunt omnes. Polypus enim ex toto genere est pernicios̃us,nam est de genere cancrorũ absconditorũ.Iudicatur quod melius est non curare quàm curare,vt dicit Hippo.Sufficit enim ei via blanditiua sine incisione,& corrosione:vt dicit Auic. Caro autẽ addita cum qua nasus est tractabilis,& boni coloris,absq; timore curetur,vt dicit Brunus.Ex quibus apparet quod illa distinctio quã ponit Roger.& multi alij,quod polypus quidam est curabilis, quidam nõ curabilis:non proprie accipit polypum: sed large,pro quacunque carne in naribus præter naturam exorta.

Cura communis vlceribus & polypo supposita vita, & purgatione dicta superius in materiis acutis, & melancholicis est,secũdum Gal.vbi supra,siccare,& roborare caput: qualiter autem oportet roborare caput totum, vt nulla ab eo superfluit

perfluitas in inferioribus partibus fluat vel influat: dictũ est multoties supra in ophthalmia, & dicetur in rheumatibus oculorum. Et sequitur quod postquàm per illa feceris caput robustum, ad curam ozænæ, & vlcerũ inuenies, intentionem habens siccare patientẽ particulam per pharmaca permistæ virtutis repercutientis videlicet, & diaphorantis, vnde in 5. therapeu. Naribus verò multo quidem siccius quàm oculis: minus verò quam auribus oportet esse pharmacum. Et propter hoc si vlcera sint virulenta: vnguenta alba cum plumbo vsto sunt eis propitia: vt Halyab. ponit. Si autem sint sordida & crustosa, lauentur cum vino, & melle decoctionis chamomillæ, melıloti, nasturcij, ellebori, atque myrrhæ. Et si est necesse, cum lixiuio, deinde cum vnguento apostolorum mũdificentur. & sic imponatur tenta de radice acori infusa diu in oleo iuniperi in quo scamonea fuerit dissoluta: optimè mundificat & sanat. Et vnguentum quatuor magistrorum est speciale in hoc, quod fit de menta, agrimonia, oculo Christi, & verbena, tritis cum axungia porci. Et postea cum vnguentis albis dictis consolidentur.

Si autem fuerint corrosiua, cum medicamine Gal. in tertio meamir. quod Auic. recipit de tribus generibus malorũ granatorum austerorum dulcium & acidorum incipiendum est: fit autem secũdum ipsum per hunc modum. Incidere ea oportet recentia & matura, & pistare diligenter, vt exprimi possint succi ex eis: quæ reponere oportet in vase de piltro, vel de vitro: parum coquendo ipsum, si nimis est humidus: quod verò relinquitur ex eis solidum, & grossum, reiteratur fortiter, vt ex eo possint lichinia fieri, quæ in naribus ponantur: & quãdo illud in lichiniis faciendo erit consumptum, accipe de succo quem seruasti vtendo eo, vel cum penna, vel cum lana circumappositа graphio. Approbate autem operatur prædictum collyrium.

Et si dictus succus desiccaretur: postquàm esset pulueriza-tus insufflando posset apponi, & frequenter fiat, vt nũquam sit particula patiens sine ipso. Si autẽ istud non valet, recurrendum est ad trochiscos andaron, & calidicon, dissolutos cum vino dulci, aut aceto si passio fuerit dura: & post mundificetur: vt dictum est, & cõsolidetur. Et si vlcera essent vehementis doloris, curentur cum vnguentis dictis in quibus modicum de opio ponatur. Et si adesset caliditas, oleum ro-

satum,

ſatum, aut nenufarinũ præcepto Halyab. reſpiret, & ſupra, & iuxta naſum ſandali, memitha, portulaca, & ſimilia cum aqua roſata, & aceto ponãtur. Vlcera autem ſicca, & rhagadiæ ſeu fiſſuræ, cum cera, & medulla cruris vituli, & mucilagine ſeminis citoniorũ, dragagantho, oleo amygdalarum curantur. Caro autem ſuperflua quæ eſt leuis non fraudulenta, neq; cancroſa, ſecundum Albuc. per iſtum modum inciditur. oportet vt facias ſedere infirmum inter manus tuas oppoſitũ ſoli, & aperi nares eius: & extrahe carnes ad exteriora, & incide quod cõprehendiſti cum ſpatumine ſubtili acuto à parte vna donec ſcias quod tota caro iam eſt ablata. Quod ſi remaneat ex ea aliquid, cuius abſciſsio nõ eſt poſsibilis, rade illud cũ facilitate, donec non remaneat ex eo aliquid. Si autẽ dominatur tibi ſanguis, aut apoſtema: abſcinde eam cum eo quod ſcis. Et ſi nõ eſt tibi poſsibile incidere quod eſt in altum in ſuperioribus oſsibus narium, quod cognoſces faciendo ſugere acetoſum, aut aliquod tale ſi nõ venit ad os: tũc intromittas ſugendo per nares, & ſpuendo, vt faciũt pueri in ſcholis: aut cum acu plumbea filum nodoſum vſquequo perueniat per os: deinde ſerrando tantum ducas quouſq; caro fuerit inciſa & conſumpta. Deinde extrahe filum, & intromite cum tenta vnguentũ ęgyptiacum quouſq; fuerit conſumptũ quod remanſit. Et ſi cum illo vnguento liniretur filum, bonũ eſſet. Nõnulli verò vt quatuor magiſtri quando eis non eſt poſsibile totũ conſumere vſq; ad radicẽ: ſcindunt naſum in latere vſq; ad os: deinde incidũt illud ſuperfluum, & cauterizant: deinde bene & firmiter ſuũt. Ego tamen non conſulo ꝙ ſuatur quouſq; fuerit ſecurus, quod ſanguis ſit reſtrictus, & radicitus totũ euulſum: quia ita parum non poteſt remanere de radice quin redeat: & ita pro nihilo operatio eſſet facta. Et poſt renouando labia, vtiliter poteſt ſui. Alij verò, vt Rogerius, imponendo ferrum calidum per cannulam, carnem illam incidunt. Ego tamen vidi ſæpiſsimè quod illa cãnula ſic caliditatem cauterij recipiebat, quod patiens operationem non poterat ſuſtinere: & quãdo munitur cum pannis, eſt ita impedita, quod cum difficultate operatio perficitur. ſi autem patiens ferrũ calidum timuerit, iubet ipſe Roger. ſtuellum, vel tentam intinctam in ruptorio apponere. & poſt caſum eſcharæ, vt cætera vulnera ſanare. In omni tamen caſu circumcirca infrigidantia,

& prob

& prohibentia, & sedantia dolorem apponantur. Et tentæ plumbeæ cannulatæ quando erit necesse, imponantur.

De fluxu sanguinis qui à naribus fuit.

Scripsit Gal. in tertio miamir, quod Heraclides Tarentinus thrombos auferens, primo tentam inunctam cum lycio in aqua dissoluto, ad restringendū imponebat, & apprehendendo narem cum digitis ab extra sic cōprimebat quousq; restringebatur. vel thus, & alia auxilia quę ad plagas, in succo polygoni: (& est virga vel bursa pastoris,) infusum lichinium vngens imponebat. Confert etiam, vt dicit, frontē infrigidare spongiis in aceto acerrimo infusis. Et partes capitis eleuatas tenere, & brachia, & manus, & bubones, & testiculos, genua, & pedes contrahendo ligare, & fricare. Ita enim sanguis diuertitur, & dimittit nares. Et dare in potu infrigidantia: & nares pannis oppilare frequenter, & in ore tenere aquā frigidam pluuialem. In quinto verò therap. non laudat stypticantia circumcirca quousque diuersio fit facta: quia capiti nocerent aperte. Iubet enim ad alia conuertere prius puta phlebotomia, vel ventosa in hypochōdrio, & occipitio, & fricatione, & ligatione talium, & extremorum.

De alcola, & vlceribus oris.

Vlcera quæ fiunt in ore, recipiūt easdem diuisiones quæ in naribus, hoc addito, quod corrosiua, quędam sunt in lingua, quædam in gingiuis, quædam in osse mandibulæ: vnde sicut vlcerationes quę fiunt superficie tenus in ore, Gal. nominauit in sexto miamir, aphthas: & Auic. in tertio alcola. Nonnulli verò in gingiuis cācrositates habentes quid caliditatis igneæ: ita & illas quæ in osibus, fistulas dicit Communitas: & quæ carnium sunt additarū, ficus, & hæmorrhoides.

Causæ istarum passionum sunt tales, quæ & narium: nisi quod in pueris vtplurimū accidit propter lactis malitiam, & eiusdem malæ digestionis.

Signa significantur ex visu & ex tactu, & ex colore iudicatur hu. ex quo fiunt rubedo sanguis. citrinitas cholera. albedo phlegma. nigredo melancholia. Vlcera oris vtplurimum succedunt pustulis, bothoribus, & apostematibus quæ in ore fiunt. Iudicat Galen. vbi supra quod vlcera oris sunt difficilia: quia sunt in locis calidis, & humidis, in quibus citissim

citiſsimè multiplicatur putrefactio,& corroſio. Et cum hoc appoſitum pharmacum non multum poteſt manere in loco: profundantur enim ſtatim à ſaliua.

Cura etiam quodammodo conſimilis eſt eorũ quæ in naribus: niſi quod phlebotomia venarũ linguæ, eſt eis multũ iuuatiua, vt fuit dictũ in ſquinantia: & cum hoc propria habẽt pharmaca. In virulentis autem bothoribus ſufficiunt pharmaca quæ moderate ſiccãt: ſicut diamoron,& batifructus,& corticis nucũ viridium ſuccus: & cypreſsi poma vt in 5. therapeu. dicitur. Auic. verò addit lentes, ſumac. Cõmunitas autem plantaginis aquam,& roſ. caprifolij,& conſimilium. In putridis laudatur vinum mellitũ, decoctio chelidoniæ, cypreſsi, ciperi, mentaſtri, galliæ, croci, atq; myrrhæ. In corroſiuis verò alumen,& vitreolum, vnde Gal. in 6. miamir. Ego autem in paruulis lentẽ cum pauco pane, & medulla ceruina, aut vitulina do, & fructus ſtypticos cum cibo eis permiſceo: velut ſunt cytonia,& meſpila: aliquãdo de lactucis, endiuia, portulaca adminiſtro: & facio eis colluere moderate ſtyptica: ſicut ſunt ſumac & roſæ. Conſequenter eos cũ diaphoreticis linio. In maioribus chalcanthũ,& vinum ſtypticum addo. Et ſi aphta fuerit ſordida, mel adiungo. Et ſi corroſiua, æruginem æris,& commoderatum pharmacum cum oleo,& calidicon facio: ſicut cerotũ cum ærugine æris vlceribus cõcauis tempero. Si igitur huiuſmodi vlcera corroſiua & cãcroſa fuerint, in gingiuis ipſis prius fricatis, & expreſſis à ſanguine malo, lauentur ſæpe cum aceto ſquillitico decoctionis foliorũ oliuæ: deinde liniantur cum tali medicamine. Recipe vtriuſq; aluminis, ſalis aduſtorum, gallarum, pſidiæ, cupularum glandium, cinnamomi, gar. ariſtolochiæ, ſaluiæ, roſ. oſsium dactylorũ, tibiarum cancrorum aduſtarum, ana partẽ j. puluerizentur: & cum aceto dicto, & melle miſceantur: & fiat linimentum: aut in puluere applicetur in loco. Et ſi iſta non valent, trochiſci aſphodellorũ, aut calidicon, ſiue andacaron, aut aqua fortis apponãtur. Et ſi neceſſe fuerit, locus cum cauteriis actualibus cauterizetur. Si autem oſſata fuerit fiſtula in gingiuis, remoueãtur dentes,& foramen dilatetur. Et ſi cum vna gutta aquæ fortis, aut arſenici ſublimati,& repreſsi nõ poteſt fiſtula mortificari: quantum erit poſsibile os diſcooperiatur: & quod corruptum fuerit, cum acu argentea, aut ænea, vt ponit Roger. cauterizetur,& vt fuerit

vt fuerit neceſſe, poſtea procuretur, & ſi nõ poteſt bene mundificari per partẽ ſuperiorẽ, cõſulũt multi q̃ cõtra aperiatur per inferiorẽ partẽ: difficile tamen eſt ad cõſolidãdum, propter ſaliuã: & quia apertura quę ab intus, & extra nõ inuenit locum in quo appodiet ſe, ſicut fundamẽtum in terra in primo prognoſticorum. Verum quia dolor cõſequitur iſta vulnera, & impedit operationes, quæ in eis fiunt, præcipitur q̃ ſedetur cum oleo roſ. intus, & exterius applicando. Gal. autem in ſexto miamir, conſulit oleũ lentiſcinum cũ retinetur in ore: repercutit enim intriſtanter abſq; aſperatione, & diaphorat immordaciter. Quando autem dolor fuerit ſedatus, & cãcroſitas & fiſtula mortificata, & cõueniẽter mundata: tũc procedatur ad incarnãdũ, abluẽdo os cũ vino, & melle decoctionis thuris: & cũ linimento facto de aloë, myrrha, ſarcocolla, maſtiche, thure, ſanguine draconis, & melle roſ.

Carnem autem additam ſi dura & cancroſa eſt, non tangas curando, ſed palliando. Si vero mollis fuerit, & bene tractabilis fuerit: incide eam, & cauteriza, ſi fuerit neceſſe: & ſecũdum modũ dictũ in naſo. Et ſi poſſes eam ligare cum filo circa radicẽ, eſſet via ſecurior propter ſang. & infirmi timorẽ.

Fiſſuræ labiorum corriguntur cum vnguẽto dicto in naſo, aut cũ oleo q̃d exit à nucleo nucis dum cõburitur: applicatũ enim mirifice ſanat eas, vt dicit Rogerius. Albu. vero ſi cum his non ſanantur, iubet eas vſq; ad profundũ cũ paruo cultello cauterizare: & poſtea eas curare, donec ſanentur.

De vlceribus aurium.

Vlcera aurium eaſdem diſtinctiones, cauſas, & ſigna habent, quæ & narium, & oris: pharmacis tamen indigent ſecioribus, in quinto thera. vt euidenter declarauit in vlcere, quod curabat quidam ſapientiſsimus Theſſalinus: vnde in tertio miamir, quæcunque quidem recenter patiuntur vlcera aurium, & ſine dolore, curat glaucium, quod eſt ſief memithe, ſolum tritum cum aceto: & quæ vocantur à medicis dyamirrha & diacroca. Quæ vero cum dolore trochiſ. Andromachi. Si vero hæc comitantur: ſcoriam ferri cum aceto liniens vtplurimum in ſole, aut in igne cum ſartagine vtere confidenter. Si igitur auris indiget lotione, lauetur cum oxymellite, aut cum vino, & melle, & aqua ferrata. Si fiſtula eſt, aut caro addita: procedatur vt ſuperius eſt dictum.

In omni tamen casu, sedetur dolor: sicut supra de apostematibus fuit dictum.

De vlceribus quæ in collo, & per consequens de his, quæ in dorso. Cap. III.

VLcera quæ in collo, et quæ in dorso fiunt, non habent ab aliis diuersitatem nisi in prognostico: quia sunt periculosiora propter venas, et arterias, et neruos, et vias aëris et cibi. Et quæ sunt in dorso, periclitantur propter nucham.

De vlceribus quæ sunt in omoplate, & brachiis. Cap. IIII.

VLcera istarũ particularum nullã habent diuersitatem ab vlceribus aliarum particularum: nisi in prognostico, et modo ligandi: de quibus satis fuit dictum in cura vulnerum ipsorum.

De vlceribus quæ sunt in pectore. Cap. V.

VLcera quæ sunt in pectore, quæ nõ penetrãt, curãtur, vt alia. Quæ vero penetrãt, in genere fistularũ reponũtur: ad quæ vt dictum est, nõ valet curatio. Sufficit enim ꝙ palliẽtur. Cura enim palliatiua, aliquãdo fit curatiua. Et ex suppo sito bono regimine, vt superius de vulneribus pectoris fuit dictũ: si consideretur ꝙ materia congregetur intus, et cadat, et impediat mẽbra anhelitus, & ꝙ possit per illũ locũ expurgari, elargetur foramẽ, si sufficiens non est ad imponendum cannulam clysteris cum tenta de gentiana bene ligata, vt nõ cadat intra. Et postea mundificetur iniiciendo melicratũ, vt docet Gal. sexto therapeu. aut vinũ mellitum: aut aliquod de lauamentis dictis in cura vulnerum pectoris, ad quã pro ista materia est recurrendũ. Et desuper ponatur mũdificatiuum de melle cocto: aut de his quæ trahũt materiã à fundo, & ab vlcerũ concauitatibus, dictis in vlceribus cauernosis, ad quæ etiam pro ista est recurrendũ. Præter quã in hoc ꝙ medicinę acutæ velut est flos æris, in istis vlceribus non iniiciantur. Si autem non posset expurgari conuenienter, aperiatur inter quartam & quintam costã: prout in illo capirulo fuit dictũ. Et procuretur illud vlcus cũ vnguẽto apostolorũ, aut aliquo mũdificatiuo: vlcus antiquũ superius consumpta callositate fistulari cũ cauterio cõsolidari permittatur. Potiones in isto

casu

casu sunt laudatæ de quibus copiã superius habuistis, vnã tamen approbat Henri. quã vidit per quẽdã magistrum administrari: & multos curare, quę fuit de radicibus cardonis fullonum trita, & cũ melle mista, data mane & sero in quãtitate nucis cõmunis. Vnde Auerrois in quinto colliget carsof. id est, cardo fullonũ est calidũ in secundo, siccũ in tertio, mũdificat omnem putredinem per vrinam, cocta cum vino, & remouet ascellarum, & à toto corpore fœtorem, & generaliter habet resistere à tota specie omni putredini: & est medicina cibalis & saporosa.

De vlceribus ventris. Cap. VI.

VLcera ventris quę nõ penetrãt, curãtur vt alia. Quę vero penetrant, in genere fistularum reponuntur, ad quę parum valet curatio. Sufficit enim, vt pallientur cũ bono regimine, & conuenienti potione, & mundificatione cum emplastro mundificatiuo, & consolidatiuo.

De vlceribus ancharum, & partium eius. Cap. VII.

IN anchis aliquoties sunt vlcera in mẽbris continẽtibus: aliquoties in contentis: quandoque vero in membris procidentibus, vt in virga & oscheo & ano: vlcera vero quę fiũt in membris continentibus, eodem modo curantur vt vlcera ventris. Quæ vero in membris fiunt contentis, chirurgorũ non sunt speculationis. Quæ autem fiunt in procidentibus, vt in virga, & in matricis collo, sunt excoriationes, calefactiones, vlcera virulenta, putrida, & corrosiua, & cancrosa. In ano rhagadiæ, vlcera, fistulæ. In vtrisq; hæmorrhoides, carnes additæ, ficus, & condylomata.

Quorũ causę sunt humores mali corrupti, & apostemata, et vulnera male curata, fricationes, & tactus inordinati.

Signa autem eorum visui & tactui sunt manifesta, & instrumentum dictum speculum secundum Auic. ad hoc multum iuuat. Iudicantur per Gal. in nono miamir. & per Auicen. in tertio, quod vlcera istorum membrorum, sunt difficilia: quia sensibilissima sunt hec membra: ac etiam superfluitatũ exitus, quæ per seipsa, & maxime cum cholera mordaces sunt, & cũ hoc medicamina apposita, non habent tempus sufficiens: quia facillime cum extractionibus cadunt, & cum

hoc sunt calida & humida ab aëre protecta, ad quæ festinat putrefactio,& additur quod propter verecundiam nō monstrantur,quousq; fuerint malignata. Et deteriora sunt illa, vt dicit Auicen.quæ fiunt in lacerto qui est in radice virgę,& in ano.& quæ profundātur interius,quàm sint in manifesto.

Curatio vlcera sine phlegmone in pudendo & ano secundum Gal.in fine 6.therapeu.cataplasmate mollificatiuo nullo egent:sed pharmaco cicatrizante non tali, sicut alia vlcera:sed intantū siccius in virtute,inquantū sunt et hę particulæ sicciores carne,et quæ sunt apud balanū seu glandē plusquā circa totū pudendū,ꝙ quidā decredēs coactus vti talibus in tribus diebus sanatū est vlcus de quo fuit magis dolens, quā admiratus: eo quia praua fuit nutritus hęresi dogmatū: propter quod si fuerit sola excoriatio et calefactio, sufficit lauare cum aqua ros.et plātaginis,et ad vltimum cum aqua aluminosa,et ponere vnguenta alba maxime cāphorata: aut corticem bugię siue balaustiæ:aut fundū bdegaris pulueriza-ta:et exiccare cū pannis delicatis. Si autē fuerint vlcera recentia virulenta,et quodam modo corrosiua: in his aloè sola bonum est pharmacū. Et assimilatur ei plūbum vstū,clymia abluta cū vino, et thucia, lithargyrus, et cerussa:et fortiora his æs vstum,et pini cortices,et lapis hæmatites. Et medicamen cōpositum à Gal.cōsuetum:quod fit per chartā de pāno combustam,alumen cōbustum,et cucurbita sicca adusta. Et medicamen Auic. ad ea expertū,quæ indigēt exiccatione vehementi cum incarnatione. Reci.thuciæ, aloēs, sarcocollæ, thuris,lapidis hæmatitis,corticis cannæ cōbustæ,gallarum, balaustiarum, acatiæ:pulueriz entur:& cum oleo rosato fiat vnguentū. Et si vlcera fuerint versus partē interiorē virgæ, præcipit Auic. ꝙ prædicta cum iniectorio intromittantur.

Si autem fuerint antiqua & putrida & cancrosa:lauentur, & epithementur cum collyrio tali: quod Lanfrancus ponit in parte.Reci.vini albi lib.j.& aquę plantaginis,& aquę ros. ana quartam.j.auripigmenti,drag.ij.floris ęris,drag.j.terātur subtilissime,& misceantur cum aliis,& fiat collyriū:hoc enim mortificat,desiccat,& sanat.Et fortius illo sunt trochisci asphodelorum, & aldacaron, & arsenicum non deficit. Si autem fiat maligna, ita ꝙ locus denigretur: tunc melius est vt penitus locus niger abscindatur, & post cauterizetur: & cum aliquo caustico maxime arsenico ponendo inter viuum &

uum & mortuum, vt dictum fuit de esthiomeno, separetur. Et post loco mundificato, caro generetur, & consolidetur. Si tamen in istis vlceribus fluxus sanguinis accideret: cum pulueribus & auxiliis restrictiuis communibus, aut cum illo quatuor magistrorum facto de alcanna, & filtro combusto, & de plumis gallinę cõbustis, non poterat restringi thrombis omnibus bene remotis, ponatur arsenicum: quia nõ fallit, dũtaxat ℔ cadat supra venam apertam, in quo casu si medicamina non poterant super locum attingere, præcipiunt præfati magistri incidere pellem: & tunc auxilia applicare. Quod ego facio inuite: quia male postea consolidatur, & præputium cadit, & congregatur: & facit tumorem sub virga quod est valde tædiosum: propter quod Iudæi circuncisi ab huius pœna sunt securi. Nihilominus secundum Gal. in decimo therapeutices qui non habet nisi vnam viam, licet sit fallax, velit vel nolit, oportet ℔ transeat per illam. In omnibus casibus intendatur ad dolorem, & ardorem cũ puleone, cum succo solatri misto cum pauca farina hordei. aut cum albumine ouorum, & oleo violato, vt ponit Rogerius: & si sanguis non dubitatur, cũ balneo decoctionis maluarum & similium. Et prohibeatur materia cum vnguento, de bolo armeno, et infrigidãdo partes vsque ad inguina cum oxycrato, & succis frigidis: & vt propter apostemationem non claudatur foramen virgæ, ponatur in eo tenta de cera vel de panno delicato, et ligetur locus, et sustẽtetur cum sacculo et ligamento.

Rhagadiæ autem et ficus quæ veniunt in virga et matrice, et carnes superfluæ, curantur vt quæ in ano, de quibus dicetur infrà.

Grossities quæ sub virga efficitur propter incidere præputium, ligetur et incidatur: et post, si est necesse, propter hæmorrhagiam cauterizetur.

Foramina quæ veniunt in præputio, et in virga per vnde sæpe venit vrina, male consolidantur in sexto in alio. 26. aphorismorum.

Curatio. quia communiter ad hæmorrhoides sequitur fluxus, et vlcera, imò sunt vlcera, et fluxus, aut causæ ipsorum, vt innuebat Gale. sexto aphorismorum: pro tanto dicetur de ipsis in hac doctrina.

Hæmorrhoides sunt tumores et inflationes dolorosæ,

generatæ ex fluxu humorũ in capitibus venarũ hæmorrhoi dum. Et propter hoc bene dicebat Lanfr. quòd hæmorrhois erat nomẽ cõmune membri & ægritudinis in ano autẽ terminantur quinque venæ, quę hæmorrhoides nuncupãtur, vt in anotomia fuit dictum. Et paſsio & mẽbrum ſic dicitur ab hæmorrhois græce, quod eſt fluxus ſanguinis latine, quia ab illis ſanguis exit: & expurgatur ſaltim vſque ad capita venarum, & ſaluatur quantũ ad ſurdas: aliquando naturaliter, aliquando præter naturã: loquendo de naturali ſecũdum quid, non vt in fluxu menſtruorum, qui ſimpliciter ad ſalutem totius ſpeciei ordinatus eſt, ſed partis vt in corporibus melancholiam habẽtibus. Nã illa præſeruat ab ęgritudinibus multis, non obſtãte quòd Gal. dixit in vj. de accidenti & morbo, quod omnis fluxus ſanguinis eſt præter naturã, menſtruorũ commenſuratorũ ſupple excepto. Intellexit enim hoc in tertio eiuſdẽ libri aperte diſpoſitionis non naturæ regulariter operãtis, & ſanguinẽ malum expellẽtis. Hæmorrhoidũ multę ſunt ſpecies & differentiæ: quędã enim ſumuntur ex parte materiæ, quædam ex parte loci, quædam ex parte annexorum. Ex parte materiæ ſumuntur differentiæ: quia ab omnibus humoribus excepta cholera poſſunt fieri. morales fiunt à ſanguine groſſo. verrucales à melãcholia. veſicales à phlegmate. vuales ex mediocribus humoribus. Et nominãtur ita à ſimilitudine rerum à quibus ſumunt nuncupationem, vt habetur ex dictis Auic. in tertio canon. ſui.

Ex parte loci quædam ſunt manifeſtæ, quædam occultæ.

Ex parte annexorum, quia quædam ſunt ſurdæ non fluentes, quædam autem ſunt apertæ, & fluentes.

Cauſa hæmorrhoidum ſecundum Rabbi Moyſen dicitur abũdantia ſanguinis groſsi melancholici vtplurimũ: vt raro tamen aliorũ ſecundum quod dictũ eſt: in naturã tamen melãcholiæ approximatorum. Ingroſſantur enim, & adurũtur humores ex malo regimine: deinde ſua ponderoſitate ad inferiora deſcendunt: & replent venas illas, quæ ſunt in margine ani, & calefaciunt & dolorant, ex quibus inflantur, & crepantur, & faciunt fluxum. Et eas excitant malæ materię acutæ, currentes ad locum: aut acutæ medicinæ, velut aloe & ſcamonea, & conſimiles iſtis, vt Heben Meſue dicit &c.

Signa hæmorrhoidum habentur per viſum & tactum, & ad hoc multum iuuat inſtrumẽtum dilatatorium ſpeculum dictum

ctum:maxime in occultis, quia cum ipso aperitur, & dilatatur anus.

Hęmorrhoides consueuerunt sequi dolores,& grauitates ancharum,& dorsi,& faciei coloratio mala. Et vtplurimum veniunt periodice de mense in mensem:vel de quarta anni vel de anno. Iudicatur quòd si currunt moderate,conferunt, & bene ferunt:& tunc non sunt restringendæ, quia præseruant corpus à lepra,mania,stranguria, & ab ægritudinibus melancholicis.

Si autem superfluant,& non conferant, restringãtur:quia male tolerat patiens : & adducunt hydropisim,aut phtisim. Et in hoc sequitur documentum Hippo.6. aphorismorum. Hęmorrhoidas antiquas habenti sanari,nisi vna relicta fuerit,periculum erit hydropisim,aut phtisim fieri. Iudicatur etiam,nisi cito occurratur dolori hæmorrhoidum,cito apostemantur,& cito apostema ad fistulam conuertitur.

Regimen hæmorrhoidum est duplex:vniuersale & particulare. Vniuersale regimen habet tres intentiones. vna est in vita,quod nõ generetur sanguis grossus melancholicus,secunda est in materia antecedenti. quod si generata est,domestice expellatur. tertia est in potionibus,& antidotisproprietalibus ab intra datis,quæ eas desiccant,& sanant.

Primum completur cum debita administratione sex rerum non naturalium,& trium eisdem annexarũ. Quas pertractare exquisite esset longum,alterius enim speculationis est. Et cum hoc magister Arnoldus & Rabbi Moyses multa & diffusa dixerunt de ipsis:sufficit quantum est de præsenti, scire quòd secundum Rabbi 14. sunt cibi,à quibus debẽt caueri patientes hæmorrhoides:videlicet acetum, fabæ,lẽtes, gryssæ,caules rubei,dactyli,pisces grossi,carnes bouinæ,& caprinæ,& sallitæ,carnes auium aquaticarum,capita animalium,caseus antiquus,panis azymus & male coctus , sal , & omnia acuta salsamenta:& omnia quæ dicta fuerũt superius in apostematibus melancholicis. Et cum hoc summe caueat à constipatione ventris. Secundum cõpletur per acceptionẽ interpolatã diacatolicon aut diacasia, aut pilularum de bdellio,quæ secundum Rasim,Re. myrabolanorum belliricorũ, chebulorum,indorũ,ana drag.iiij. serapini,drag.iij. nasturcij,drag.ij.liquiritiæ rasæ,drag.j.bdellij, drag.xv.cũ succo porri,fiant pilulæ,dosis sit drag.ij.vsque ad iij.verum Auic.

dicit quòd non conferunt in non habentibus periodos.

Tertium cõpletur cum tali electuario probato. Re. myrabolanorum indorum belliricorum, emblicorum lauatorũ cum aqua bugloſſæ vſquequo dimiſerint eorum amaritudinem, drag. v. radicis taſsibarbaſsi, drag. ij. zinzib. cinnamomi, galangæ, nucis muſchatæ, olibani, ana drag. j. ameos, ſpicæ, ſquinanthi, ana drag. ſ. ſcoriæ ferri præparatæ & coctæ cum aceto, vnc. j. penidiarum lib. ſ. panis zuccari lib. ij. aut plus, ſi fuerit delicatus, fiat electuarium. In regimine particulari hæmorrhoidum ſecundum magiſtrum Arnoldũ duo intenduntur. primum eſt ſi nimis fluant, quod reſtringãtur. ſecundum eſt quod dolor pro toto poſſe ſedetur. Primum completur cum tribus. primo quod vitentur acria & acuta, & inflãmãtia, vt ira, coitus, & exercitium forte: Et quod vtatur delectabilibus, ſtypticis, nõ ante cibum: ſed poſt, propter ventris conſtipationem, vt ſunt pira cocta, & ſimilia, amydũ, & rizum, ac hordeum tunc ſunt electa, & pedes, & auriculæ porcorum, & vinum groſſum, & ſtypticum, & aqua ferrata. Et ſi fuerit ęſtas, poteſt vti mane & ſero ſyrupo roſ. aut myrtino, & citoniorum miua. ſi vero hyems, laudãtur ſibi in ieiunio radice trypherum, aut radices taſsibarbaſsi coctæ in ſyrupo roſ. & hoc eſt ſecundum. Tertium eſt vt applicentur exterius ſtyptica aliqua, videlicet in æſtate fiat ſacculus ex tribus partibus roſ. & vna myrtillorum, & bulliãt vnico feruore in aqua: deinde exprimatur, & ſupra applicetur. In hyeme vero ſaluia conquaſſabitur, & fricetur cum multo oleo roſ. & in ſacculo ponatur, & applicetur, aut deſuper ambobus ſedeatur. Raſis tamen in reſtringendo præcipit adminiſtrare trochiſ. de charabe cum ſumac. Et ſuper hepar ponere emplaſtrum de ſpica in cap. de debilitate hepatis poſitũ. Præcipit etiam hic Aui. quòd fiant ventoſæ in ſpatulis, & applicentur intus, & extra lichinia de pilis leporinis, & tela araneæ, & puluere facto ex aloe, thure, ſanguine draconis, balauſtiis, & cõſimilibus incorporatis cum albumine ouorum. Et atramenta ſunt quæ retinent ſanguinem inciſionis, vt dicit ipſe. Secundum quod intenditur cõpletur cum mitigãtibus dolorẽ. mitigatur enim dolor ſecundum magiſtrum Arnoldum multipliciter, ſecũdum quod à multis cauſis cauſatur: quãdoque enim cauſatur propter ſanguinis euacuandi retentionẽ, quãdoque propter excreſcẽrię impulſionẽ, quandoque

doque propter earum inflationē, quādoque propter ſiccitatem & duriciē egeſtionum: quādo autē cauſatur dolor proter ſanguinis retentionē. Mitigatur dupliciter, vno modo ad perfectā curā: alio modo ad remediū rātū. Cura veroperfecta eſt, vt cauſa doloris abſcindatur perfecte, quod fit, ſi ſanguis qui ſuperfluit, ſenſibiliter euacuetur: & per illas partes maxime per quas natura cōſueuit: & adhuc conatur euacuare ſcilicet per hæmorrhoides. Et ideo feſtinandū eſt, vt illæ aperiātur. Et hoc fit tribus modis. vnus eſt cū phlebotomo vel lanceta. alius cū ſanguiſugis appoſitis cum canna. tertius eſt cū medicinis. Et melior medicinarū eſt folium ficulneæ, quod debet prius vna pars cōteri cum alia quouſque lac effluat, & poſtea cū eis fricētur hæmorrhoides, donec aperiantur. Et eodē modo fricātur cum rotulo cepe: aut aloesſuccotrinum cū felle bouino ſuperponatur. Aut ſecundū Auic. ſumātur pulpæ colocynthidos, drag. iij. amyg. amararū, drag. iiij. fiāt ex eis lichinia longa, & retineātur in ano: & ſint hęc de quinque in quinque horis. Si vero tardatur apertio, eſt cōſiliū Arnoldi, quod aperiātur venæ quæ apparent groſſæ, ſupra dorſum pedis, & de vtraque, vnc. iij. ſanguinis extrahantur. Et ſi de illa nequit fieri, cōſulit fieri de baſilica. Ad remedium faciendū ſunt in propoſito calefactoria mollitiua, quę ſuauiter & inſenſibiliter derumeſcere facīt, ſuperfluitatem ſanguinis reſoluēdo. fiūt autē hæc calefactoria ſecundū eūdem Arnoldū duobus modis: vno modo vt medicinæ coctæ in aqua olla ſub ſellā perforata ponantur, & ſedēdo in ſella recipiatur vapor per inferiora. Alio modo vt medicinę cum aqua decoctionis earū ponātur in gādali vel cōcha, & ſedeatur ibi: vel immergatur ſpongia in illa aqua, & exprimatur, vel fiat ſacculus, & applicetur. Medicinæ vero quæ bulliētur in aqua, erūt folia linguæ canis, vel maluarū, vel biſmaluæ. M. ij violarū. M. j. meliloti, parietariæ tantundē, fœnugręci, lib. 5. Raſis autē ad hoc laudat cepe albū coctū, & tritū cum butyro vaccino, vt mollefiat: & tepefactū ſupponatur. Auic. laudat melilotū, & lentes excoriatas coctas, & cum vitello oui, & oleo roſ. miſtas: & quādoque vt dicit, ponitur diachylon mollificatū cum oleo roſ. aut adipe anatis cū aliquātulo croci, & opij. Halyab. facit emplaſtrū de chamomilla, meliloto, porro cōmuni radicibus biſmaluæ cuiuſque faſciculū, & trita in aqua fortiter: decoquere iubet donec diſſoluātur:

postquã in mortario terantur, & oui vitellus super misceãtur: deinde farinæ fœnugræci, seminis lini, bdellij in adipe gallinæ calefacti, semis partẽ, misceãtur, & terãtur omnia, & fiat emplastrũ, & sit molle. Rabbi Moyses dictat butyrũ coctum, & despumatum ductum ad solẽ in mortario de plũbo quousque nigrescat, & est valde mirabile: vt dicit in sedatione doloris, & vocat hoc succum plumbi. Et si miseretur oleum chrysomelorum in quo resolutum esset bdelliũ, fieret gratum Aui. Et axungia gallinæ, & anatis in hoc casu ab omnibus conceduntur. Guli. de Sali. dictat vnguẽtum ad hoc, quod Re. olei ros. vnc. iiij. cerussæ, vnc. j. lithargyri, vnc. 5. ceræ, drag. ij. opij, scrop. j. corticis mãdragoræ, drag. 5. fiat vnguentum. Ad vltimum, si dolor est nimis infestus: succurrendum est cum probata medicina Alexandri, quæ mihi in tenasmis, & ad omnes dolores ani multos honores dedit. Et Lanfrã. etiã idem inuenit, vt dicit, quod Re. thuris, myrrhæ, lycij, croci, ana partẽ. j. opij, partes duas. terãtur & cõficiantur cum vitello oui, & mucilagine psyllij, & oleo ros. & fiat linimẽtum: de quo inungatur lichinium, quod ponatur infra, & plagella ab extra. Quãdo autem dolor causatur propter excrescentiã, si sint vuales quæ ex retẽtione generãtur sanguinis, proficiunt remedia prius dicta. Si sunt verrucales, proficit vitellus oui cum oleo violaceo agitatus in æstate: in hyeme vero cum oleo amygdalarũ, aut butyro, aut aliqua mucilagine misto. Si morales, exiccatiua sine mordicatione prosunt, velut puluis factus de foliis tasibarbasi, vel plantaginis, vel radicis cãnarum adustæ adiunctis cerussa & lithargyro, & cum istis eisdẽ potest fieri vnguentũ qui vult. In aliis etiã & in istis si nõ mitigãtur, oportet ire ad earum ablationem. Veruntamẽ si antiquæ sunt, semper vna debet remanere aperta, propter documẽtum dictum, quod conueniẽter potẽst fieri cum aloe misto cum vno ficu super ipsam applicato, & cum hoc in regimine semper debet esse sobrietas. Et nõ auferãtur omnes insimul, sed successiue: & est magis dilectum magistro Arnoldo, vt auferãtur paulatim cum suauibus corrosiuis, qualia sunt ea quæ sunt de natura salis, vt sal, gẽma, & sal nitri, fæx vini adusta, incorporata cũ melle. Nõnulli, vero, vt Rasis, Auic. & Halyab. acuta medicamina, vt trochis. diabardich, quod est de viridi æris, & calidicõ, apponere prẽcipiunt. Rogerius vnguentum ruptorium cum

capsu

capsula apponit desuper. Auic. vero & Albuc. & Bruno cum secta sua magis videtur placere, quòd cũ ferro calido vel frigido incidantur. Et si essent occultæ, docẽt eas cum ventosa, aut cum conamine exprimẽdi extrahere, & eas cum digitis vel panno capere, & tenere quousque operatio sit completa. Ipsi etiã vna cum magistro Arnoldo docẽt eas cum filo ligare, & continue taliter stringere quousque per se cadant.

Quando autẽ dolor fuerit propter inflationem earũ, tũc secundum Arnoldum sufficit quod lauẽtur cum aqua tepida decoctionis seminum frigidorum: cucumeris, cucurbitæ, & portulacæ, & liniãtur cum albumine oui, & succis vel aquis frigidis, & mucilagine psyllij: vel inungãtur cũ populeone seu cum ceroto. Gal. Quando autẽ contingit dolor propter duritiem fęcum: vtatur rebus lenitiuis, & detur in principio prandij. vnc j. de casia fistu. In actu etiam assellandi immergantur inferiora in aqua decoctionis maluarum: & inungatur anus cum oleo rosato tepido, & hoc est probatum.

De ficu quæ fit in ano.

Ficus, atrices, & condylomata, quæ in ano, virga, & matrice fiunt: sic curantur, vt ponit Theodoricus, cum millefolio, parietaria, cum pauco sale pistata, & quotidie apposita ligentur, & incidantur, & vrantur cum cauterio actuali, vel potentiali, vt de hæmorrhoidibus fuit dictum. & dolor sedetur: sicut & illorum sedatur.

De fistulis quæ fiunt in ano.

Fistulæ quæ fiunt in ano, quædam sunt penetrantes infra spatiositatem intestini longaonis: quædam vero non sunt penetrantes, sed tendentes ad alia loca Et quæ penetrant ad intestinum, quædam profundantur vltra tres digitos versus medium musculorum ani: quædam penetrant citra versus marginem ani. Illæ vero quæ non penetrant ad intestinum, sed tendunt ad alia loca, quædam incedunt in carne ancharum, & marginis exterioris ani, quædam versus ossa ancharum, & caudæ versus vesicam, & radicẽ virgæ. hæ enim sunt differentiæ, quæ faciunt diuersitatem in opere.

Causæ istarum fistularum sunt quæ aliarum, apostemata videlicet, & hæmorrhoides, & vulnera male curata:

quando

quando enim ſanies permittitur in locis illis calidis, & humidis, citæ putrefactionis, vltra debitum ſtare, corrodit illa, & alterat, & facit ſinum & fiſtulas.

Signa fiſtularum iſtius loci ſunt præceſsiones cauſarũ dictarum, & durities, atq; nodatio, & ingroſſatio, quæ accidit prope anũ. Et quandoq; aperitur, quandoq; clauditur, à qua exit virus aquoſum ſiue ſeroſum. Significatur eſſe profunditatis cum proba de plumbo, aut de radicibus petroſelini, vel de coſta maluę ſeu præuenchæ. Signũ autem quod penetrant ad inteſtinũ, habetur per exitum fæcis, & ventoſitatis per foramen fiſtulę, & cũ proba immiſſa per ipſum foramen fiſtulæ, & digito præparato per raſurã vngulæ, & inunctionem cum aliquo vnctuoſo immiſſo per anũ, quando ſe adinuicem abſq; medio obuiabũt. Significatur quod eſt in corpore muſculorũ, per priuationem operationis ipſorum, non enim ſufficienter poſſunt continere fæces, neq; digitũ ſtringere immiſſum per anum. Signũ quod tendit ad veſicã, habetur per nocumentũ vrinandi. Quod verò incedat ad partes oſsium, proba manifeſtat. Iudicatur per Auic. quẽ in hoc ſequitur Lanfranc. quod ſi fiſtula ani non magnum facit tædium, dimittatur & teneatur munda cum pannis lenibus, & cotono ſuaui, & lauamentis, & collyrio Raſis dicto ad fiſtulas oculorũ, & emplaſtro nigro, nam eius cura eſt multũ tædioſa. Et forte quod patiens propter ipſam nõ minus viuet: imò ſiue forte magis: cum ipſa ſtet in loco hæmorrhoidũ, & eſt velut emunctorium. materia enim emũctoriorum naturalium vel factorũ ex naturæ aſſuetudine abſq; graui periculo, non poteſt prohiberi. Propterea vult Albuca. q̃ fiſtula, quæ penetratur ad veſicam, & ad oſſa anchariũ, & caudæ, non curetur: quia curatio earum non eſt niſi labor infirmorũ, & fatuitas ſtultorũ medicorum. ſufficit enim eam palliare. Infiltratæ enim & ita profundatę ſunt cũ illis particulis, quod nequit homo venire ad radicem. Amplius eſt intentio omnium, quod fiſtula penetrans ſupra medium muſculorũ ani, non curetur: eo quia peior ægritudo quę eſt exitus inuoluntarius egeſtionis, ſequeretur: Melius ergo eſt quod pallietur. Cæterum fiſtula quæ non penetrat, ſed incedit in carnem iuxta anum & anchas, & quæ penetrant non multum elongando ab ano, poteſt curari ſine timore: vt dicit Raſis.

Iſtæ fiſtulæ ſicut & aliæ, duplex habent regimen, vniuerſale, &

sale,& particulare. vniuersale dictum est superius in capitulo de fistula in communi. Particulare dicendum est hic.

Cura igitur fistulæ non penetrantis,sed in carne incedentis, curatur elargato foramine cum tenta de gẽtiana per incisionem cauernæ, & cauterizationẽ cum cauterio actuali, vel potẽtiali: vt dictũ est de aliis: nisi quod iste locus propter eius naturã indiget maiori infrigidatione & prohibitione quàm alia. Brunus autẽ & Theod. magis cõmendant in ista fistula cauteriũ actuale quàm potentiale:est enim in vltimo iuuamento,& non adducit materiã in loco. Penetrantes autem fistulæ secundũ Rasim non sanãtur: nisi cum ligatione, & extractione cum falce:deinde curãtur:vt dicit,cum medicamine incarnatiuo. Et causa est secũdum Brunũ,& Theod. quia aliter ille humiditates,quę cõgregabantur in cauernositatibus,non poterãt euacuari,neq; desiccari: imò ipsæmet fæces adunato foramine,eas expurgãt,& mundant. Modus autem ligationis secũdum Albuc.est quod per foramẽ fistulæ intromittatur acus plumbea in capite: cuius sit chordula cerisina de tribus,aut quatuor filis:postea cũ digito prępărato intromisso in ano plicando caput ipsius acus ducãt per anũ, & extrahatur extra acus, & filum remaneat, & ligetur stringendo qualibet die taliter,quod totum illud spatium à transitu fistulæ,vs; ad anũ sit incisum. Et tunc super ipsum mitigantia dolorẽ sunt apponenda. Et si patiens non potest attendere dolorẽ,tunc cõsulit Roger. quod ligetur in capite fili paruũ bindellum de panno linitũ cum aliquo corrosiuo, & extrahendo filum seu chordulã, dimittatur bindellus, & ligetur,non tamẽ stricte: tunc desuper apponãtur mitigantia ardorẽ. Modus incisionis cum falce est,quod extrahatur cum chordula immissa extra quantũ erit possibile intestinũ cõprehensum per ipsam chordulam: & post intromittẽdum instrumentũ positum ab Albucasi bene scindens, totũ illud quod cõprehensum est cum chordula scindatur: ita ꝙ chordula expediatur. Vel aliter secũdum magistrũ meum intromittatur per foramẽ chordulæ instrumentũ,quod est curuatum,& cauatũ ab vna parte:& desuper cum cultellari ignito totum cõprehensum incidatur, sic quod chordula,& instrumentũ expediantur. Inciso quod apprehendebatur cũ chordula de intestino,& viuificato foramine innaturali cum naturali,mũdificato loco ab eschara siqua sit:incarnetur locus

cum

cum fomentatione vini, & vnguento apostolorũ, & emplastro nigro, & puluere incarnatiuo, si est necesse, vt dicebat Rasis. Non obstante ꝙ Brunus, & Theod. volunt ꝙ post incisionem, oportet ꝙ fistula mortificetur, & callositas illa destruat. Ad nullã enim necessitatẽ video ꝙ proficiat remotio callositatis, imò expedit ꝙ remaneat, & procuret maior: Tota enim intentio debet esse post incisionẽ, ꝙ totũ foramen corietur, & cicatricetur, sicut est intestinũ, vt superfluitates non cadant super carnem nudam, & dolorem inferãt in ea.

De rhagadijs.

Ad rhagadias quæ in ano, virga, & matrice, supposita diæta remollitiua, confert fomentare locũ cum aqua decoctionis maluarum, & radicis eius, atq; seminis lini. Et inungere cum vnguento Rasis, quod suscepit Lanfrancus. Recipe olei ros. vnc. iiij. ceræ, vnc. iij. cerussæ, vnc. ʒ. plũbi vsti, drag. ij. amyli, dragaganthi, ana drag. j. opij, camphoræ, ana drag. ʒ. albuminis ouorum quinque numero. fiat vnguentum.

Ligaturæ istarum partium sunt plurimum ad tenendum medicamina: & fiunt in passionibus ani, & inguinum cum brachali, & binda pẽdente bifurcata. In burſa testiculorum cum coxa. In virga cum sacculo ad brachale ligatis.

De vlceribus coxarum, tibiarum, & pedum.
Cap. VIII.

VLcera quæ in istis particulis fiũt, vt in aliis, neq; alium modum curandi specialem habent quàm alia, excepta ligatura, quæ in coxis incipit in genu, in tibia super cauillã: & indigent maiori quiete propter promptitudinẽ descendendi humores ad ipsas. Bene tamen est verũ, quod cancros qui in huiusmodi particulis fiũt vulgus, & etiam Rogerius in coxa lupos vocat: In tibiis verò cangrænas: Lanfrãc. verò esthiomenos vocat. Et facit differentiã inter ipsas, & malum mortuum, quæ est fœtida scabies, de qua dicetur infra. Non est tamen curandum de nominibus: vt sæpe dixit Gal. Quicquid sit, si talia vlcera cancrosa non curantur cum aqua aluminosa, & plantaginis: vt supra dictũ est: placet mihi quod, vt dicit Lanfranc. cauterizentur totaliter cum cauterio cultellari: & cum ipso eorum forma rotũda reducatur ad longam, vt citius consolidetur: & post mitigetur ignis cũ ouo,

& oleo

& oleo ros. & maturetur, & mundificetur eschara cum emplastro de apio: & defendatur locus cum vnguento de bolo, vt semper est dictum. Si verò os fuerit contaminatũ, & super ipsum aliqua eminentia apparuerit: consulit Rogerius quod munitis circunferentiis cum aliqua pasta, vel panno cerato, vel diachylon, vel aliquo emplastro frigido adhærẽte, caro superposito impleatur de aliquo causticо: & stet à mane vsque ad sero vel econuerso. Et postquàm caro fuerit denigrata, & mortificata: ad extinguendum ignem de super ouum cum oleo ros. si vis apponatur: & procuretur cum butyro, & caulibus pistatis, ꝙ caro mortificata cadat. Et postquàm ceciderit: os abradatur, & remoueatur quousq; remaneat mundum. Et si est necesse, cauterizetur & tractetur, vt supra dictum fuit, de osse corrupto. Et post vti cætera vlcera curetur: in casu tamen, quod totum os esset mortificatum, & tabefactum, dimittatur: quia incurabile est, vt dicit. Caue tamen de quantitate corrosiui seu causticі, quia pericula vidi: à quibus nos liberet omnium Deus liberator. Amen.

Incipit liber quintus de algebra, & extensione, & restauratione ossium fractorum & dislocatorum. Cuius sunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima est de restauratione fracturarũ.
Doctrina secũda de restauratione dislocationũ.

Doctrinæ primæ sunt octo capitula.

De restauratione fracturarũ vniuersaliter. Cap. I.

FRactura ossis, id est catagma, vt dictũ fuit superius in de ossium vulneribus, apud Gal. in 6. therapeu. dicitur secũdum linguam Græcorum quæcunque solutio continuitatis facta in osse. Secũdum autem linguã nostram dicitur solutio in osse facta, non à quacunq; re, sed à contundente, vt vera sit prima differentia solutionis ossis, quod quædam est incisa: quædã contusa: non accepta à causa efficiente, sed à dispositione derelicta propter verba Gal. in 4. therapeu. A causis enim procatarcticis seu primitiuis tãquam à non entibus

tibus non ſuſcipitur indicatio curatiua: ſed ſolum ſignificatiua. ſola vtiq; diſpoſitio derelicta, & natura particulæ ſunt principaliter illa quæ curam iudicant: diſpoſitio verò includit eſſentiam rei, & ſua accidentia ſeu diſpoſitiones conſequentes. Et ſecũdum hoc dicitur quod fractura quædam eſt ſimplex, quædam compoſita: ſimplex ſecũdum Gal. in capit. præallegato, quædam eſt virgalis ſeu tranſuerſalis, quædam eſt ſciſſuralis ſeu longitudinalis. Et quælibet iſtarũ, vt dicit Lanfranc. quædam eſt cõpleta in qua rotunde frangitur totum os: quædam incõpleta in qua non frangitur niſi medietas, aut aliqua pars ſola. Et iterũ quælibet iſtarum, quædam eſt æqualis & plana, quædã inæqualis, ſquirloſa, & fruſtuloſa. Et adhuc quælibet iſtarũ, quædam eſt in oſſe vno, quædã in duobus aſſociatis. Compoſita verò quædã eſt cum vulnere, quædã cum dolore, quædam cum apoſtemate, quædã cum equitatura, & nodatione oſsis malè cõſolidati: & ſic de aliis. Quæ autem ſumũtur à natura particularum, ſecundum Albuca. quædam ſunt in oſſe naſi, quædam in oſſe mandibulæ, quædam in furcula, quędam in brachiis: & ſic conſequenter. A talibus enim differentiis ſumũtur intentiones curatiuæ.

Cauſæ fracturarum ſunt quæ & aliorum vulnerum, omne quod aptum natum eſt contundere & frangere oſſa, vt eſt caſus, & percuſsio.

Signa & iudicia.

Signa autem fracturarũ ſecundum Halyab. octauo ſermone partis primæ diſpoſitionis regalis ſenſui patent. fractura quidem ſi manus ſiat proxima, & tangat membrũ fractum, partes inuenit oſsis adinuicem ſeparatas variáſq;, & membri figuram inæqualem. Et ſecũdum Raſim & Auic. palpando cum manu, crepidatio auditur in oſſe. Et dolor dum tangitur, & impotentia ſuſtinendi, ſuper hoc atteſtantur. Et cauſæ quæ faciunt fracturam ad hoc dant iuuamentum: vt dicit Auic. Verum in longitudinali non inuenitur groſsities naturalis in ſubſtantia oſsis, vt dicit Lanfranc. ſine præſentia aliorum, vt dicit Raſis. Eſt tamẽ ibi dolor: & quædam inæqualitas: vt oſtendit ſenſus. Alias autem differentias oſtendit ſenſus, & præſentia ſingularũ. Iudicatur per Auic. vltra indicia data ſuperius in de vulneribus oſsium, ad quod capitulum in multis pro iſta materia eſt currendum. Quod

fract

fractura transuersalis integra malæ præparationis est: quia cum difficultate remanẽt ossa secundum cõtinuitatẽ naturalem: & ideo sæpe in ipsa accidit ossiũ superequitatura: & maxime quãdo est in vnico osse nõ associato, vt in coxa: vel in ambobus associatis. Amplius fractura quę est prope iũcturã, difficilis est: quia male potest ligari, & vtplurimũ in ea motus remanet difficilis & durus. Præterea fractura cũ dolore & apostemate & cassatione carnis & frustulis, est mala: quia non potest bene restaurari, quousq; illa fuerint correcta: fractura autẽ cũ vulnere & disruptione etiã est difficilis, quia oportet dimittere foramẽ pro vulnere præparãdo: & bindæ & hastellæ deficiũt: quare male potest mẽbrum in sua æquatione seruari. Fractura autẽ quanto magis moratur ad restaurãdum, tãto deterior est: quia induratur & implẽtur spatia aliena substãtia: & ita in restauratione indiget magna extensione. Magna aũt extẽsio suspecta est ad spasmũ, vt ponit Auic. Amplius fracturę diuersificãtur secũdum spatiũ & terminũ in quo morantur ad coglutinandũ & sanãdũ: vt craneum in 35. diebus: os nasi in 18. diebus: costa in 28. & sic de aliis, vt dicetur infra. Et ætas etiã in hoc addit, & minuit, vt Iamerius dicit. Præterea inquit Auic. & Halyabb. in nono sermone secundæ partis: quod causæ, quare ossa retardantur ad consolidandũ, sunt multitudo embrocationis cũ aqua calida & mutatio crebra, & in motu festinatio, & sanguinis viscosi paucitas: aut nimia strictura prohibẽs membrũ nutrire: aut frustrorum ossiũ præsentia. Et propter hoc dicit Auic. ꝙ restauratio cholericorũ & conualescentiũ, & etiã senum, minoratur: imò dicit Albu. & Iamerius ꝙ in decrepitis non fit restauratio. Et de illis quæ significant restaurationẽ mẽbri, est æqualis cõpositio ad sociũ sibi comparẽ comparata, & delicia, & apparitio sanguinis, quem expellit natura cũ studio ad fracturam, Et ideo dicitur inflatio membri sine magno dolore post præparationem primam, & deinflatio post tempus reparationis, est bonum signum.

Curatio generalis fracturarum sequitur intentiones generales vulnerũ superius in de vulneribus dictas. Et prout habetur à Gal. in sexto thera. & ab Auic. in primo & quarto. Quatuor sunt principales intẽtiones. prima est ossis æquatio. secunda ipsius æquati conseruatio. tertia est cum poro ligatio, & quarta est accidentium correctio. Verum antequam pro-

cedatur ad ostendendum q̃omodo dictæ intentiones com plentur: præmittantur sex documenta, quæ sunt necessaria ad operationes præfatas.

Primum documẽtum est, ꝙ ante omnia prẽparẽtur necessaria ad reductionẽ. primo locus aptus. secundo ministri cõueniẽtes. tertio albumina ouorũ in bona quãtitate, & oleum ros. & pãnus infusus in eo magnus secundũ quãtitatẽ mẽbri fracti, quarto filũ, & bindę tres latæ & lõgæ secundũ mẽbrũ, de vna aut duabus brachiatis, in oxycrato infusę, & expressę. quinto stupatæ leues bene & æqualiter factæ secundũ quãtitatẽ mẽbri, infusæ etiã oxycrato, & expressæ, vt consulit Rasis. sexto hastellæ planæ & leues de abiete, vel de ligno à vaginis spatharum, aut de cornu, aut de ferro siue corio longæ secundũ mẽbrũ ad tres vel quatuor digitos vltra fracturam, vt dicit Albu. & plus, si est necesse: dũtaxat ꝙ nõ tãgant, neq; offendant iunctũrã: grossiores in medio quã circa extrema: tot quot sunt necesse ad inuoluẽdum totum mẽbrum: devna tamẽ ad aliã digiti vnius sit latitudo, & cooperiãtur de panno, & liniãtur cum albumine oui. septimo ꝙ si est necesse, habeãtur cannuli cũ chordula ligati singulariter tot quot sunt necessarij secundum lõgitudinẽ mẽbri, & cum chordula ligentur hastellæ: & cum cannulis voluẽdo stringatur ad suffi cientiam, & postea per omnes cannulos virga parua intromittatur: vt reuolutionẽ & strictũrã suã non perdãt. octauo ꝙ habeatur cunabulum aut suspẽsoriũ in quo mẽbrũ firmiter & plane situetur. nono lectus de almatraciis, in quo iaceat, & si est necesse, sit perforatus, ad assellãdũ. decimo chorda pendẽs supra lectum: aut aliud ad appodiãdum & iuuandum se cum voluerit assellare, aut se erigere, & gyrare.

Secundũ documẽtũ est de æquatione ꝙ in tẽpore æquationis sint duo ministri: & vnus teneat, & trahat mẽbrũ ab vna extremitate: & alter ab alia directæ, vt eminẽtiæ nõ frãgantur. Et si cõuenienter cum manibus nõ possunt extẽdere mẽbrum fractum, ꝙ circum immittãt laqueos vel organa qualia Hipp. nos docuit, vt vbi supra dicit Gal. Organa autẽ illa credo sint corni lignei cum columnis sicut dicit Albu. aut facti ad modum spingularũ, vt habebat ille de limello, & extẽso mẽbro cum manibus magister tractãdo ipsum secundum lõgitudinem cum facilitate ducat ad cõtrarium, quæ egressa sunt exẽplo vtẽtibus eo ꝙ sanum est, vt vbi supra dixit Gal.

Tertium

Tertiũ documentũ est ꝙ cõseruatio quę fiet per ligaturã, & per situationẽ, fiat faciliter & indolorose. Eliget, inquit Gal. vtiq; quis extẽdere, & plasmare, & superligare, & deponere secũdũ modũ, & figurã indolorosissimã. Nihil enim est causa magis destructionis mẽbri quã dolor qui peruenit ex strictura, & inepta repositura. Et aduerte ꝙ ex hoc multa membra vidi esthiomenari & corrũpi: de quo etiã Rasis operantẽ incãtat. Ligatura enim que quidẽ remissa est, non tenet ossa: quę vero fortiter est restricta, dolorẽ operatur, & vitã nõ permittit venire in mẽbro, fiat ergo mediocris, terminus autẽ eius est bona toleratio, vt dicit Rasis: & dictũ est supra. Tres aũt bindas cõsulit Hippo. in ligãdo fracturã. prima enim de loco fracturæ ascẽdẽdo, quæ est materiei descẽsus prohibitiua. secũda à dicto loco descẽdẽdo quæ est materiei expressiua, custodiũt igitur simul, & roborãt quod fractũ est: et absq; phlegmonizatione seruãt istæ duę primę bindę, vt dicit Gal. multis inuolutionibus cõtinẽtes fracturã versus sanũ: quãtũ fuerit necesse super posidẽtes: nõ tamẽ sufficiũt, nisi sit tertia quæ ad custodiã splemorũ, id est plumaceolorũ fuit adinuenta: vt autẽ nõ phlegmonizẽt, iubet vti ceroto: loco cuius oleũ ros. ponitur, si tamẽ fuerit cũ vulnere, austerũ & nigrũ vinũ. Et est cõsiliũ Rasis, ꝙ circa diẽ septimã strictior ligatura incipiatur, in principio tamen & fine laxior fiet timore apostematis à principio: & vt melioretur nutritio in fine. Apta enim situatio dupliciter præparatur, vt ponit Gale. vno modo excommuni intẽtione ꝙ sit indolorosa: alio modo ex natura particulæ & cõsuetudine: & cõcordãtur isti modi adinuicẽ: quia naturalis & cõsueta figura particulæ indolorosa est maxima. Et de hac pósitione summe incãtãt patiẽtẽ, ꝙ caueat eã. Et ob hoc inuẽta sunt cunabula, & suspẽsoria, & instrumenta mechanica ad firmius & tutius tenendum ipsa.

Quartũ documẽtũ est ꝙ à principio apponantur hastellæ leues, aut aliquæ loco earum nõ ad restringẽdum, sed solum ad sustinendum vsque ad diẽ septimum quãdo trãsiuerit tẽpus apostematis: & tunc ponãtur hastellæ bonæ, & sufficientes ad restringẽdum & sustinendum, & continuentur vsque ad finem, ꝙ porus sit bene firmus: & nõ fiat festinatio in remouendo, vt dicit Auicen. Vnde Gale. in sexto. Appareant vero iam omnia modo nihil impediat phlegmone libera, ac quam pro naturali habitu nonnunquam magis gracilia,

tunc licebit ferulas circũponere & ſoluere ex maiori interuallo: ante vero quando phlegmones dominabatur intẽtio, licet ſupple eſſet bonum ad ſuſtinendum ponere, tamen non erat tutum eas premere.

Quintum documentũ eſt de tẽpore remutationis ꝙ remutatio nõ fiat, ſi conſtat ꝙ fractura ſit bene rectificata, & nihil ſiniſtrũ contingat, vſque ad 10. vel 15. vel 20. dies, quãto enim tardius ſoluitur, tanto melius, dicebat Raſis. Si autẽ dubitaretur de rectificatione, infra ſeptimũ diem vel 10. remutari poteſt: quia adhuc nõ generatur porus. Et ſi aliquid eſt ad rectificandũ, tunc poteſt rectificari. Si autẽ accideret dolor, aut apoſtema, ſeu pruritus, infra tertium diẽ fiat remutatio: & ita voluit Auic. vnde Gal. vbi ſupra, verum litera eſt intricata, & forte in exẽplis Grẽcorum male inuenta: quia illud ſolueretur intra acus eſt negatiue. Soluere autem iubet Hippo. per tertium: ſi faſtidiũ, aut pruritus, aut tranſpirationes male detentæ particulæ innaſcantur. Si vero illa non fuerint, non licet ſoluere frequenter, ſed expectare. Vnde poſt principiũ, ac vero & poſt ſeptẽ nõ licet ſoluere plurimũ, niſi particula indigeret extrahere ichores, vel ſi poroſatio nõ fieret bene: quod cognoſcitur circa tempus prædictũ: & tunc eſt ſoluendum: & ita intellexit Brunus, & Theodoricus, & omnes practicantes.

Sextũ documentũ eſt de generatione pori: ꝙ poſtquã incipit generari, verſus 8. diem regimẽ ingroſſetur, renutricare enim dicit Gal. oportet corpus cibariis euchymis & nutritiuis: ex quibus generari cõſueuit humor nõ ſolũ benignus, ſed etiã viſcoſus, ex quo oportet magis generari porũ, velut dicit Auic. vt eſt riſum, & frumẽtũ coctũ cum aqua, & pedes, ventres, & capita animaliũ decocta, & vinũ ſtypticum, groſſum. Et caueat ab omni eo quod ſubtilia & adurit ſanguinẽ, ſicut vinũ ſubtile, allia, atq; cepe, & ſinapis, & ſpecies, ira, & coirus, & ſimilia. Vnde Raſis, oportet in eis regimẽ ſubtiliare à principio per aliquot dies: & vino nullo modo approximare præſumant: & ventrem ſolui, et phlebotomari, ſi fortes fuerint, vt prohibeatur apoſtema: poſtquam autem erit ſecurus de apoſtemate, ad regimen quo conſueuerat vti, reuertatur.

Expeditis documentis veniendum eſt ad prædictas quatuor intentiones quomodo in ſumma complentur.

Prima

Prima quæ est ossis æquatio, cõpletur cum debita membri extẽsione, & ossis depressi eleuatione, & eleuati depressione in dolorose quousque capita ossium ad naturalem situm reducantur.

Secundũ cõpletur cum bona & decenti ligatura & appodiatura. Et licet modus apud diuersos sit diuersus: quia aliqui immediate super fracturã vngunt, & ligãt vsq; ad quintum vel sextum aut septimũ dies, nõ hastellant, nõnulli immediate à principio emplastrant: & numerum plumaceolorum destupata, vt Theodo. aut de pannis, vt magister Petrus de Argẽtina applicant: & desuper ligãt, & hastellãt. Et vtrobique periculum: quia dormiẽdo mẽbrum nõ posset torqueri. Et supra tot plumaceolos debita nõ potest fieri ligatura.

Ego tamẽ mediãdo plus vere ad modũ Gal. Albuca. Auic. Halyabba. declinando iuxta documẽta prius data, istas duas intẽtiones cum tribus ordinibus cõpleo. In primis respicio vt conseruãdo dolor sedetur. In secundo conseruãdo, vt porus generetur. Et in tertio, vt conseruando membrum confortetur, ad suos actus reducatur.

Primus ordo sic cõpletur, ꝙ fractura æquata dũ adhuc tenetur mẽbrum extẽsum per ministros cum ligamẽto longo lato secundum naturã mẽbri: vt immediate, vt Rogerius, aut mediante aliquo pãno, aut leuissima stupata, vt Lanfrancus, duntaxat ꝙ nõ sit adeo grossa ꝙ impediat decẽtẽ ligaturam infusa in mistura albuminis ouorũ, & olei ros. incipiẽdo super fracturã descendẽdo & ascendẽdo de parte sana satis capiendo: plus tamen supra fracturã stringẽdo, plane & indolorose ligetur. Et desuper ligaturã filtrum, aut pãnus duplicatus, aut stupata infusa & expressa quæ cõprehendat totum mẽbrum, vt hastellæ nõ offendant ipsum, suatur, & apponãtur desuper hastellæ de ligno, aut de corio secundũ naturam mẽbri factę cum stuellis aut bindello ligentur: & ad quiescẽdum in loco firme trãquillo cum suis appodiamẽtis situetur. Et in crastinũ patiens si est necesse & possibile phlebotometur, & regimẽ subtile sibi iniungatur. Et de vẽtre in primis diebus, præcipue si fractura in mẽbris fuerit inferioribus, nõ curetur: & nõ remutetur vsq; ad 10. vel 15. dies: nisi fractura fuerit male præparata: aut aliud occurrat quod instet. Et tũc post tertium vel quartum diẽ dissoluatur, & reparatis reparandis, vt prius præparetur, & ita cõpletur primus ordo.

Secundus vero cõpletur quod post 12. vel 15. diem quando materia puri incipit venire, quod percipitur per sedationem doloris & aduentus apostematis, & per bonam mẽbri coloratione, & ligaturã: dissoluatur: & mẽbrum cum aqua calida lauetur. Et si aliquid est ad reparandum, reparetur: & emplastrum factum de farina volatili, & pul. rubeo cum albuminibus ouorum extensum in panno desuper apponatur, & ligetur: & omnia alia fiant vt in prima præparatione: nisi ali quantulum plus stringatur: & ab inde regimen ingrossetur. Et si est necesse venter leniatur: & ita remutetur de septimo ad nonum, aut plus quousque os sit bene cum poro ligatum quod scitur per tactum, & deinflationem, & tempus suæ firmationis aduentum.

Et tunc incipiendus est tertius: & est de tertio in tertium mẽbrum cum vino salito decoctionis ros. & absinthij in vase arboris quercus lauetur: & cũ bona stupata infusa in illo vino, & expressa cũ duabus aut tribus hastellis ligetur: & tũc membrum ad operationes solitas paulatine, & caute reducatur: & in fine si est necesse, cum dialthæa, & oxycrato dulcoretur. Sed quarta aut quinta intẽtio cõpletur secũdũ quod accidentia occurrunt: vt si est dolor aut apostema ante omnia: imò si esset ligatum, dissoluatur: & cum lana & oleo & aceto & aliis conuenientibus remediis sedẽtur: & non ligetur, neque hastelletur, nisi ad sustinẽdum mẽbrum, & tenendum medicamina, quousque fuerint sedata. Et tunc ad præparandum redeatur prout dictum est. Si autem pruritus superuenerit, dissoluatur ligatura, & cum aqua sallita membrum embrocetur, aut cum vnguento albo, aut populeone inungatur, & ligetur vt prius.

Si vulnus fuerit factũ à principio aut post propter extrahere frustula, ipsis extractis, suatur, vt dictũ fuit in de ossiũ vulneribus supra, ad quod est recurrẽdũ pro huiusmodi fracturis: &, vt dictum est, præparetur. Et quãdo faciet saniẽ, foramen per vnde possit vulnus mũdificari quãdo erit necesse, dimittatur. Si fuerit porus paruus, cũ fricationibus, & embrocationibus, & emplastris piceis, & laxa ligatura nutrimentum ad locũ trahatur. Si nimius, cũ lamina plumbi & ligatura cõstringatur. Si os fuerit male consolidatũ, & fuerit recens de 6. mensibus, mollificetur cum balneo & emplastro de bismaluis & consimilibus per 15. dies, vt dicit Iamerius:

& ext

& extendẽdo cũ vittis ab vtraque parte impingendo cũ genu refrangatur,& incontinenti æquetur:& vt dictũ est,preparetur. Et multoties est posibile quod leniendo orosbot æquatur fractura,cum eo quod scis,inquit Auic.in quo pondus cum pallula vidi vtile. Si autem fuerit antiqua,& porus induratus,iuxta consilium omnium peritorum dimittatur: melius enim fuisset illi sapienti de quo loquitur Halyab. in tertio techni,viuere cum sua claudicatione,quàm in talibus tortoribus mori. Verum si multum infestetur, & aliter non potest fieri,consulit Auic.quod incidatur caro, & orosbot fricãdo separetur. Si fuerit attritio, & timetur membri corruptio,scarpelletur:& vt dictum est, de esthiomeno,regatur. Et si remãserit duricies,curetur,vt in sexto de arthretica,& pasionibus iunturarum, & in antidotario dicetur. De transuersalibus sufficiant. De longitudinalibus eodem modo est procedendum.premere autem oportet magis eas secundum fracturam, & pellere intus magis illud quod absceſsit,vt dicit Galenus.

De speciali reductione fracturæ cranei,ossis nasi, mandibulæ,ossium capitis & faciei. Cap. II.

DE cranei fractura & de naso dictum est superius in tractatu tertio de vulneribus. In fractura mandibulæ cõueniunt omnes Halyab. Albuc.& Aui.quòd si fracta fuerit, cum digitis tuis positis infra os patientis reducatur ad schema suum:quod cognoscitur quando dentes partis sanæ coniunguntur cum dentibus alterius directæ:& tunc ligatis dẽtibus infirmis aliis sanis cum filo bene cerato, aut de argento vel auro apponantur:& desuper auxilia dicta in communi sermone:& desuper loco stuparum plagellæ de pãno multiplicatæ:& post hastellam de folia corij. Et ligetur ligatura incipiente retro collum,& veniente supra mandibulam,reuertendo sub auribus retro caput reducendo ligetur in fronte. Et si sint necessariæ plures reuolutiones, fiant per eũdem modum,donec ligatura bene fuerit firma. Cibaria sua sint forbilia,ne ipsum grauent in masticando. Tempus autẽ suæ firmationis est fere 28.dierum secundum Aui.& Albuc.

De fractura colli & spondylium dorsi. Cap. III.

INquit Paulus,vt dicit Auicen. & Halyab. idem affirmat, quòd ossibus spondylium raro accidit fractura. sed plus

rimum attritio. licet contrarium dicat Albuca. Verum Paulus & Halyab. intellexerunt in rotunditatibus ipsorum. Albuc. vero in aliis eorundem. Quicquid sit, si nocumentum peruenit ad nucham & neruos procedentes ab ea, producunt ad paralysim, vt dicit Albuc. manuum, si superiorum: pedum si inferiorum. & aliquando sequitur mors, vt dicit Aui. quare oportet vt præmittamus sermonẽ in perditione. Et si accidit egestionis inuoluntaria egressio, aut non potest mingere quãdo desiderat: scias quòd est mortale, vt dicit Albuc. Non ergo labores in curatione eius. Si vero non accidit aliquid ex illo, curatio eius erit in sedatione doloris & apostematis cũ oleo ros. & vitellis ouorũ assatis: & sedatis illis pone super ipsos aliquid de emplastris cõfortantibus & desiccãtibus, & stringe locũ cũ ligamẽto. Et præcipe infirmo quietem & situm super partẽ in qua minus dolet. Si vero frangitur postremum ossis caudæ, intromitte pollicẽ manus sinistræ in anum, & æqua os fractum cum manu altera, secundũ quod fuerit possibile: deinde pone super ipsum emplastrum: & hastellas, & stringe cum ligamento.

De fractura furculæ, & ossis spatulæ, seu omoplatæ. Cap. IIII.

FRactura furculæ pectoris aliquãdo est ad exteriora, aliquando ad interiora: & quę ad exteriora, est facilis reductionis: quæ vero ad interiora, difficilis. In illis quæ ad exteriora nõ oportet nisi modicum trahere humerum, & fracturam prẽmẽdo intus ducere, & auxilia dicta ponere, & stupatam: aut pãnos plicatos, & hastellã de sola duorum digitorũ in latitudine, & octo in lõgitudine: & ligare ligatura longa trãseundo sub titillicis, in quibus fit pila de lana, aut stupis: & toties voluatur quousq; locus fuerit bene firmatus: & suspendatur brachium ad collum & quiescat. Et videatur continue, id est quotidie quod ligatura non relaxetur, & semper refirmetur, vt dicit Albuc. Si autẽ fractura sit ad interiora, applicato genu in medio spatularum, vt faciebat magister meus Bonon. trahãtur fortiter humeri ad posteriora: & tũc cum manu reducatur fractura, vel extẽdatur patiẽs ad terrã, vt Aui. & retro scapulas ponatur puluinar seu carellus rotundus, aut gibbosus: & prẽmantur ad terram fortiter humeri: & tunc cũ manu reducatur fractura. Et si nõ reducitur, vnge

manum,

manum,aut corium cum aliquo viſco, vt fit de coſtis: & violenter eleuando manum,aut corium,reducatur. Et ſi faceret nocumentum anhelitui, & quod aliter nō poſſet fieri vel reduci:capiatur caute ſine hoc quod diſrumpatur ſiphac cū vncino:& trahatur extra,vt fit in extrahēdo oſsium fruſtula,& emplaſtretur,& ligetur,& ſuſtentetur, vt dictum eſt ſupra. Tempus ſuæ firmationis eſt 24.dies vt dicit Albuca.

De fractura oſſis adiutorij,& brachij,& totius manus. Cap. V.

OS adiutorij cum frangitur ſecundū plurimū declinat ad exteriora,vt dicit Aui.Circa quā fracturā eſt intelligēdum præter vniuerſalia:quòd licet Albu.ponat duos modos reductionis & æquationis,quorū primus mihi eſt difficilis, ſecundus facilis,quia cōcors eſt cum omnibus, niſi in hoc q loco haſtellarum præcipit vt brachiū ligetur cum adiutorio taliter quod vola manus iungatur cum humero: nihilominus melius eſt,vt poſt reductionē factā ſuauiter indoloroſe trahēdo adiutoriū cum brachio & cubito per vnū miniſtrū: altero firmiter tenēte partē ſuperiorē & humerum:fractura cum manibus æquetur,& ligetur,& quinque aut ſex haſtellis haſtelletur,& ad collum cū gauſape ſuſtentetur:ita quod brachium plane ſupra ventrē iaceat:& cum preſſuris,& pannis ita appodietur,quod non torqueatur.Remutetur autem de quarto ad ſeptimum,& firmatur in quadrageſima.

De brachio & focilibus eius.

Accidit quandoque in brachio,vt frāgantur focilia duo ſimul:quādoque vero alterum ſolum. Et fractura focilis inferioris maioris eſt vehemētior,& turpior,quā ſuperioris minoris,vt dicit Aui.& Albuc.illud idē.Circa quā fracturā cōcordāt omnes,quod ſiue vnum os ſit fractū, ſiue ambo: extēdatur per duos miniſtros,vnus trahat verſus cubitum,alter verſus manum: & medicus cum ſuis manibus ſuauiter æquet,& reſtauret,& liget:& alia fiant quæ dicta ſunt in capitulo vniuerſali.Brachium quando alterum os frangitur, cum minori ſufficit haſtellatione:quando autem ambo franguntur,quinque aut ſex haſtellæ requiruntur. Situatur iuxta ventrem.ſuſpenditur ad collum.firmatur in 38.

De rasceta & digitis manus.

Ossibus rasceta parum accidit fractura: quoniam ipsa sunt dura valde: sed separatio. Quare consulit Albuc. quod extendatur manus supra tabulam, & comprimendo & plasmādo reducantur, & emplastrentur, & ligentur, & hastellentur cōuenienter: & vola & manus cum stupis, aut pannis impleatur, & digiti vnus cum alio ligentur. remutetur de quarto in quartum. Firmatur in 20. diebus.

De fractura costarum & partium eius. Cap. VI.

INtelligendū est quòd fractura furculæ, & costarū, & ossiū thoracis in multis cōueniunt differētiis, & causis, signis, & iudiciis, & in modo curandi. Nam sicut dictum est de furcula: aliquādo franguntur ad interiora: aliquādo ad exteriora: aliquando vero costæ plicantur, & non franguntur.

Signa autem sunt communia & vlcera: quod quando franguntur, aut plicantur ad interiora: accidunt accidentia pleuresis de nocumento anhelitus, & sputo sanguinis, & tussi: quare est multum periculosa.

Circa curam ipsius est aduertēdum quod licet Haly. & Aui. Albu. & multi alij diuersimode, & sine distinctione tractent de fractura costarum: quia Albu. Aui. & Halyab. cum lana & oleo puluillis & ligamentis. Rogerius æquat & reducit cum manibus suis linitis aliquo visco in balneo aut iuxta ignem firmādo cum apostolicō, in alio cum applicatione. Iamerius idē: nisi quod in quatuor primis diebus emplastrat cum melle, & cymino, baccis lauri, pulegio, & costo. Quem modum etiam, vt affirmat Theodo. sequebatur Hugo magister suus. Brunus autē cum distinctione illa quæ ab extra, æquat cum manibus: & emplastrat, & hastellat vt cōuenit. ad illam quæ ad intra declinat, fomētat cum oleo & lana in parua. in magna aperit & trahit. Guli. de Sali. cum manibus æquat, & cum albumine ouorum, & farina, & aliis glutinatiuis emplastrat. Lanf. procedit vt Rogerius: nisi quod præcipit vt patiens tussiēdo iuuet extrahere costam ad extra. Ego autem de tali fractura supposito regimine vniuersali de phlebotomia, & ventre, & diæta, & potione carmināte materiā cōgelatam, vt est brodium cicerum, distinguo, vt Brunus, q̄ ipsa aut declinat ad extra, & tunc comprimendo cum manibus

æquo:

æquo: & cum emplastro de albuminibus ouorum, & farina, & aliis glutinatiuis & bonis stupatis, & hastella, solea & lõga binda locum firmo: & in fine cum dialthæa, & oxycrato dulcoro. aut ad intra declinat: & tũc vt Rogerius, Iamerius, Lanfranc. in balneo vel iuxta ignẽ manibus linitis cum terebinthina, aut aliquo visco, & applicatis super partem depressam trahendo cum adiutorio tussis & retentione anhelitus patientis, eam cum omni ingenio eleuo: & si necessarium est, vẽtosam appono: aut aperio vt dicit Auic. Et super partẽ in primis tribus aut quatuor diebus ad sedandum dolorem & prohibendum apostemationẽ oleum rosatũ, & albumina ouorũ cum stupis applico: & leui ligatura solum ad retinendũ medicamina ligo. Post verò cum emplastro de farina fabarum, & melle ipsum rego. In fine cum dialthæa & oxycrato dulcoro. Remutatur de quinque. firmatur in 20.

De fractura ossis anchæ, & coxæ. Cap. VII.

OS anchę raro frangitur. Sed quandoq; finditur, & comminuuntur extremitates: & quandoque impellitur ad ventrem: & accidit propter hoc dolor, & stupor in coxa. & ex hoc sequitur diminutio in coxis: & est res satis difficilis ad reducendum. Et in reducendo oportet extendere coxas, & pellere ancham: & sicut erit possibile, reducere: & postea emplastrare, & ligare.

De coxa.

Cum coxa frangitur, necessaria est extensio fortis, vt dicit Auic. propter quam fracturam & omnium aliorũ membrorum est intelligendum quod de causis, & etiam de regimine in genere est recurrẽdum ad sermones vniuersales superius dictos: nisi quantum est de fractura coxæ, parum denudatur à claudicatione, vt dicit Auicen. In speciali tamen est sciendum, quod fere omnes concordant, ꝙ eodem modo est procedendũ in regimine ipsius, vt in adiutorij fractura: propter quod oportet vt fortius extendatur. Et ideo præcipiunt eam extendere per duos ministros cũ ligamentis ligatis super, & subtus fracturã: etiam præcipiunt, vt ligetur fortius, & hastelletur cum 6. vel 7. hastellis: quarũ exteriores volebat Guli. esse longiores & fortiores, licet secundum Albuc. sufficeret cum tribus: quia crus loco hastellarũ præcipiebatur ligari cum coxa, vt calcaneus perueniret ad nates, quod

mihi

mihi non placet. In modo tamen situandi sunt diuersi. Nam aliqui, vt Roger. Albuca. & Guli. situant eam in lecto plano, & appodiant ipsam hinc inde cum pānis & stupis, quod non laudo. Alij, vt magister Petrus, cum sustentamentis factis de paleis longis secundum longitudinem pedis inuolutis cum linteamine & sutura, desuper ligāt cum tribus aut quatuor vittis. Alij verò, vt Auic. & Brunus, & sentiebat Roger. cum duabus hastellis longis vsq; ad pedes ligatis etiam cum vittis. Nonnulli, vt Lanfranc. & multi moderni, in capsula seu canabulo vsq; ad pedes ponunt. Quicquid autē diuersificent, omnes intendunt coxā fractam æquatā taliter situari: vt sine molestia quiescat, & non moueatur, neq; declinet ad aliquā partem. Et ideo incantant operantē. Rogerius vt secundum longitudinem sanæ teneatur infirma. Et ad maiorem cautelam Roger. situabat in lecto stricto perforato: vt sine eleuare de situ posset assellare: & ligabat coxā, & tibiam in tribus aut quatuor locis cum spōda lecti, & pedem ad columnam, vt nō posset eam patiens ad se trahere, vt Theod. Ego autem eam ligatā cum hastellis longis vsq; ad pedes firmo, aliquoties cum illis appodiamētis de paleis, aliquoties cum capsa: & ad pedem ligo pondus plumbi transeūdo chordam super paruā polegeā: ita quod tenebit tibiam in sua longitudine. Et si est aliquis defectus in æquatione, trahendo paulatine rectificabit. Remutatur de 9. & vltra. Firmatur in 50. dieb.

De fractura genu & tibiarum, totiúsque pedis. Cap. VIII.

ROtula genu raro frangitur, sed plurimum conuertitur. Et oportet in restauratione eius, vt dicit Halyab, fragmenta cum digitis adunare, & secūdum suam figuram adæquare, & emplastrare, & ponere hastellam rotundam de sola: deinde ligare vt conuenit.

De tibia.

Tibia quandoque frangitur secundum duo focilia: quandoque secūdum alterum: quandoq; in maiori, & tunc declinat ad posteriora: quandoq; minori, & declinat ad anteriora & interiora. Et fractura focilis maioris est deterior minore, quia maior sustinere potest tibiam: quādo autem franguntur ambo, est deterius. Fractura tibiæ vult Albuc. & Halyab. quod ita regatur, sicut fractura brachij, nisi quod præcipit

quod

quod situetur inter duas tabulas secundum longitudinem totius tibiæ, aut in cunabulo : quod idem facio, & quando est necesse, ingenia de coxa sibi approprio.

De calcaneo.

Calcaneus non frangitur : quia os durum est, & protectum à ligamentis.

De rasceta pedis.

Rasceta pedis etiã raro frangitur, & quando frangitur, difficilis est curationis, vt dicit Auic. & sæpe adducit accidentia mala, de qua dicit Albuc. quod restauratur ponendo pedem supra terram, & calcando cum pede tuo emplastretur, & ligetur cum hastella lata secundum ventrem, & solam pedis: & compleantur concauitates, vt de manu fuit dictum.

De articulis digitorum.

Digitorum pedis fractura æquatur sicut & digitorum manus, vt Halyab. dicit.

Doctrina secunda de restauratione dislocationum. Cuius sunt octo capitula.

De dislocatione in vniuersali. Cap. I.

Dislocatio, vt dicit Auic. est egressio ossis ex loco suo naturali, in quo est coniunctum. Circa quam est intelligendum secundum intentionem eiusdem in libro primo, quod cõiunctio ossium adinuicẽ est quadruplex: vna est serratiua, vt in cõmissuris cranei : alia infixiua, vt in fixione dentium: alia est appodiatiua, vt in tabula pectoris: quarta est ligatura, vt pyxidis & vertebri. Circa quam coniunctionem proprie accidit dislocatio. Circa verò alias non, sed motio siue apertio: quæ non proprie, sed large dicitur dislocatio, vt dicit Lanfrãcus. Dislocatio autem quædam est completa, in qua totaliter exit os à sua coniunctura, quę dicitur vera dislocatio: Quædam est incompleta, in qua non exit totaliter, quæ dicitur ab Auic. declinatio, & contorsio: Quædam non exit à iunctura, sed elongatur ligamentum, quæ dicitur gahen, & elongatio ligamenti : ita vocatur in quarto cañ. in

duobus

duobus locis. Modi diſlocationum ſunt etiam quatuor, anterius, poſterius, interius, & exterius. Et cum hoc quædam eſt ſimplex: quædam compoſita cum fractura, vulnere, dolore, & apoſtemate: quædam cum duritie. Ab iſtis enim differentiis ſumitur indicatio curatiua.

Cauſæ diſlocationum quædam ſunt extrinſecæ, vt caſus, & percuſsio, ac inepta extenſio: quædam intrinſecæ, vt humor mucillaginoſus, continens iuncturas.

Signa, & iudicia.

Signorum enim quædam ſumuntur à ſubſtantialiter inhærentibus, vt à compoſitione peccantis, quæ habet eminentiam, & cõcauitatem ab alia præter ſolitum: quædam ab accidentaliter inhærentibus, vt à dolore, & ab operationis & motus difficultate, quæ quidem ſigna per comparationẽ ad ſuam ſanam comparem iuncturam trahuntur, vt dicit Auic. Iudicatur per Hippo. & Gal. 6. aphoriſmorũ, quod quicunq; à diſlocatione moleſtantur & reſtaurantur, & rurſus reſilit, his mucillagines ſunt in iunctura: tabeſcit crus, & claudicãt, niſi vrantur. Et licet iſta non ſint recte verba Hippo. ita tamen exponit Gal. modũ vrendi dat Albu. cum inſtrumento circulari. Iudicatur per Auic. q; diſlocationes cõpoſitæ cum vulneribus, dolore, aut apoſtemate, ſunt difficiles, & periculoſæ. Ita quod aliquoties cogunt remanere particulã incuruatam ſine reductione, vt dicebat Gal. in quarto therapeu.

Præterea diſlocatio antiqua & indurata, eſt difficilis, & quaſi impoſsibilis ad curandum. Et ideo quanto citius erit poſsibile, feſtinetur ad reſtaurãdum. Amplius diſlocationes diuerſificantur ſecundũ iuncturas in quibus fiunt: quia quædam eſt facilis diſlocationis, & facilis reductionis, vt in iunctura poplitis propter leuitatem ligamenti: quędam difficilis, vt in iunctura cubiti, pedum, & digitorum: quædam mediocris, vt humeri, anchæ &c. Amplius diſlocatio in qua franguntur margines concauitatis oſsium, ſunt peſsimæ.

Ad vltimum iudicatur reductio, quando auditus eſt ſtrepitus oſsis intrantis, & videtur figura naturalis comparata ſuo pari, vt dicit Iamerius.

Curatio generalis diſlocationũ præmiſsis aliquibus documentis dictis in doctrina fracturarum cõmunibus omnium reſtaurationum fracturæ & diſlocationis, habet quatuor intentio

tentiones. prima est iuncturæ reductio. secunda est iuncturæ reductæ firmatio & conseruatio. tertia est ab apostemate, & dolore defensio. sed quarta est accidentium correctio.

Prima completur cum extensione iuncturæ, & impulsione eminentiæ, & concauitatis repletione sua, & indolorosa secundum quod erit possibile.

Secunda cõpletur quod inuncta iunctura cum oleo ros. & applicato panno gracili applicentur stupatæ, aut panni multipliciter plicati in albuminibus ouorũ infusi, & si est necesse hastella de corio superapponatur, & ligetur cum bindis in oxycrato infusis latis, & longis iuxta particulæ quantitatem, vt specificabitur infra: & situetur membrũ quietius, & indolorosius quo erit possibile, de quarto ad septimũ remutando. In secundis remutationibus embrocãdo, si est necesse, cum aqua calida. in prima si fuerit recens nequaquã, quia adderetur in apostemate sicut de pannis calidis dicit Auic. & emplastrando cum farina volatili, & puluere rubeo cum albuminibus ouorũ incorporatis, & strictius ligando tunc, vt dicit Rasis. Tertia intentio completur cum phlebotomia, & purgatione si est necesse, & bona diæta à principio subtili: & sedato dolore & apostemate ingrossetur, prout est dictũ superius in fractura: & in fine confortetur cum embroca aquæ decoctionis ros. absinthij in osse arboris quercinæ ponendo spadagrapum, aut oxycroceum, reducendo membrum suauiter ad pristinas suas actiones.

Sed quarta intentio cõpletur secundum accidentia. Si est dolor & apostema, quod prius sedetur quã reducatur, quia propter tractionẽ timendum esset de spasmo & accidẽtibus malis, & hoc cũ lana infusa in aqua calida & oleo: & postea reducatur vt dicit Albuc. Si fuerit cum vulnere, primo reducatur dislocatio, post curetur vulnus, & suatur si est necesse: & quando faciet saniẽ, dimittatur sibi foramẽ ad expurgandum. Si verò componatur cum fractura, præparetur primo dislocatio, & postea fractura, si est possibile: si verò non est possibile, præparetur fractura: & quando porus erit firmus, præparetur dislocatio. Et si est dislocatio antiqua, & fuerit ibi durities, embrocetur cum aqua decoctionis maluæ, bismaluæ: & inungendo cum dialthæa, & emplastrando cum diachylon magno, aut cum lana succida infusa in mucilaginibus, & cum corticibus radicis bismaluæ coctis & pistatis,

& cum

& cum axungia impinguatis, & loco bene mollificato reducatur iunctura, & sanetur. Et si est sanatio, & motus difficilis aut nullus remanserit, curetur prout in sexto de arthretica, & passionibus iuncturarum, & in antidotario dicetur.

De dislocatione mandibulæ. *Cap. II.*

MAndibula quandoque mollificatur, quandoq; spasmatur, quandoq; dislocatur. Et eius dislocatio quandoq; est ad anteriora, & tunc os remanet apertum sicut in mollificatione: quandoque ad posteriora econtrario eius quod accidit apud mollificationem, vt dicit Auic. & tunc dentes inferiores subintrant superiores, vt dicit Lanfrancus, neque os potest aperiri, sicut neque in spasmo.

Signa dislocationis vltra signa vniuersaliter data, sunt, quia nunquã dentes superiores cum inferioribus possũt adæquari. Iudicatur per Auic. & Halyab. quod nisi cito reducatur, induratur, & adducit febres, dolores, & fluxũ cholericum, & accidentia mala, donec in decimo interficiat patientem.

Reducitur quando est ad posteriora, vt teneat caput eius vnus minister, deinde intromittat restaurator pollicẽ suum in os, & alios digitos sub mandibula, vel cuneũ de ligno, si non potest ponere digitos: & tunc trahendo fortiter mãdibulam, impellat sub auribus os in locum suũ. Si verò fuerit ad anteriora, secũdum Guliel. & Lanfranc. ponant bindam satis fortem sub mentone, quæ totũ ipsum mentonem comprehendat: & tunc vnus minister quãdo tu posueris cuneum infra os magis retro quod potueris, trahet fortiter capita bindæ per partem posteriorem tenẽdo genua super patientis humeros patiente iacente supino, vt docet Iamerius. Et sic restaurabitur Deo dante. Post verò restaurationẽ ponantur emplastra & peciæ consuetæ, & ligetur ligatura conueniente dicta in fractura, & remutetur de quarto in quartũ, Intra 13. diem consueuit firmari. Iaceat in puluinari firmo: vtatur sorbilibus, vt non oporteat eum masticare. Si autem diu steterit dislocata, & fuerit dura: balneetur, & mollificetur cum aqua calida, & oleo, & aliis conuenientibus, vt dictum est, & reducatur. Et si accidentia mala superueniant, occurre eis secundum quod erunt de dolore, radendo caput, & inungendo ipsum & retro aures, & per collum, & subascellas cum oleo ros. calido: & cura eum.

De

De dislocatione colli, & spondylium dorsi. Cap. III.

SPondylia colli vt dorsi, quandoque dislocantur complete: quandoque incõplete. Et eorum dislocatio, quandoq; est ad intra, quãdoq; ab extra, quãdoq; vero ad latera, & quãdoque fit in spondylibus superioribus: & facit squinantiam strumosam in quarto interiorum: quandoque in inferioribus: quandoque in mediis, & facit gibbositatem.

Signa dislocationum sunt ad oculum manifesta, & ad tactũ. Iudicatur ꝙ omnis dislocatio spondylium est periculosa, & suspecta ad reducendũ propter nucham & neruos, maxime quæ ad interiora fit: quia non potest conueniẽter pertractari. Iudicatur etiam ꝙ dislocatio spondylium superiorũ nocet transglutioni: mediorum respirationi: inferiorum vero egestioni & vrinationi.

Modus rectificandi fuit apud Albu. Halyab. & Auic. satis longus, in summa tamen in dislocatione spondylium colli trahatur caput caute cum manibus aut cum binda, vt dicit Iamerius, cuneo imposito inter dentes per mentonem, aut per pilos, aut per aures ad superius humeri cum pedibus impellantur inferius, & eminentia comprimatur, in aliis corpus extendatur. Et cum omni ingenio ab vtraque parte trahatur vel cum fasciis cum columna & cauillis, vel poleilhis, vel curuo, & consimilibus ingeniis: & eminentia cum manibus aut pedibus, aut cum tabula suppositа cõprimatur. Modus firmandi, & confortandi, & remolliendi vt in aliis exerceatur, nisi ꝙ hastelletur, & iaceat desuper, vt comprimatur, & remutetur de quinto in quintum diem, quia in 20. firmatur diebus.

De gibbositate humerali dicetur, dum de propriis passionibus dorsi inferius tractabitur.

De dislocatione humeri, & partium omoplatæ. Cap. IIII.

LIcet Auic. non ponit nisi duos modos dislocationis humeri, videlicet ad partem inferiorem domesticam versus titilicum, quia fit vtplurimum: & ad partem exteriorem syluestrem, vt parum: nihilominus ponit Albuca. & quasi

omnes, & aliquando, sed raro dislocatur ad pectoris partem: ad superiorem autem partem nequaquam, propter additamenta: quæ sunt hic.

Significatur dislocatio istius iuncturæ secundū omnes per signa communia, quæ sunt eminentia, & profunditas, seu cōcauitas insolita, & motus difficilis, aliquādo & impossibilis, quæ cum suo compari possunt comprobari. Et per propria, vt profunditas, seu concauitas, & bassitudo magna in humero, & rotunditas eminens ad modū oui in subascella, & manus ad caput non potest eleuari. In inferiori dislocatur, & eminentia anterior, & concauitas retro. Et manus distensa remanet retro in anteriori, & eminens posterius manus nō potest à latere separari in posteriori. Iudicatur quod aduertēdum est bene ad istā dislocationē: quia sæpe propter inflationē & apostemationē aut cōtorsionem, decipitur homo: vt Rasis recitat, & audiui de facto in filia Regis Franciæ.

Curatio.

Ista dislocatio præcipue quæ est ad inferius, reducitur per quinque modos.

Primus competit in leuibus, & est quod extendatur brachium, & imponatur pugnus, aut digitus, aut summitas humeri tui sub ascella: deinde trahendo inclinetur, & trahatur brachium ad inferiora, & reducetur.

Secundus modus est in fortibus, quod ponatur glomerus firmus sub ascella: & trahatur superius fortiter cum mantili: aut impingatur cum pede fortiter ad inferius brachium trahendo, & reducetur.

Tertius modus est & posito glomero transuersetur barra sub ascella, et eleuetur per duos ministros, & trahatur fortiter brachium ad inferiora, & reducetur.

Quartus modus est & posito & eleuato patiēte supra vnā sellā patiens ponat sub ascella in vno gradu scalæ glomero immisso, & tenendo & trahendo fortiter brachium per ministrum remoueatur sella de sub pedibus eius, & reducetur.

Quintum de manubrio, non intelligo, verum Halyab. Albu. Auic. Brunus, Theodori. omnes istos modos ponunt. Rogerius tamen qui mihi satis placuit in hoc casu, non ponit illū de pugno, & de pede scūpila, & illū de barra loco scalæ: addit tamē in illo sellā sub pedibus. Iamerius solū ponit illum

illū de pila & pede. Modū cum pila & mātili posuerunt Gulielmus,& Lanfrancus. Illæ autē dislocationes cum extēsione & manuum cōpressione, aut cum mantili, vt ponit Lanfrancus,reducuntur. Et si non poterit reduci:quia diu stetit, & indurata est:fomentetur, & mollificetur cum remollitiuis diu,& postea reducatur. Reductione facta suppositis vniuersalibus superius dictis,placet mihi,vt Rogerio,q̄ in primis tribus diebus,propter dolorem præparetur cum panno subtili,& stupatis infusis in albumine oui:& post cū emplastro de farina & puluere rubeo.Et ligetur ponendo pilā de stupis,aut panno sub ascella:& ligetur bene & firmiter cum binda latitudinis quinque digitorum, & longitudinis duarum brachiatarū à duobus capitibus inuoluta per medium, incipiēdo super pilam sub ascella,deinde ambo capita voluēdo,& cruciando super humerum ducantur ad aliā sub ascellam,& reducantur iterum super humerum cruciando,& reducendo super pilam,& iterū & toties voluendo quousq; bene firmetur,& suatur. Et vbi indigebit maiori firmitudine, resuatur:& sustineatur cum mātili ad collum: remutetur de ix.in ix.diebus: aut quando inflatio quæ prouenit ex restrictorio fuerit depressa. Firmatur in 20.diebus: et postlocus dulcoretur cū dialthæa, aut cū aliquo sparadrapo,aut emplastro. Partes humeri partū dislocantur, sed separantur,potissime furcula pectoris,quia in humeris nō sunt alia ossa quā spatula recipiens cum duobus rostris, & furcula claudente, & adiutorio intrante,vt dictum fuit in anatomia. Separatio autem furculæ cum constrictiuis dictis curatur.

De dislocatione cubiti. *Cap. V.*

CVbiti dislocatio secundum Auic.quandoque est parua, quandoque vero magna.Et secundum Albu. & omnes alios quædam est ad partem anteriorem,quædā vero ad posteriorem.Rogerius tamen non curauit nisi de illa quæ fit ad partem anteriorem:quia illa vtplurimum accidit.

Signa vero talis dislocationis vltra communia de eminentia & concauitate, sunt arcuatio lateralis, & difficultas in motu, & applicatio impossibilis ad humerum. Iudicatur quod cubitus difficulter dislocatur, & difficulter reducitur propter infiltrationem ligamētorum,& ossium varietatem.

Amplius raro dislocatur focile ſuperius, quia non habet diuerſitatem magnam: inferius autem vtplurimum, propter additionem recepit non tranſuerſantem.

De regimine & cura.

Intelligendum eſt ꝙ vltra duos modos quos ponit Auic. in anteriori dislocatione percutere humerum cũ vola manus, & cum altera impellere eminẽtiã ad locum debitum: in poſteriori trahere fortiter brachium, & percutere poſterius cubitum inunctis manibus cum oleo vehementer abſtergẽdo donec ingrediatur. Ponit Rogerius modũ de talone & ſcaffa, & Lanfrancus eum appropriat ad anteriorẽ, poſteriorem vero ipſe curat cum extenſione & ſuſpenſione, aut deportatione ponderis alicuius. Ego autẽ reduco anteriorem cũ genu, poſteriorem vt Auic. ponit. Et eodem modo faciebat Romanus & Boemus reſtauratores fortunati. Modus autẽ cum ſcaffa, & cum calcaneo, & cum genu appropriantur ad anteriorem dislocationem. Et intẽdunt quãdo brachium trahitur impellere rotundum adiutorij ad cõcauitarem focilis, à quo exiuit, & ſubito plicare brachium verſus humerum, & fiunt ita. Scaffa ſeu binda lõga ligata ſuper eminẽtiã, & dũ extenditur brachium, ipſa cum pede ligata ad modũ ſtrẽbæ, aut per aliquem miniſtrum ad poſterius tracta, ſubito per magiſtrum ad humerum brachiũ plicatur. Modus cum pede. Brachiũ per planũ extenditur: & dum trahitur eminẽtia cum calcaneo premitur: & brachium ad humerum plicatur.

Modus cum genu. Brachiũ extẽditur: & dũ trahitur eminentia cum genu impellitur: & brachiũ ad humerũ plicatur.

In his omnibus confert brachium duplicare & extendere, & aliquid ponderoſum ſubleuare, & ſubleuatum deportare, vt dicit Iamerius. De firmãdo procedatur vt in adiutorio: niſi ꝙ brachium ſuſpẽſum ad collum paulatine cõſtringatur quouſque manus adhæret humero. Et de quarto in quartum remutetur in iunƈturam qualibet vice eleuando & deprimendo. In 15. diebus firmatur.

De dislocatione raſcetæ manus & digitorum. *Cap. VI.*

ISta oſſa raſcetæ & digitorum faciliter reducuntur: dũtaxat ꝙ fiat recenter: poſſunt autem dislocari ad quancunque

que partem, præcipue tamen ad anteriorem & posteriorem. Significatur enim per communia signa.

De regimine ipsorum est intelligendum q̃ tota intentio stat in bene extendendo, & plicando, & erigendo hincinde iuncturam, & comprimendo eminentiam. Et si per hoc non possunt rectificari, docet Albu. comprimere eminentiã cum manu supra tabulam. In firmando non est aliud faciendum quam in aliis: nisi q̃ hastellentur cum ligno, aut solea: & remutetur de quarto in quartum. Firmatur secundum Iamerium in 22. diebus, & postea, vt dictum est, dulcoretur.

De dislocatione sciæ, aut coxæ. Cap. VII.

INtelligendum est circa modos dislocationis coxæ q̃ auctores sunt multum varij super ipsos. Nã Albu. non ponit nisi tres modos scilicet ad interiora, ad exteriora, & ad posteriora: Brunus, Theodo. & Lanfrancus sequentes Auic. ponũt quatuor, & cõparãdo dicunt q̃ vtplurimũ accidit ad exteriora, vt raro ad interiora. Guliel. de Saliceto est eis oppositus in comparatione: quia dicit q̃ vtplurimum dislocatur ad posteriora, nunquam tamẽ ad exteriora propter os ad ligamẽtum anchæ. Verum quia omnes modi curandi quasi concurrunt in duobus modis rectificandi scilicet ad interius & posterius, ideo non est multum curandum.

Circa signa est intelligendum quòd vltra signa communia inter omnes Auic. melius specificauit propria signa. Ex quibus verbis vna cum hoc quod dixit in secundo §. illius capituli, habetur quod in dislocatione ad interius, & anterius tibia infirma est longior alia, & calcat de toto pede, & nõ potest iungi cum alia, neq; plicari: quia caput coxæ intrauit in inguen, & inflauit eam, & in ea apparet concauitas in parte exteriori. In dislocatione ad exterius & posterius ecõuerso, tibia est breuior: & non calcat de calcaneo, neq; de alia potest separari: & est concauitas in inguine, & eminẽtia extra.

Circa modum reducẽdi intelligẽdum q̃ licet authores ponant multos & diuersos modos reducẽdi hos modos dislocationis: nihilominus omnes ad vnũ cõmunẽ modũ, & duos proprios reducũtur, vnde cõmunis modus secundũ Albu. ad omnes modos est multum vtilis, quãdo ignoratur proprius modus dislocationis. Et est quòd teneatur patiẽs per humeros fortiter aut ligetur per humeros per radicem coxæ cum

fascia ad columnã cũ corio, & trahatur etiam cum manibus per inguen, & ab alia parte per partem genu trahitur fortiter coxa, et vice vna taliter fit extensio, ꝙ quasi eleuetur patiens à terra, & tunc tantum coxa ad eãdem partem moueatur quousq; sit reducta.

Primus modus proprius ad dislocationem ad interius, & anterius est, quòd, vt dictum est, patiens trahatur: & dũ eminentia apud inguen cum calcaneo impellatur coxa, per genu ad interius ducatur.

Secundus modus proprius ad dislocationẽ ad exterius & posterius est, ꝙ eodem modo patiens trahatur: & dum eminẽtia extra cũ genu impellatur coxa, per genu ad exterius trahatur. Perfectio reductionis per longitudinẽ cõparis sanæ manifestatur, vt dicit Rogerius & Iamerius imitator ipsius. Ingeniũ ad extendendũ iunctură sic alias feci: extendebatur mensa lõgior patiente, & in quolibet capite firmabatur colũna, postea cum mãtili transeunte per inguina subtus dorsum, & supra ventrẽ ligabatur ad colũnã, & cũ alio mantili ligata coxa supra genu voluẽdo totã tibiã vsque ad calcaneum ad aliam ligabatur colũnam: & cum cauillis positis inter mantile & columnam torquendo trahebatur ad quemlibet partem. Circa modum firmandi non est aliud faciẽdum quàm in aliis, nisi quod ligatur infirmus incipiendo supra eminentiam ad partem oppositam transeundo ante & retro per renes ad partem sanam. Et in interiori ponitur pecia de panno, aut stupa supra inguen: & ligatur cum tibia sana. Et quando est antiqua, cum stremba pes suspenditur ad humerum, vt dicit Auicenna.

Et in exteriori ponitur hastella longa vsq; ad calcaneum. Et quando est antiqua ligatur pondus trium aut quatuor librarum in coxa comprehendendo tibiam, & pendeat cum polhia. Mutatur de quinto in quintum. Firmatur in 30.

De dislocatione genu, & rotulæ pedis, & partium eius. *Cap.* *VIII.*

GEnu est velocis dislocationis, fortasse enim dislocatur absque causa præter deambulationem velocem: aut lubricat parum sicut canalis. Multoties dislocatur absq; causa præter saltum. Et genu quidem dislocatur ad omnẽ partem nisi ad anteriorem propter rotulam & adiutorium eius.

Curatio.

Curatio. Sedeat infirmus super sedem propinquam terræ: & eleuentur pedes eius parumper: deinde extendat vir fortis manum suam desuper, & de subtus extensione forti: & reducat restaurator iuncturam ad dispositionem suã secundum iudicium dislocationis vniuersalis: & liget eam.

De rotula.

Quando accidit rotulæ dislocatio, oportet vt ponatur pes plane in terram, & reducatur rotula: deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus duplicationem, & ponãtur super eum hastellæ resistentes ei in parte ad quam declinat. Cum ergo stringitur, & adhæret, non duplicetur genu cum festinatione, sed paulatim, donec alleuietur bene. Dicit Aui. quod duplicetur paulatim: quia dicit Lanfr. & Iamerius, quod non est ingenium faciendi stare firmã rotulã post reductionem, quam duplare crus cum coxa: & ideo ligata teneatur per horam.

De pede & digitis eius.

Circa dislocationem pedis est sciendum, quod pes faciliter dislocatur, & faciliter reducitur: sed difficulter firmatur propter multitudinem ossium componentium iuncturam: & potest dislocari ad quamcunque partem prçcipue ad exteriorem & interiorem. Cuius signa sunt eminentia, & concauitas insolita, dolor, & priuatio motus.

In reductione eius non est aliud: nisi quod patiente bene firmato, & tibia extensa pes trahatur, & moueatur ad quamcunque partem fortiter, & eminentia cum manibus comprimatur, quousque reducatur, firmetur, & hastelletur: mutetur de quinque in quinque. quiescat per 30. vel 40. dies, vt dicit textus. Sæpe enim in reductione partium pedis erratur. Et deus per sui gratiam ab omni errore nos eximat.

Tractatus sextus de omnibus ægritudinibus quæ non sunt propriè apostemata, neque vulnera, neque vlcera, neque ossiũ passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgum: & habet duas doctrinas.

Doctrina prima est de prædictis ægritudinibus quæ sunt communes toti corpori.

Secunda erit de his, quæ appropriãtur in membro.

Doctrina prima habet octo capitula.

De gutta, & dolore, ac duricie iunctu-rarum. Cap. I.

ARthretica siue gutta est dolor iuncturarũ ex fluxu humorum in coniuncturis generatus. Certũ enim est secundum Gal. in commento illius 6. aphorismorum, Eunuchi nõ podagrizant. quòd defluẽte aliquo humore ad iuncturas, illa passio fit. Si igitur, vt sequitur in litera, nunquã fluere illuc materia, nunquã passio esset: & accipit hic speciem pro genere, pro arthretica podagrã, vt supra aphorismum prędatũ dicebat Albertus Bonon. Est enim arthretica apostema sumẽdo apostema large quod in disgregatione sit articulorum secundũ Halyab. in nono sermone partis primę libri dispositionis regalis, nõ obstãte quod multi dicunt, vt ponit Rasis in libello suo de dolore iuncturarũ, quòd talis passio potest fieri ex mala cõplexione sine materia. Est tamẽ hoc raro, vt dicit Aui. Et cum hoc talis dolor nõ est gutta proprie, sed large & improprie: vnde Gal. in x. miamir. materia abũdans quæ facit arthreticã, sciaticã, podagrã, rheumatizando cõprehendendo, & implẽdo iunctură & ligamẽta lata de foris extẽdit omnes neruosas particulas: quare infert dolorẽ, & nõ spasmũ, vt dicebat idẽ Gal. in cõmento, quicunque podagrici, sexto aphorismorũ 49. Gutta autẽ & arthretica idẽ sunt, vt dicit Gordo. Sed dicitur gutta à fluxu, arthretica ab arthro, quod est articulus: quarũ species sunt sciatica in scia, & podagra in pede, & arthretica in scia, & in pede, & in aliis iuncturis per Gal. in miamir loco præallega. Chiragra proprie nõ est arthretica: sed inflatio manuum de materia phlegmatica, de qua in de apostematibus dictũ est supra. Neque etiã tumescẽtia genuũ quę in pueris ex indigestione multoties aceruatur, est arthretica: vt dicit Gal. in cõmento. Infans nõ podagrizat. de nominibus tamẽ nõ est curãdum. Et cum hoc tales differentiæ non multũ faciunt ad curã: nisi in sciatica, propter materiæ situm. A materia enim, & à symptomate

mate doloroſo ſumuntur potiſsimæ intẽtiones curatiuæ. A materia, quia quædam eſt gutta frigida: quædã calida. A dolore, quædam eſt clamoſa & moleſtiſsima: vt dicebat magiſter Paulus: quædam ſatis tolerabilis & quieta.

Cauſæ paſsionum iuncturarũ ſunt quæ apoſtematũ generales, vt cauſę rheumatis, & ſpeciales vt primitiuæ, anteceden tes, & cõiunctę, vt ſupra de apoſtematibus fuit ſpecificatum. Mẽbra enim mãdãtia, quãtum ad phlegma, ſunt cerebrum, & ſtomachus, quãtum vero ad cholerã & ad alias ſuperfluita tes, hepar & venæ. Et propter hoc dicebat Aui. quod horum quidẽ humorũ plurimum eſt ſuperfluitas digeſtionis ſecundæ & tertiæ. Mẽbra autẽ recipientia ſunt iuncturæ. Et iſtas cauſas diſtinguebat Auicen. in tribus. In cauſas materiales, quas efficiẽtes vocabat. Et in cauſas inſtrumẽtales, quæ ſunt latitudines meatuũ per quos materia trãſit facillime, Et in cauſas patiẽtes, quæ ſunt debilitates iuncturarũ per naturã, vt quia de genere guttoſorũ: aut per accidẽs, vt eſt caſus, & percuſsio & regiminis malitia. Primum cõcipitur à verbis Hippo. in vj. aphoriſmorum. Mulier nõ podagrizat niſi mẽſtrua ei deficiãt: tũc enim retinetur materia multa: & poteſt podagrizare, vt dicit cõmentum, Ecce cauſam materialẽ. Secundum accipitur pro illo, eunuchi & pueri nõ podagrizãt: quia nõ coeunt: neque dilatãt meatus per vnde materia faciliter trãſeat, Ecce cauſam inſtrumentalẽ. Tertiũ cõcluditur in præfato cõmento, dum dicit quod neceſſariũ quidẽ oportet habere pedes, & ſuper iuncturas imbecilliores, ſi debet quis capi podagra: quẽadmodũ cerebrum, ſi debet quis epilepticus eſſe. Eſt ergo ſecundum Gal. in miamir vbi ſupra: aliquãdo vbi peruenit humor ſanguineus: vt plurimũ autẽ phlegmaticus, vel miſtus ex phlegmatico, & cholerico, vel cum his ſanguineo, raro tamẽ fit à melãcholico, vt dicit Aui. Nã ſplenetici & melãcholici raro fiunt rheumatici, & ecõuerſo. Aui. imponit Hippo. Et rarius ex humoribus corruptis: rariſsime ex omnibus miſtis ſecũdũ proportionẽ ſuã in corpore, vt dicit Raſis. Et mutatio ſubita paſsionis oſtẽdit materias iſtas cum vẽtoſitate aſſociari, vt in quodã regimine papali dicebatur. Et plurimum iſtæ paſsiones ſunt cõpoſitę ſine proportione dicta: raro tamẽ ſimplices. Nã humor crudus ſine cholera ad iuncturas currere non poſſet, vt Raſis in libro innuebat diuiſionum. Curæ autem ſimplicium ſicut de

apoſtematibus dicentur, vt per eas compoſitæ habeantur.

Signa guttæ clamoſæ non oportet deſcribere. nã ſatis eam deſcribunt infirmi. Signa autẽ guttæ calidæ & frigidæ, licet habeãtur per ſigna apoſtematum calidorum & frigidorum ſuperius in de apoſtematibus dicta: nihilominus Gal. in mia mir. dat octo modos cognoſcẽdi materiã ipſarum, ex colore, ex tactu, ex applicatis, ex præcedenti diæta, ex cõplexione, ætate, regione, & tẽpore. Auic. autẽ addit ad iſtos modos modum doloris, diuerſitatẽ durationis, & cõſuetudinem, & iudicium vrinæ & aliarum ſuperfluitatum. Cõſideretur igitur, vt dicit Gordo. in primis locus ſi rubet, dolet, calet, ſi delectatur frigidis, & triſtatur calidis: ſi præceſsit dieta calida, & eius cõplexio, & ætas, & alia particularia cõueniãt in caliditate: ſatis videtur probabile quòd gutta ſit calida. Si tamẽ ſit ecõuerſo, quod eſt frigida. attamen in his ſæpiſsime facit errare: & ponit difficultatẽ tam in ſignificãdo quã incurãdo cõpoſitio materierum, ſitus, & natura applicatorum, vt dicit Raſis, & Aui. Vltra iſta ſigna inuenitur ſecundum prędictos viros: quod gutta vtplurimũ incipit à podagra: & præcipue circa articulũ maiorẽ, & latera pedis: & ſciatica cõmunicat anchæ, & vſque ad calcaneũ extẽditur. Iudicatur per Hippo. in vj. aphoriſmorũ, quod quæcũque podagricæ ægritudines fiunt: hæ defluẽtes in 40. diebus deſiſtũt: ſicut enim, vt ibidẽ dicit Gal. terminus phlegmonũ particularũ carnoſarum eſt 14. ita & neruoſarum 40. eo quia natura ſubſtãtiæ carnis eſt rarior quã ſubſtãtia colligãtiæ: materia enim quæ eſt in carne, cito cõgregatur, & cito reſoluitur: quæ tamen eſt in colligatione, ecõtra, vt dicit tex. Et inde eſt quod tumor: & varices apparere in gutta, dicitur eſſe bonũ: cõtrariũ vero malum, vt dicit vulgus: & eſt: quoniã tunc materia dimittit particulas neruoſas, & cõuertitur ad carnoſas. Aegritudines iunctarum quatuor habent tẽpora, & ſequuntur motum ſuarum materierum, ſicut alia apoſtemata: & terminãtur vtplurimum per reſolutionẽ, aut per petrificationẽ, proprium autem earum eſt, vt dicit Raſis in diuiſionibus, quod nõ faciũt ſaniem, ſicut reliqua apoſtemata. Iudicatur etiã per ipſum Hippo. in vj. aphoriſmorum: quod vere & autumno mouentur vtplurimum: in vere propter abundãtiam humorum in hyeme generatã: autumno. propter eorum malitiã & latitudinem meatuum in æſtate factã. aliquoties tamen mouẽtur

in hye

in hyeme,propter frigiditatem cõprimentem.Et in æstate, propter caliditatẽ dissoluentem,vt in tertio aphorismorum notatur.Amplius dicit Aui.quod dolores iuncturarum sunt ex summa ægritudinum quæ hæreditãtur:quoniam sperma est secundum cõplexionem generãtis. Amplius sicut dolor iuncturarum quãdo indocte repercutitur, est timorosus de reditu materię ad membra principalia:ita ipsa gutta securat patientem à multis nocumẽtis,vt in septimo thera. & quarto sanatiuorum deducitur euidenter. Inter dolores iuncturarum,sciatica est peior secundum Auicẽ. Præterea dolores iuncturarum sæpissime commouent febres:& febris,& colica commouent eos:vt dicit Auic.Amplius dicit Auic.quod omne membrum in quo est dolor iuncturæ,& diuturnatur, macrescit,& attenuatur, vt in gibbo & vulneribus iuncturarum manifestatur,& hoc est propter virtutis debilitatem. Præterea scias quòd ægritudines iuncturarum, postquã impressæ fuerint in membro,licet actus afflictionis earum remoueri possit:aptitudo tamen semper remanet. Nã omnis immoderata qualitas diu existens in membro, actum ipsius debilitat:vt dicit Auic.Et hinc est quod velociter fiunt recidiuæ. Et non obliuiscaris,dicit Rasis in diuisionibus: quoniam dolor iuncturarum,quandoque perducit ad asthma,paralysim,apoplexiam,& ad turbationem sensus : quandoque ad mortem subitam.

In curatione guttæ ad duo communiter intendunt doctores,& tertium addebatur in illo regimine papali. Primũ est ad præseruandum antequam veniat. Secundum est ad curandum dum actu infestat.Sed tertium ad resumendum cũ iam afflictio cessauit. Regimen prẹseruatiuum tres habet intentiones.Prima est vt materia non gneretur.Secunda vt generata expellatur.Sed tertia vt membra mãdantia & recipientia rectificentur.Prima completur secundum quod est materia calida vel frigida:& cum debita administratione sex rerum non naturalium,& trium quæ in generalitate sui sunt illis annexæ.Et sunt aer,cibus,& potus , inanitio.repletio, somnus , & vigilia, motus, & quies, & animæ accidentia. Ac etiam obuiatio rerum ab extra , balneum , & itineratio sub diuo. Secunda completur cum debitis phlebotomiis, & euacuationibus. Sed tertia requirit confortantia & desiccãtia membra illa. Regimen autem curatiuum in afflictione

quatuor

quatuor habet intentiones. Prima est in vita quæ sit tenuis. Secunda in materia antecedente, ꝙ euacuetur, diuertatur, & fluere prohibeatur. Tertia in materia coniuncta, ꝙ repercutiatur, euaporetur. Sed quarta in accidentibus ꝙ sedentur.

Regimen verò resumptiuũ tres habet intentiones, prima est in vita, ꝙ paulatim reducatur ad regimen sanorũ. Secunda ꝙ si aliquid de materia derelictũ fuerit: cum diureticis, & theriaca finiatur, & consumatur. Sed tertia ꝙ iuncturæ cum balneo & vnctione vulpina & cõsimilibus liniantur, & confortentur. Verũ quia ista magis pertinent ad dominos physicos: nec in ea chirurgi vocãtur, nisi pro manuali operatione: & aliquãdo in afflictione, in qua vocantur omnes etiam empirici: exquisitam pertractationẽ de modo, & qualitate complendi prędictas intentiones omittã: superficialiter aliqua tangendo. Quantũ enim ad regimen præseruatiuũ pro prima intentione cõplenda quæ erat de vita, ꝙ materia non generetur præcipue frigida, assumpsit magister Arnold. 10. aphorismos extrauagãtes: qui gratia suæ excellentiæ hic inserantur. Quorũ primus est de aẽre. Pedes podagricorũ aër offendit excellenter infrigidans, & faciens æstuare. Secũdus de cibo & potu, lactens porcellos, & fluuiales aues, nec non vetustissimæ gallinæ, porditionaliter feriũt inferiores iuncturas. Tertius. pisces belluales, & anguilę iuncturis semper aduersant. Quartus. minas infert iuncturis & capiti qui lac animaliũ cum vino & cibis sumit. Quintus. potus qui non spectat ad iudiciũ veræ sitis, iuncturis ministrat grauamina læsionis. Sextus. sicut auarus venter opprimit oẽs artus, sic quotidiana largitas fouet eos. Septimus. omnis fatiga deãbulatio, & pedũ suspensio lædit iuncturas. Octauus. in dormiẽtibus nimis lędit articulos decubitus resupinus. Nonus. extremis artubus excitat iracũdia tempestatẽ. Decimus. passibilitas iuncturarũ & maximè pedum nequit vsum nocentium in quantitate notabili tolerare. Ex dictis etiã Gal. super illo aphorismo. Eunuchi non podagrizant. concluditur ꝙ crapula, ebrietas, indigestio, ac exercitij & purgationis cõsuetæ omissio, & immoderatus coitus, innumerabiles faciunt podagricos. Pro secũda intentione complenda quæ erat materiæ generatæ expulsio, adducit præfatus Arnold. iuxta aphorismũ Hipp. phlebotomiam, & pharmaciã in vere & autumno, aut antequã incidat passio, esse faciendam.

Quom

Quomodo autem fit phlebotomia & pharmacia: ſatis in de apoſtematibus fuit dictũ, & dicetur infra. Verũ pro ipſis purgandis diacartamũ, quod phlegma & cholerã conuenienter purgat, ſub hac forma præfatus Arnold. ordinauit. Recipe pul. dragagãthi frigidi, vnc. j. carnium cytoniorũ confectarum cũ zucha. vnc. ij zinzi. albi. hermodactylorũ, ana drag. iiij. medullæ cartami, drag. vj diagridij, drag. iij. turbit electi, vnc. j. mãnæ granatæ, mellis roſ. diſpumati, ana quartam ſ. panis zuchari, vnc. xvj. fiat electuarium. doſis, drag. iiij.

Pro tertia verò intentione cõplenda quæ erat membrorũ confortatio, quantũ ad iuncturas: aſſumpſit idem Arnold. alios decẽ aphoriſmos. Quorũ primus eſt. Interius à lutoſis pedibus nunquã deeſt robur proſperitatis. Secundus, ſaluia parũ cocta & crebro ſumpta in fine refectionis miniſtrat ineffabile iuuamentum neruis & omnibus iuncturis. Tertius. flores amygdalarũ, nec non myrti, & chamomillæ, melilotum, atq; roſæ ſemper proſunt iũcturis. Quartus. acorus, & hedera nõ arborea, ſed terreſtris ſpecialiter iuncturis omnibus amicantur. Quintus. nux indica iuncturis & neruis præ cæteris terræ naſcẽtibus multipliciter eſt amica. Sextus. qui ſæpius calcat vuas, aut muſto recenti balneat pedes ſuos: rariſsimè podagrizat. Septimus. verbena geſtata recens trita, calumnias pedũ iuuat viribus occultis. Octauus. cœleſte ſignum dolorem pedum effugat in æternũ. Nonus. additur à Raſi ℔ nulla medicina in cõſeruatione à dolore iuncturarũ eſt ita iuuatiua: ſicut vrinæ prouocatio: quod Halyab. cõcedit in ſermone primo libri ſecũdi regalis diſpoſitionis. Et Auic. in tertio præcipit: ℔ ſi dimittunt vinũ, diureticis vtãtur. ſuperfluitates enim ſecũdæ & tertiæ digeſtionis purgãt diuretica, vt monſtratur euidenter: aqua ergo cicerũ conuenienter dño noſtro papæ adminiſtrabatur maxime in præſeruatione. Quantũ autẽ ad membra mandantia adminiſtrare prẽcipiunt in illo magno regimine electuaria, dragethæ, emplaſtra, & alia auxilia cõfortantia: & hoc de regimine præſeruatiuo. Quantũ autem ad regimen curatiuũ afflictionis pro prima intentione cõplenda quæ erat in vita: præcipit Auic. & quaſi omnes, vt auferatur vinũ, & ſubtrahantur carnes, maximè in gutta calida: vtãtur melicrato. & ſi eſſet cum diureticis gratum eſſet Auic. Et ſi illa diuretica eſſent domeſtica, & poſt principiũ: ſufficeret mihi. & magis

ſi mat

si materia partes superiores obtineret. Si autem à vino non posset abstinere, fit grossum à principio cum multa aquæ quantitate: post verò subtile. Vtatur auenato, hordeato,& consimilibus,secũdum quod dictũ fuit,in de apostematibus supra. Pro secũda intentione quæ erat diuertere,& prohibere fluxum:cõceduntur vomitus,& clysteria acuta,in quibus sit benedicta,& purgatio cum diacartamo:& phlebotomia de parte contraria si adsit plethora,aut sanguinis abundantia : tutius tamen fit post principium, vt dicit Auic.imò quod mirũ est,eam à principio penitus inhibet:quod verificatur in casu in quo abundat cholera aut phlegma : vt in de phlebotomia dicit Arnold.Et constrictio cum auxiliis conuenientibus,non supra locum apostematũ, sed à parte àqua venit materia,vt dicit Rasis. Pro tertia intẽtione circa materiam coniunctã,est necessarium,vt in aliis apostematibus fuit dictũ, quod in principio procedatur cum repercussiuis: præterquã in sciatica,non quibuscunque,sed domesticis, ne materia retrocedat ad membra principalia, aut induretur, & fiat inobediẽs resolutioni,vt dicit Auic.& cum mistis inæqualiter repercussiuis in augmento:& cum æqualiter mistis in statu, & cum puris resolutiuis in declinatione : talis quidẽ fuit voluntas Gal.in tractatu sæpe dicto. Et licet auxilia cõmunia quæ in vtraq; materia complent intentiones prædictas,posita sint superius in tractatu apostematũ,& etiã infra in antidotario aliqua ponent:nihilominus gratia manifestæ doctrinę hic aliqua formentur.Et sæpe fiat mutatio de vno ad aliud eiusdẽ rationis:quia natura gaudet:& quod proficit in vna hora,nocet in alia,vt dicit Auic. Auxilia quæ cõplent intentiones in materia frigida, primo repercussiuorum eliguntur duæ formæ. Quarũ prima est Auic.quod Re.sauinæ,nucũ cypressi,ossium adustorũ,ana partes æquales.aluminis partẽ vnam, dragaganthi sextã partem illius. glutinis piscium quantũ sufficit ad aggregandũ:& fiat emplastrũ. Secunda est Rasis Re.olei nardini,styracis,myrrhæ, aloës, acaciæ,secũdum qđ tibi videbitur.cõmisceantur cum aqua gallarũ coctarũ.vt dicebat in de iuncturis. & fiat linimentũ. Auxilia resolutiua triũ aut quatuor eligũtur formarũ.prima est Auic.ꝙ Re.stercoris bouini calidi quantũvolueris:& calidũ applicetur.Halya.autẽ addit cũ isto de stercore caprino, & cinere cauliũ cõmuniũ incorporãdo cum melle.

Et con

Et consulit ℞ ante emplastrationē lauetur locus cum aqua decoctionis chamomillæ,meliloti,anethi,maioranæ,cētaureæ,& cōsimilibus.Secūda forma est Rasis.in Almāsore.Re. ammoniaci, bdellij, styracis cum vino veteri dissolutis, an. par.j.fœnugræci,se.lini,an.par.ʒ.cōmisceātur cū oleo costino,& fiat emplastrū. Ad eandē intentionē magister Dynus, Re.aloës,vnc.j.myrrhæ,vnc.ʒ.salis,drag.ij.croci, drag.j.farinæ lupinorū,vnc.j.furfuris subtilis,vnc.ij.mellis li.ʒ.aquę cineris quod sufficit ad coquendū.fiat emplastrū. In resolutione etiā istius materiæ confert aqua ardens,& oleū benedictum,& distillatio dicta in cap.de paralysi. In materia calida auxilia repercussiua sunt triū formarū.Prima est Auic. cum aquis endiuiæ,rosarū, plantaginis,solatri, decoctionis sandal.cum modico de aceto:aut oleū ipsorum:aut cerotum de oleo ros.& cera lauatū:aut mucilago psyllij: aut albumē ouorū in quibus infundantur panni, & sæpe renouentur,& applicentur.Secūda forma est Rasis in de iuncturis.Re.sandali.ru. boli armeni, memithe, psidiæ,ferruginis, opij,ana confice cum aceto & aqua ros.aut succo coriādri.Tertia forma est ibidē. Re.ossium combustorū lauatorū & desiccatorum,zurunge quod creduntur hermodactili amyli,cerussę, ana partē vnam.cōfice cum aqua ros.camphorata.Ad eādem intentionē magister Dynus.Reci.ros.vnc.ij.farinæ hordei, vnc.iij.farinæ lentiū,vnc.vj.coquātur cum oxycrato: & addendo modicū de oleo ros.applicentur. Auxilia resolutiua sunt etiam trium formarū. Prima est Auic.Rec.aloës,myrrhæ,croci, ana dissoluantur cum aqua caulium,aut endiuiæ iuxta caliditatis formā: & si addatur farina hordei, melius erit. Secūda est Gal.in 10.miamir.Re.aloës,vnc j.succi centaureæ, vnc.ʒ. floris lapidis asij, aluminis scisi, an.drag.ij. thuris,myrrhę,opij,mādragorę,ana drag.j.aggregent cum vino dulci,& dissoluantur cū lacte,& vngatur locus cū penna.Tertia forma est Rasis.Re.mucilaginis psyllij,& se.lini, & fœnugræci,& farinæ amborū: ceroti facti cum oleo chamomillæ.aggregentur & liniantur. Et cōsulit ℞ ante linitionē fomentetur membrū cum aqua calida, & dimittantur medicinæ per decē horas.In materia autē mista oportet miscere medicamina. Et licet prædicta possent misceri secundum coniecturā:nihilominus assumo ad resoluendū hic materialia aliqua electa per doct. Primo Rasis in diuisionibus

iubet

iubet accipere micã panis siliginis, & vitellos ouorum, atq; crocum confectũ cum lacte & sapa. Secũdo Auenzoar. Re. farinæ hordei lib. j. cineris nucũ cypressi quartã j. cõficiantur cũ oleo & aqua. Tertio Albuc. 23. parte antidota. Re. farinæ fœnugræci, se. lini, anethi, chamomillæ, an. drag. x. bdellij, styracis liquidæ, ammoniaci, galbani, ana drag. v. olei de lilio quod sufficit, dissolutis gũmis cum aceto, fiat emplastrũ. Item Auic. Re. farinæ fœnugræci lib. j. coquatur cũ oxymelite: & fiat emplastrũ. Itẽ vrina cocta cũ sale ponitur àvulgo. Itẽ succus ebuli inspissatus cũ oleo ros. ponitur in regimine papali. Ad eandem intentionẽ dictauerũt experimentatores generosi vnguentũ de limaciis, de serpentibus, de ranis, tartucis, de vulpe, vespertilionibus, & cõsimilibus. Et fiũt simpliciter coquẽdo ea cũ aqua sallita, & cõgregatur pinguedo aut ponẽdo cũ sale in olla perforata cũ alia integra de subt', & sepeliendo in fimo, & quod distillatur seruetur. Cõpositæ aũt fiunt. primo enim G. in fine catageni ponit vnguentũ de ranis & tartucis. Reci. olei radicis cucumeris agrestis lib. ij. olei maioranæ, & alcannæ, ceræ, terebinthinę, galbani, medullæ ossiũ cerui, ana quartã j. ranarũ iij. num. sanguinis testudinũ ij. nu. balsami, drag. ij. coquẽdo ranas & sanguinem testudinũ cum oleis colentur: & tũc reliqua misceãtur: & fiat vnguentũ: est enim valde pretiosum. Vnguentũ de vulpe secundũ Heben Mes. Re. vulpẽ integrã interioribus euulsis: & coque in vase terreo cum aqua salita vino & oleo adiunctis, saluia, rore marino, iunipero: anetho, origano, & maiorana vsq; ad aquæ & vini consumptionẽ: & ꝙ vulpes sit ita cocta, quod caro ab ossibus separet: & postea in torculari exprimatur & coletur, & fiat vnguentũ. Vnguentũ de vespertilionibus secũdum Rasim. Re. vespertiliones septẽ num. pone in caldario, & cooperi cũ aqua pluuiali, & coque vsq; ad medietatẽ: postea cola: & pone tantũdẽ olei ros. & superiora salicis: & coque vsq; ad cõsumptionẽ aquę, & cola: & fiat vnguẽtum. Hal. autẽ de istis faciebat balneũ: & in decoctione addebat rapas, porros, & cępas, erucã, caules, fœniculũ, & apiũ. Et inde est ꝙ ego de præcepto Isaac facio eos lauare cũ brodio raparũ. Vnguentũ de ansere à Tadeo Bonon. Re. anserẽ pinguẽ deplumatã & mundatã ab interioribus: & farciatur cum carnibus gatorũ pinguium salitis cum sale cõmuni, & sale nitro, sale armenico, & sale gẽma, atq; alumine, an. vnc. j. & ad

Vide Gal. septimo libro, in Acopia Asclepiade in Acopoà flauioClemẽte cõfecto. diuersa enim est confectio.

j.& addatur euphorbij, assæ fœtidæ, castorei, añ.vnc.ſ.& ad lentũ ignẽ assetur:& qđ distillauerit retineatur,& fiat vnguẽ tum.In farsimento istius anseris posset poni iua arthretica, pes colũbinus,pes coruinus, hermodactyli.Theodo.etiã addit parietariã,rutã,marrubiũ,radicẽ cucumeris agrestis, folia hederę,& gũmã eius:& tũc distillatio eius est magis pretiosa in materia frigida,& antiquata.Emplastrũ de formicis probatũper rasim in materiis calidis maxime.R.terrę formicarũ cũ ouis & totũ vnc.iij.farinę hor.& fabarũ,añ. vnc.j.ro. vnc.ſ.maluę,mãdragorę,añ.drag.vj.coque maluas & mãdragorã in tribus lib.aquę vſq; ad mẽdietatẽ:& cola:& cõfice reliquas medicinas in mortario puluerizatas addẽdo tria albumina ouorũ,& duos vitellos:& vtere. In sciatica aũt cõpetũt omnia dicta:duntaxat qꝑ fortificẽtur cũ sinapi,& oleo ipsius, & fermẽto,& similibus:quę à profundo materiã extrahũt:& ad istã intẽtionẽ fiunt vẽtosę, rubificationes, & vesicationes cũ alleis,& cantharidibus,& plãta lupina,& marrubio cilio, & cauteria potẽtialia:& etiã actualia,punctualia,oliuaria,& circularia,circũcirca iũcturã:& in medio ipsius,vt docet Albuca,et dicetur infra.Et fluere permittũtur per 40.dies, qui est terminus arthreticarũ,vt dicũt quatuor magistri,cũ tẽtis & foliis cauliũ hederæ vſquequo sit curatus: & sic perficitur tertia intentio. Sed quarta intentio, quæ erat accidentium correctio, completur secundum quòd sunt accidentia, potissime duo,dolor videlicet,& durities.

De dolore iuncturarum.

Dolor autem in gutta sedatur dupliciter: veridice cũ euaporatiuis superius dictis:& palliatiue cũ narcoticis. Et quia difficile est sigillatim cum istis in tali dolore operari, pro tanto est tutius miscere ambo. Et ad hoc eligantur quatuor auxilia. Primum est Rasis & Auic. & id acceperunt in miamir à Gal. Re. micam panis albissimi,et misce eam in lacte vaccino donec fiat sicut vnguentum: & pone decimã partem opij,et croci quartam partem ipsius opij, et conficiendo fiat sicut linimẽtum,apponatur,et sæpe remutetur. Ad idẽ.Recipe ceroti ros.libram vnam,opij,croci,ana drag.ij. misceãtur,et applicentur. Ad idem ponit Lanfrancus amylum, et camphoram confectos cum aqua ros.In regimine illo papali.Recip.capitum papaueris al.cum seminibus et corticibus

ſuis, hordei mundati, ana partē j. ſeminis hyoſcyami par. iij. illius bulliant in lib. j. aquę vſque ad conſumtionē medietatis: deinde colentur: et in colatura addatur mucilaginis pſyllij, fœnugræci, ſe. lini extracti cum aceto quantum eſt de colatura olei roſ. cum albuminibus ouorum quantū eſt medietas: et fiat linimentum, in quo infundatur pannus lineus, et frigidum applicetur: et quam cito calefit renouetur.

Amplius ſecundum intētionem Hip. & Gal. quinto aphoriſmorum aqua frigida multa infuſa ſuper articulos dolorem ipſorum ſoluit obtundendo ſenſum: torpor enim mediocris dolorem ſedat, vt dicit textus.

De duritie iuncturarum.

Durities iuncturarum conſequēs arthreticas, quæ licet rariſsime curetur iuxta illud Ouidij: Soluere nodoſam nequit medicina podagrā: Nihilominus emendātur cum medicinis mollitiuis & reſolutiuis domeſticis et caute, iuxta doctrinā datam in capitulo de ſephyros et ſcliroſi, et infra in antidotario dicēdam. Et etiam Raſis, in de iuncturis, vbi ponit modum de euaporatione cū marcaſita ignita in aceto extincta dictat ad hoc in ſpeciali iſtud emplaſtr. Re. ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, ſulphuris, nitri, ſinapis, pyrethri, añ. par. j. lithargyri quantum de omnibus: coquatur lithargyrum cū oleo: et gūmæ diſſoluantur cum aceto, et bulliantur, et fiat emplaſtrum: et ſuperponatur loco prius cū aliquo mollificatiuo. Ad quam intentionē et ad ſpaſmū dictat tale vnguentum. Reci. bdellij cum aceto et modico de rob, et de melle diſſoluti, drag. xxx olibani, opopanacis, ammoniaci, myrrhæ, ana drag. j. et ʒ. olei chamomillæ, vnc. iij. olei antiqui, pinguedinis gallinæ, anſeris, aquilæ, vel anguillæ, ana vnc. j. pinguedinis vituli, vnc. ij confice et fiat vnguentum.

Ad eandē etiā intentionem valet diachylon paruū, et magnum Heben Meſ. quorū formæ dabuntur infra. Gale, vero teſtatur in decimo ſimpliciū pharmacorū, ꝙ caſeus antiquiſsimus coctus cū iure tibiæ ſallitæ porci, rumpēdo cutem cum virulētia extrahit lapides gypſeos. et mollificat duritiē iuncturarū, ipſe autē, vt dicit, probauit in multis. Raſis autē hoc recitando naſturcium addit. Durities autē quæ cōſequitur algebras, et alias ſolutiones iuncturarū et neruoſarum particularum, etiam eſt difficilis curationis, maxime quando

eſt deſic

est deficcata et marasmata taliter q̄ fricādo non rubescit, vt dicit Rasis. Ex illa in qua nullus, aut paruus est sensus, est iā suspecta. Et tēpus ad operādū si meliorari debet, requirit lōgum, nihilominus si cōsideratur in loco aliqua materia, curetur cū incisiuis, vt dicit Auic. Et de curationibus bonis post mollificationē est vaporatio cum lapidibus ignitis et extinctis in aceto, et resolutio domestica cū emplastris et vnguentis dictis in capitulo de sclirosi: ad quod capitulū pro talibus dispositionibus semp est recurrēdū. Si autē nō est ibi materia: aut est pauca deficcata: procedatur ita. In primis embrocetur particula eā flectēdo, & extēdēdo diu cū aqua mucilaginosa decoctionis corticis radicis althęę, & radicis vlmi, chamomillæ, melilloti, fœnugręci, se. lini, & similiū. Aut cū aqua decoctiōis capitū, & pedū montonū, aut cū musto, aut cū sanguine calido alicuius animalis. Deinde inūgatur iuxta ignē moderatū cū isto vnguēto. Re. dialthęę lib. ʒ. olei laurini, olei mastichini, olei de lilio, olei mustellini, olei de been, olei nucis indicæ. añ. quartā ʒ. axungiæ, struthij, aquilæ, anguillę, marmotanæ, casonis, anatis, gallinæ, axūgiæ asini, medullæ cruris vituli & cerui, añ vnc. j. bdellij, hyssopi humidę, styracis liquidæ, ana vnc. ʒ. pinguedinis testiculorū castorei, drag. ij. ceræ quod sufficit, fiat vnguentū. Deinde applicetur istud emplastrum. Re. ceræ, picis, diachylon, ana quartam. j. axungiæ asini, quartam. ʒ. laudani, hyssopi humidæ, galbani, opopanacis, ammoniaci, bdellij styracis calamitę, mastichis, sarcocollę dissolutorū cum vino. añ. vnc. j. axungię vrsi, struthij, aquilæ, anguillæ, fæcis olei de lilio, terebinthinæ, ana vnc. ʒ. farinę fœnugræci, & se. lini, croci, ana drag. ij. fiat emplastrū. Et genera diachylon sunt ad hoc propitia: & aqua sanguinis humani septies distillata est ad hoc per alchimistas, & per Hēricū laudata. Plura alia infra in antidotario ponētur. Et in hoc ligaturæ & instrumēta mechanica multum auxiliantur.

De lepra. *Cap. II.*

LEpra est maximus error virtutis assimilatiuæ, qua forma corrumpitur in toto, ita habetur ex verbis Gal. quā-tū ad primā partē in sexto, & quātū ad secūdā in secūdo de ęgritudine & symptomate. Et intelligo errorē virtutis assimilatiuę immediate: qa mediate pōt esse causa error digestiuæ et sanguificę in hepate. Et ideo Auic. vocat errorē virtutis

hepatis causam efficiẽtẽ antiqorẽ:quãdo enim hepar labitur ad caliditatẽ: & sic aduritur sanguis,& præparat ipsum ad melancholiã. Et talis sanguis quãdo venit ad mẽbra tertiæ digestionis,inueniẽs ea debilitata à mala cõplexione frigida & sicca introducta à causis suis: vt statim dicetur,nõ põt eum cõuertere ad calorẽ,neq; ad carnẽ bonã vniformẽ & rubeã, cõuertit ad calorẽ & carnẽ granulosam nigrã & horridã.vnde in primo de virtutibus naturalibus assumatur.Cũ virtus digestiua erat in disseminãdo,causatur hectica:quãdo invniẽdo,hydropisis:quãdo in assimilando,lepra, Est enim lepra morbus & accidẽs secundũ Gordoniũ qui sequẽdo Auic,valde bene tractauit istã materiã.Morbus cõsimilis officialis & cõmunis.Morbus cõsimilis est:quia est mala cõplexio frigida & sicca æqualis & diuersa in parte & in toto. Officialis; quia est corruptio figuræ,quæ est propria differẽtia ipsius vt dicetur.Cõmunis,quia cũ sit apostema vniuersale.soluit cõtinuũ vt apostemata alia particularia. Et est accidẽs: quia læsa actio. Dicitur aũt lepra à lepore nasi:qa in eo potiora & certiora apparẽt signa ipsius. Vel dicitur à lupo:quia omnia mẽbra vt lupus deuorat.Corrũpit enim omnia mẽbra vt lupus cãcrosus secũdũ Halya.in octauo sermone partis primę libri dispositionis regalis. Et ideo ab Auic.dicitur cãcer cõmunis toti corpori. Species & differẽtię lepræ potissime sumũtur à materia & à symptomate. Et licet secũdũ Halya.vbi supra:et forte secũdũ Gal.nõ ponãtur nisi duæ species à duabus choleris adustis malis:nihilominus cõmunis schola nostra assignat quatuor species secũdũ quod quatuor humores possunt aduri,& in melãcholia cõuerti. Elephãtiam de melãcholia. Leoninã de cholera.Tyriã de phlegmate. Et alopeciã de sanguine.Raro tamẽ inueniũtur singulares: plurimum sunt cõpositæ vt alia apostemata. Et vocantur ita à proprietatibus talibus, quæ in talibus animalibus inueniuntur.

Vox græca est.

Causæ lepræ sunt triplices,primitiuæ antecedẽtes,& cõiunctiuæ. Causæ primitiuæ sunt corruptio aëris,& cõtactus leprosorũ,malitia ciborum,macula generationis.Et adiuuant hæc,retẽtio superfluitatũ melãcholicarũ, vt hæmorrhoidũ, menstruorũ,variolarũ,quartanarũ,& debilitas splenis,& hepatis caliditas,vt dicit Auic.Causæ antecedẽtes sunt humores dispositi ad vrẽdũ,& in melãcholiã cõuertẽdũ,Causa conIuncta est melãcholia sparsa per totũ. Propter quod sciẽdum

q̄, vt dictū fuit de apostematibus, melācholia est duplex, naturalis & nō naturalis: de naturali non fit lepra: sed de non naturali: & nō de quacūq;, sed de illa quę facta est per aduſtionē. Ista aūt melācholia, vt dicit Auic. aut spargitur per totum corpus, aut ad partē. Si ad totū corpus & putrefit, facit febrē: si non putrefit, morpheam in cute, & lepram in carne, si ad partem generantur cancer, & verrucę, & cōsimilia, vt in sexto de ægritudine & sympto. innuitur à Gal.

Signa & indicia. Intelligendum secundū magistrū Iordanum inest circa signa & indicia lepræ, q̄ in Mōtepessulano ipsa lepra habet dispositionem & actum. Dispositio seu præparatio lepræ est proprietas in corpore, qua aliquis valde est dispositus ad leprā. Et tales proprietates proueniūt à causis primitiuis, & coadiuuātibus dictis. Actus autē lepræ est nocumētū virtuti dictæ, quod ex sparsione melācholiæ per totum corpus prouenit. Et iste actus dicitur habere quatuor tempora, principium, augmentum, statum, & declinationē saltim ad mortem. Principium est, quando nocumentū tangit membra intrinseca: & tunc apparent signa debiliora: lepra enim incipit in interioribus: deinde procedit ad exteriora, deinde redit ad interiora, & tunc cum venenositate sua interficit. Augmentum est, quādo apparet in exterioribus: & tunc signa augmentantur, & plurificantur. Status est, quando membra incipiunt vlcerari: & tūc signa sunt manifesta. Declinatio quando mēbra cadunt: & tunc signa sunt popularia. Signa autem cōmunia omniū specierū leprę quedam significāt præparationē seu dispositionē: quędam ipsius actum. Præparationē seu dispositionē significant fœdus color, morphea, scabies, & superfluitates fœtētes & caulę dispositiuæ dictæ. Actū aūt significātia: quædā sunt vniuoca: quædam æquiuoca. Vniuoca dicuntur, quæ semper significant lepram, & sequuntur eam vel intense vel remisse. Et sunt sex: oculorum & aurium rotunditas, depilatio, & grossicies seu tuberositas superciliorum: dilatatio & tortura nariū, ab extra cum interiori strictura: labiorum fœtiditas: vox rauca, ac si cum naribus loqueretur: fœtor anhelitus, & totius personæ: aspectus fixus & horribilis ad modum animalis saton. Vnde Galenus in secundo de ægritudine & symptomate. Simatut enim nasus, & labia grossa, & acutæ aures apparent: & vniuersaliter similes satyris elephantiasim patiētes

id est leprosantes fiunt. Satyrus autē vel satō in terra arabica est animalis horribilis aspectus in quo sunt signa iam dicta. Aequiuoca dicūtur quæ cū hoc quod inueniūtur in lepra inueniuntur in aliis ægritudinibus: & ideo nō semper significant leprā. Et sunt 16. Primū est duricies & tuberositas carnis specialiter iuncturarū & extremorū. Secundū est color morpheatus, & tenebrosus. Tertium est casus capillorum, & renascitio subtiliū. Quartum cōsumptio musculorum, præcipue pollicis. Quintū insensibilitas, & stupor, atque grāpa extremorum. Sextū scabies, & impetigines, gutta ros. & vlcerationes in corpore. Septimū est grana sub lingua sub palpebris, & retro aures. Octauū ardores, & pūcturę acuū in corpore sensibilitas. Nonum cutis eorum ad aerē ad modū anseris displumatæ crispitudo. Decimū quādo proiicitur aqua super ipsos videtur vnctuosi. Vndecimū raro febricitāt. Duodecimū sunt astuti & dolosi furiosi: & nimis se ingerere volunt super populum. Tertiumdecimum habēt somnia pōde rosa & grauia. Quartumdecimum habēt pulsum debilem. Quintumdecimū habēt nigrum sanguinem, plumbeū, & tenebrosum, cinerulētum, arenosum, & thrōbosum. Sextumdecimum habēt vrinas liuidas, albas, subtiles, & cinerosas. Cum istis autē signis examinātur leprosi. Circa tamen examen, & iudicium leprosorū est multū aduertēdum, quia maxima iniuria est sequestrare nō sequestrādos, & dimittere leprosos cū populo. Nā morbus est contagiosus, & infectiuus. Et ideo medicus debēs eos iudicare, sæpe debet eos aspicere, & secum signa voluere & reuoluere, & videre quæ signa sunt vniuoca: & quæ æquiuoca: & quod nō iudicet per vnum signum, sed per cōcursum multorū specialiter vniuocorum. In primis inuocādo Dei auxilium debet eos cōfortare, quòd ista passio est saluatio animæ: & quòd nō dubitēt dicere veritatē: quia si reperirentur leprosi, purgatorium animæ esset: & si mundus habet eos odio, nō tamen Deus: imò Lazarum leprosum plus dilexit quā alios. Si autem nō reperirētur tales, stabunt in pace: deinde faciat eos iurare veritatem dicēdi de interrogādis. Et tunc in primis debet interrogare de his quæ disponunt ad lepram. Si ipse habet aliquid, vt si ipse est de genere leprosorum: aut si est cōuersatus cum eis, & si restricta sunt ei mēstrua vel hæmorrhoides. & si regimine melancholico vsi sunt, & æquales ægritudines cōsueuerunt

pati.

pati. Deinde inquirat cum notis ipsorũ: & cum ipsis de astutia & moribus ipsorum, & somniis, desideriis ipsorum, & si sentiũt acuitatẽ, ardorẽ, & puncturas in carne: deinde tangat pulsum: deinde faciat sibi facere phlebotomiã: & consideret substantiã & colorẽ sanguinis, si est niger, & cineritius, & lauet ipsum: & sciat qualis erit illa caro, quæ remanet in colatorio, si est arenosa, granulosa, & throbosa: quia maximum signũ est. Et si vult probare, in altera scutellari, si sal cito funditur. & si acetũ, & vrina cito cõmiscentur. Et si per modum farinæ descẽdit in plena pelui aqua potest gratia solẽnitatis facere. Hoc facto cõsideret aspectum suũ: & dicat sibi quod recedat, & de mane apportet vrinã: & interim cogitet medicus super visis & vidẽdis. Et de mane ipse veniat in præsentia medici, & tũc in primis videat vrinã, & cõsideret si significabit aliquid de dispositione leprę. si est alba, subtilis, cinerosa, quia tales sunt vrinæ leprosorũ. Deinde cõsideret faciẽ suã. Supercilia si sint depilata, si sunt inflata, & tuberosa, oculos si rotũdos specialiter versus domesticã partẽ: si eorũ alba sunt tenebrosa. De naso si est tortus, grossus, vlceratus intus. De auribus si rotundantur & curtãtur. De voce, si loquitur rauce, & cum naribus. De labiis & lingua, si sanguinãtur, & vlcerãtur, & si habet grana. Si anhelitus sit difficilis & fœtidus. Et si eius forma sit diuersa, & horribilis. Et cõsideret bene ista, quia signa faciei sunt certiora. Deinde faciat ipsum expoliare, & cõsideret in primis colorem totius corporis, si est tenebrosus, & morpheus. Deinde substantiã carnis, si est dura, & aspera, tuberosa specialiter circa iuncturas & extremitates: & si est scabiosus, pruriginosus, & serpiginosus, & vlcerosus. Si corium eius crispatur, vt anseris, si musculi sunt consumpti. Si patitur dormitationẽ in membris. Si senserit bene quãdo pungitur retro talonem & tibiã, & interrogetur cum quo & vbi. Deinde proiiciat aquã super corpus suũ, & videat si est vnctuosum, & si sal adhæret quãdo proiicitur super ipsum. Deinde redeat ad cõsiderationẽ faciei, & aspectus, & dimittat ipsum. Pensentur omnia signa, & cõferat, & deliberet bene de signis & cõcordia ipsorum. Et si inueniat quòd ipse cũ dispositione ad leprã habeat aliqua signa æquiuoca diminuta, domestice & secrete cõminandus est, vt stet in bono regimine, & habeat cõsilium medicorum, alias efficeretur leprosus. Si autem multa habet signa æquiuoca &

pauca vniuoca, cassatus vocatur vulgariter. Et tales sunt acri ter cõminandi, quòd teneant bonum regimen, & habeãt bo num cõsilium medicorum, & quod stent in domibus & man sionibus ipsorum Et nõ multum se ingerant cum populo: quia ingrediuntur leprã. Si autem habent multa signa æquiuoca, & multa vniuoca cum bonis verbis, & cõsolatoriis sequestrandi sunt à populo: & in malanteria ducendi. Si autem sunt sani, absoluendi sunt, & cum literis medicorum ad rectores mittendi.

Signa autem propria humorum habẽtur per signa humo rum dicta in de apostematibus supra: peiores tamen sunt hu mores leoninæ & elephantinę quàm aliarum. Iudicatur per omnes quod lepra est pessimus morbus, & est hæreditarius, & contagiosus, & est quasi impossibilis eradicationis præser tim cõfirmata. Quomodo enim inquit Aui. curabitur lepra, cum sit cancer vniuersalis, quando cancer particularis nõ cu ratur? præseruari autem potest, & palliari, curari vero minime. Amplius iudicatur quod inter species lepræ leonina, & elephantia tanquam de pessima materia sunt peiores. Aliæ vero tanquam de magis miti suauiores.

In curatione lepræ ad tria communiter intẽdunt doctores. primum est ad præseruandum dispositos antequam veniat. secundum est ad curandum actuales, dum est introducta, sed non est confirmata. tertium est ad palliandum, dum est introducta & confirmata. Regimẽ præseruatiuum tres habet intentiones. prima est vt materia non generetur. secunda vt materia generata expellatur. sed tertia vt hepar, & cõplexio totius corporis rectificetur. Prima cõpletur cum debita administratione sex rerum nõ naturalium: & trium nõ necessariarũ quæ sui generalitate annexantur istis, vt sunt aer, ci bus, & potus &c. vergentium ad temperamentum. Secunda cõpletur cum bina aut trina purgátione in anno. vere tamẽ potissime & autumno cum diacatholicon, aut pilulis de fumoterræ, phlebotomia, cũ debita prouocatione hæmorrhoi dum, & cauteriorum in fontanellis brachiorum, & tibiarũ. Tertia cõpletur cum bonis electuariis factis de diarhodon abbatis, & bonis epithematibus, pro hepate. Regimen autẽ curatiuum quãdo est actu lepra, nõ tamen cõfirmata: habet quatuor intẽtiones. Prima est bonitas regiminis, vt humor lapsus temperetur. secũda est humorum adustorum euacua-

tio.

tio.tertia est impressionis illatæ rectificatio.sed quarta est accidentium correctio.Primum completur cum debita administratione sex rerum non naturalium,& trium annexarum vergentium in frigiditatem & humiditatem.Secũdum cõpletur cum phlebotomia & pharmacia,caputpurgiis,balneis,ventosationibus,& fricationibus,& aliis resoluẽtibus materias ab extra.Tertium completur cum debita administratione serpentium,& potionum,& confectionum de alsilude,de auro, & de talibus cum similibus confortantibus cor,& rectificantibus naturam.Sed quartum completur,secundum naturam accidentium quæ occurrunt.

Regimen palliatiuum quod competit lepræ confirmatæ tres habet intentiones.prima est humectare corpus ab intra ne incineretur.secunda confortare cor & alia membra principalia ne dissoluantur. sed tertia est custodire membra ne deformentur.Primum cõpletur cum debita administratione lactis,& brodij gallinarum,& aliorum humectantium. Secundum cum lætificãte Gal.& diarhodon abbatis.Sed tertium cum cauteriis factis in locis vbi scitis,& cum gummeris,& aliis decorantibus & solidantibus faciẽ,& alia membra.Verum quia ista magis pertinent ad dominos physicos quàm ad chirurgos,nisi quantum est ad iudicandũ, & ad manualem operationem,exquisitam pertractationem, de modo & qualitate complendi prædictas intentiones omittam, superficialiter aliqua tangendo ea in 8. capitulis tangendo vel assumẽdo.Primum erit de diæta.secundum erit de phlebotomia.tertium de medicinis laxatiuis.quartum de caputpurgiis.quintum de balneis, vnctionibus, epithematibus, embrocationibus,& consimilibus.sextum de regimine serpentium. septimum de cauteriis. octauum de correctione accidentium.

Diæta leprosorum debet esse,sicut patientium apostemata melãcholica,de qua superius in de apostematibus melãcholicis fuit dictum.Et vltra illa caueãt à coitu,& ab omni re, quæ potest eorum calefacere naturam:vt vult Auic.lac etiã, vt dicit,est de cõueniẽtioribus,quibus curatur lepra,& proprie apud cõstrictionem & difficultatem anhelitus & vocis. Et post euacuationes oportet,vt bibant id dum mulgetur, & detur quantitas quæ digeratur.Et si posset stare cum ipso solo,bonum esset. Et si passio sedaretur, auferatur:totum

autem regimen ipsorum præcipue in palliando ad regimen hecticarum declinetur, vt volunt omnes.

Phlebotomia venarum magnarum nullo modo cõpetit in lepra confirmata: nisi esset magna repletio, aut quod timeretur cõstrictio anhelitus, sed ventosatio & scarificatio in natibus, tibiis, retro collum, inter spatulas: & apertio venarũ paruarum narium, & faciei, bene potest competere eis: eo quia materia iam exiuit venas: & si est in carne antequã cõfirmetur, tamẽ præcipit Halyab. sermone quarto, partis primæ libri dispositionis regalis, accelerare minutionem sanguinis à duabus venis organicis, & duabus post aures, & quæ frontis, & à mediastinis, & tantum auferre donec defectus appareat. Rasis tamẽ à purpurea vena dextri brachij incipit, & post interuallũ, à sinistra: & refert, quod curauit quẽdam adolescentẽ leprosum, in cuius facie nodi fieri incipiebant, & pili defluebant, cui occurrere incepit cum phlebotomia, & ventris solutione cũ apozemate de epithymo, & pilulis cholerã purgãtibus, & frequẽter eum in balneo posui, & cibaria humectãtia dedit, postea quietẽ per aliquos dies ordinauit, post ad ventrẽ soluendum rediit, quod toties fecit, donec plusquã quadragesies in quinque mensibus ventrẽ solui, quibus peractis pili inceperunt nasci, & oculi, & color, & facies meliorari, & prope sanitatẽ reduci. Et recedẽs ab ipso per alios sex menses dimissa purgatione præter cũ sero cum bono regimine, perfecte sanum eum inueni.

De medicinis laxatiuis.

In primis digeratur materia cum syrupo de fumoterræ, quod Reci. fumiterræ, quartã. j. bugloſſæ cum toto, tenerita tum lupuli, scabiosæ, lapathij, capilli ven. dianthos, polytrichi, scolopendriæ, endiuiæ nouellæ, cichoreæ, ana quartam 5. liquiritiæ se. melonum, se. acetosæ, anisi, cuscutæ, ana vnc. 5. florũ ros. violarũ, boraginis, & bugloſſę, epithymi, ana vn. j. polypodij quercini, vnc. ij. vini malorum granatorum, aceti passulati, ana quartam. j. panis zucchari lib. j. fiat syrupus.

Digesta materia, purgetur paulatine cũ apozemate laxatiuo facto cũ prædictis, addẽdo succum fumiterræ, boraginis, bugloſſę, lapathij, & de sene, & epithymo quãtũ de polypodio, & de prunis, & tamarindis, ac casiafistula, & non ponatur acetũ. Et administretur bis in septimana quarta. j. in quo

potest

poteſt diſſolui ad acuendum, drag. j. electuarij de ſucco roſ. Et ſi vis ponere in prædicto ſyrupo myrabolanos, præceptũ Heben Meſue facies. Si autem vis purgare fortius, fiat hoc cum pilulis de fumoterræ, cuius forma ſecundum Auic. Re. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, nigrorum omnium, ana drag. v. aloes ſuccotrini, drag. vij. ſcammoneæ, drag. v. ſine ceſſatione conficiantur cum aqua vel ſucco fumiterræ, & fiant pilulæ doſis drag. j. vel drag. j. & ſ. Si autẽ vis purgare fortiſsime, præcipit Aui. hieram Rufi, hierã Logodion, Theodoricon. acuatur cum pulpa colocynthidos, & cum electuario de ſucco roſ. Cum iſtis autẽ medicinis poſſunt addi, & diminui medicinæ ſecundum quod videbitur, quod natura declinabit ad phlegma, vel ad choleram, & ſecundum tempus, & qualitatem patientis.

De caputpurgiis.

Poſt euacuationem vniuerſalem fiant caputpurgia cum ſueco vel decoctione ſanſuci, chelidoniæ, naſturcij, ſtaphidis agrię, pyrethri, nuciſmuſ. piperis lon. in quo addatur modicum de euphorbio, & de ſcãmonea, aut de electuario de ſucco roſa. & traiiciatur, aut imponatur vna gutta in naribus cum emboto naſali.

De ſtuphis, & balneis, fricationibus, & vnctionibus, & conſimilibus.

Poſt iſtas autẽ purgationes, fiant ſtuphæ cum herbis dictis in ſyrupo. Et in ſtupha raſo capite fricẽtur, & lauẽtur, per caput & faciẽ & totum corpus cum tali decoctione. Re. fumiterræ, lapathi, ſcabioſæ, chamomillæ, meliloti, ſtaphidis agriæ, ſinapis, piperis longi. nuciſmu. ſulphuris, nitri, aloes, auripigmenti coctis cum aqua & aceto, & facta fricatione liniatur totus cũ ſanguine leporis. Et in exitu detur theriaca cum vino, drag. j. Et poſt quã ſanguis fuerit deſiccatus, redeat ad ſtuphã: & ibidẽ lauetur cũ aqua decoctionis radicis lilij, iarri, & furfuris macri. Et poſt inũgatur totus cum iſto vnguẽto. Re. vnguẽti citrini lib. j. vnguẽti albi lib. ſ. pinguedinis ſerpentis, quartã vnam, olei roſ olei myrtini, vnguẽti populeon, ana quartam ſ. miſceantur & inungatur.

Pro iſta intẽtione inuenirẽtur multa alia auxilia in morphea,

phea, scabie serpigine, & in morbis faciei. Et ista talia reiterentur toties, quoties videbitur expedire.

De administratione serpentum.

Et scias vt dicit Auic ℔ caro viperæ, vel thiri & illud in quo est virtus eius, est de melioribus medicinis ei. Et Gal. in 11. simplicium pharmacorũ per quinq; exempla hoc probauit. eligantur ergo serpentes secundũ nobilem Gordonium de locis siccissimis cum dorso nigro, & ligentur versus caput & caudam: & cum virgis minutis flagellentur, & subito in simul duoviri abscindant caput & caudã: & permittantur volutari per terrã: & quanto plus volutabuntur, & exibit de sanguine, tanto melius erit. & excorientur & abluãtur cum aqua salsa calida: & postea cũ vino puro Et istis serpentibus vtatur omnibus modis quibus poterimus considerare: quia breuiter loquendo aliã viam nõ habemus in curando leprosos per corporis mundificationẽ, nisi in serpentibus. decoquantur igitur vsq; ad ossium separationẽ cum fœniculo, & anetho, & pane biscocto & modico salis. Et sorbeatur brodium, & comedãtur carnes: vel carnes sic præparatæ terãtur cum ala gallinæ, & modico zinzi. & satis de zuccharo, & fiat comestio alba. Vel aliter, ℔ carnes sic præparatæ cũ puluere zinzib. coriandri, & croci ponãtur in pastillo. Vel aliter, ℔ carnes sic præparatæ terantur fortiter, & cũ puluere zinzib. nuciſmuſ. & zuccharo: & fiat electuariũ. Vel aliter serpentes viui ponãtur in vino tempore vindemiarũ cum epithymo, sene, polypodio, & aniso, fœniculo, & anetho, & quãdo erit clarificatũ, ponatur in alio vase: & erit laxatiuum, si administretur bis vel ter in die. Vel aliter secũdum Henric. ponantur post decolationẽ in alembico: & fiat aqua. Et patientes possunt lauari cum aqua decoctionis ipsarũ. Est tamẽ aduertendũ quod vsus ipsarũ facit corpus primo inflare: & postea cadunt squamæ, & pelles: & excoriãtur: & deinflãtur: & sanantur. Tempus aũt sufficientiæ vsus ipsarũ est, dum incurrere incipiunt scotomiã, & mutari in ratione: tũc enim cessandum est ab vsu ipsarũ. Et sal viperæ iuuatiuũ est iterum. De his quæ conferunt est, vt dicit Auic. quãdo bibuntur, aut comeduntur, sunt confectiones bederasuli & alfelude, &c.

De cauteriis.

Circa cauteria est intelligendũ quod ipsa non debent fieri, nisi

nisi post omnes alias curas : & maximè in putrefacta & humorosa. Et licet Albuc. ponat 70. cauteria pro ipsis: quia dixit quod quanto fiunt plura, magis conferunt: nihilominus non sunt consueta mihi: nisi cauteria punctalia seu rotunda fontanellarum brachiorum, & tibiarum, & inguinum, & ascellarum, & in summitate capitis, & retro collum ad setonem. Ruptoria fiunt sub mentone & in collo. Et si ventosæ præcederent ruptoria, non esset id male factum.

Vltimo est dicendum de correctione accidentium.

Accidentia quæ apparent in lepra, sunt multa quæ correctione indigent, vt morphea, scabies, pruritus, & serpigo, de quibus dicetur in sequenti cap. Nodi, glandulæ, atque tuberositates, vlcera, & corrositates, de quibus in propriis capitulis dictum est supra. Depilatio, pustulatio, oppilatio narium, de quibus dicetur infra doctrina secũda. Raucedo, difficultas anhelitus, de quibus in physicalibus libris satis tractatur. Et ideo correctiones eorũ in locis suis requirantur.

De morphea, serpigine, scabie, pruritu, syronibus, pediculis, & alijs infectionibus cutis. Cap. III.

INtelligẽdum quod morphea, & albaras, algada, algasen, panni, lentigines, sanguis mortuus, gutta rosea, scabies, serpigo, & impetigo, & consimilia sunt infectiones cutis maculosæ: & quia non differunt, nisi magnitudine & paruitate, & in situ & in colore, & aliqualiter in materia: propterea doctores nostri fuerunt ita varij & discordes in differentiis ipsorum: imò, quod fortius est, morpheã albarosan vocauit Halyab. lepram: Nihilominus communis vsus tenet inter nos quod istæ infectiones quãdoq; sunt planæ: & non habent inæqualitatem, neq; vlcerationem: si sunt nigræ, vocantur morpheæ: si albæ, albaras: si rubeæ, gutta. s. ro. si magnæ, vocantur panni: si paruæ, lentigines: si verò non sunt planæ, sed inæquales & vlceratæ, vocantur scabies, serpigines, & impetigines. Non obstante quod Lanfranc. & Henricus, in differentiis istorum multum videntur gloriari.

Non ergo faciunt in opere diuersitatem tales differentiæ nisi in non vlceratis quæ reponuntur sub morphea: & in vlceratis sub scabie & serpigine. Et in syronibus & in pediculis de quibus dicetur. Et licet multa de his dicantur hic

in gen

in generali: nihilominus aliqua dicẽtur in speciali in secunda doctrina de dispositionibus faciei.

De morphea.

Est ergo morphea cutis plana, defœdatio maculosa. Cuius licet sint tot species, sicut & leprę: nihilominus duę sunt magis famosæ, nigra videlicet, & alba. Quarum causæ sunt, albæ, phlegma: nigræ vero, melancholicus humor: vt dicebatur in sexto de ægritudine & symptomate.

Signa sunt satis manifesta. Sed iudicia sunt difficilia. Iudicatur enim per nobilem Gordoniũ, quòd morphea antiqua, & quæ occupat magnum spatium, & quæ cum fricatur, non rubet, nec quando pungitur, emittit sanguinem, sed aquositatem: est incurabilis, aut cum magna difficultate curabilis: quæ verò est oppositarum conditionum, ad curandum aliquam habet suspicionem.

Cura morpheæ nigræ. suppositio regimine dicto in lepra, oportet secundum Auic. vt incipiatur cum phlebotomia, si fuerit illic multitudo sanguinis, & cum euacuatione humoris adusti & melancholici cum his quæ in lepra sunt dicta. Verum de euacuantibus sublimibus est aqua casei cum epithymo, sumendo quolibet die, drag. j. cum cado vno aquæ casei: & multoties cum ipso est soluendus, vt dicit Rasis. Et post hoc dicit quod ex semine raphani, & erucę, & condisi confectis cum aceto locus est epithemandus: ipso tamen prius balneato. Halya. autem iubet conterere cepã: & ad solem cũ ipsa cataplasmare. Gord. præcipit quod fricetur locus cũ pãno aspero: & postea quod locus epithemetur cũ auripigmẽto rubeo pistato cũ succo fumiterrę: & in crastinũ lauetur cũ aqua furfuris. Iamerius hanc morpheam fricat cum memitha. Roge. recipit tartarum & fuliginem de quolibet, vnc. ij salis nitri, sulphuris viui, ana vnc. j auripigmẽti, aluminis sciisi, vtriusque ellebori, ana vnc. j. puluerizentur omnia, cum succo fumiterrę, & abrotani, & lapathij acuti, atque panis porcini, & sapone cum oleo in mortario incorporentur taliter, vt fiat linimentum: cum quo morpheatus locus epithemetur. Et si ista non valent, scarificetur locus: & cum illo sanguine epithemetur. Aut, vt dicit Guli. de Salic. cantharides cum fermento & aceto apponantur: aut mel anacardinum vt dicunt glossatores Rogerij. Et post vesicationem

tionem de ſuper folium caulis ponatur,& remota cute,ſi eſt neceſſe,vt quãdo eſt infectio profunda corrodatur caro cum arſenico incorporato cũ dialthæa:& purgata carne locus cũ vnguẽto citri acuato cũ lithargyro cõſolidetur. In morphea autem alba ſuppoſito regimine dicto in apoſtematibus phlegmaticis, oportet ſecundũ Auic. vt deuitetur phlebotomia, & euacuetur phlegma cũ hiera acuata cũ colocynthide, aut cũ pilulis cochiis Raſis. Et poſt hoc præcipit Raſis,quod fricetur ad ſolem cũ linimẽto facto ex ſetaragi quod credo capſiam:& ex rubea,& elleboro,& ſinapi,& ſe. raphani. Auic. verò vult quod cũ alcali & calce coctis cũ vrina infantiũ vſq; ad mellis ſpiſsitudinẽ fricetur ad ſolẽ,quouſq; locus vlceretur. Deinde accipiatur pix & cera,atq; terebinthina, & corticcs nucis aduſtæ,atq; ſanguis pulli columbæ.& oleum de alcanna,& vſq; ad ſufficientiam decoquantur:& cõtinuetur ſuper locũ donec ſanetur:& color eius ſit ſicut color corporis. Theodoricus dicit quod quædam domina Piſana curabat omnes morpheas per iſtũ modũ. In primis lauabat locũ morpheatum decies cũ aqua frigida. Poſt cũ iſto vngebat vnguẽto. Reci. cineris ſerpẽtis cõbuſti in olla noua bene cooperta, vnc. j. lithargyri vſti gallarũ,radicis flãmulæ,ſolearum antiquarum,plumarum nigrarũ gallinæ,omnium combuſtorũ, ana vnc. j. arſenici,calcis viuæ,argẽti viui,ana drag. ij. conficiantur omnia cum aceto: & fiat ſicut vnguentum. Cum quo locus morpheatus inungatur bis vel ter:aut plus ſicut videbitur expedire. Poſt autem mittatur ad balneum:& dum intrabit balneum,liniatur cum pſilothro facto ex quatuor partibus calcis & vnius arſenici coctis cum aceto & aqua. Et poſtquam ſudauerit in balneo aliquantulum,lauetur cum aqua, & erit ſanatus. Melius tamen videretur quod prius in balneo liniretur cum illo pſilothro:& poſt in exitu liniretur cũ illo vnguento: ipſe tamen ita dicit. Si autem cum iſtis non curaretur, eſt intentio doctorum,quod locus cum cantharidibus & arſenico curetur,præcipue ſi infectio ſit profunda-ta,vt dictum eſt de morphea nigra. Non autem cum cauterio actuali: neque cum ſcarificatione: quia veſtigia magis apparerent,vt dicit Auic. Et ſi cura non valet,tingatur locus cum iſta tinctura Auic. Re. lithargyri,calcis,gallarum,alcãnæ,dragagãthi,an. conficiũtur cum melle & aceto nigro, & fiat linimentum de quo locus liniatur.

De

De impetigine & ſerpigine & aſſafati.

Omnia autem iſta, vt dictum eſt, ſunt infectiones cutis inæquales,& finaliter vlceroſę non multum profundantes.Et propter hoc Auic.dicit quod ſunt proxima adinuicẽ: & ſunt de ſumma bothorum vlceroſorũ. Incipientes, paruæ lenes diuiſæ in multis locis:deinde vlcerãtur vlceribus ſquamoſis & furfuroſis,quandoq; apparentibus,quandoq; occultis.Et quæ ſunt fixæ, magis proprie dicuntur aſſafati & impetigines:quæ verò ſunt mobiles,& ſerpẽtes hincinde, ſerpigines quæ vulgariter dicuntur derbes, & ignis volagius. Et quælibet ipſarum quædam ſunt humidæ: quædam verò ſiccæ.

Cauſæ autem iſtarum infectionum maximè humidarum eſt humiditas mala corroſiua, quæ permiſcetur cum groſſo ſanguine, & phlegmate ſalto,verum in ſicca magis prædominatur melancholia. Expelluntur enim huiuſmodi materiæ ad cutim,& corrumpunt eam,vt dicit Auic. Et talis humiditas eſt vehementer ignita: & propter hoc ſunt cũ pruritu & ardore:vt dicunt gloſſæ & Theodoricus.Et generantur in facie,& capite puerorum proprie.Et multoties apparent in hyeme ſecundum Auic.eo quia frigus coarctat & deriuat tales materias ad cutem, vt dicit Theodoricus: & in æſtate ſæpe propter calores vehementes, vt dicit Iamerius.

Curatio quantum ad regimen,& euacuationem non differunt à curatione apoſtematũ, & puſtularum cholericarum melancholicarũ, de quibus ſatis dictum eſt ſupra in de apoſtematibus, & de lepra, & morphea. In ſpeciali autem defendit Auic. omne quod habet dulcedinem ſuperfluam, & proprie dactylos,aut amaritudinem,aut acuitatem,aut ſalſedinem, & vtatur humectatione corporis, humiditate æquali, cum balneo & aliis.

Quantum autem ad localia in recentibus laudantur fomentationes cum aqua tepida. Et alterare locum cum ſucco portulacæ,& cucumeris,& mucilagine pſyllij,& ſaliua hominis ieiuni in 10.ſimplicium,& acetoſitas citri,& gumma cum aceto:& ſinapis cum aceto ſunt optima ſecũdum Auic. & oleũ de frumento,oleum ouorũ,oleum de ſerpentibus,& oleum iuniperi ab Heben Meſue appropriantur: & oleũ de tartaro vulgus tenet ſupremũ.Rogerius laudat ſaponem & ſuccum chelidoniæ. Et ſi cum eis admiſceretur vnguentum album,

album,pulchrius esset,vt dicunt glossæ ipsius. Et lotionem cum aqua ros.& succositate citri in qua sulphur puluerizatũ steterit in vase vitreo ad solem per 20.dies,laudant Montipedæ. Et lac virgineum qđ fit cum aceto & lithargyro,distillando & miscendo, cum aqua salita laudãt Bonoñ. Vnguentum album factum de lithargyro, & citrinum factum cum oleo de tartaro & succositate citri sunt Parisius consueta. Ad antiquas vero proprie ad saffati laudat Auicen. linimentum factum de cimolea sulphure,cineris,cucurbitę,pulpa colocynthidos omnium partes æquales cum aceto. Ad idem Theodoricus.Recip.succi radicis lapathij acuti quartam.j. axungiæ antiquæ porci dissolutæ lib.5.argenti viui extincti cum saliua,quartam.5.cogatur axungia cum succo vsque ad eius spissitudinem:postea miscendo argẽtum viuum pistando in mortario fiat vnguentum. Ad idem Rogerius.Re.tartari,plumbi vsti,fuliginis cineris,pirethri,succi cyclaminis, ana confice cum oleo,& fiat vnguentum. Henricus testatur quod quidam medicus Parisiensis curauit serpiginem quinque annorum cum tali vnguento.Re,se.iuniperi conquassati,vnc.iiij.coquantur cum sufficientia aquæ: & colaturæ addantur axungiæ porci reinfusæ colatæ, vnc.sex, terebinthinæ,vncia vna,dissoluantur omnia simul,& dissoluta ab igne deponatur. Et cum infrigidatũ fuerit, aquositas expellatur: & vnctuositas fortiter in mortario agitetur:& addendo sulphuris viui,vnc.ij. fiat vnguentum. Rasis autem dicit, quod antiqua indiget sanguisugis & fricatione, donec exeat sanguis plurimus, & resoluatur caro mala, & appareat bona. Quæ vero ex ea fortis est, indiget secundum Auicen.medicamine acuto corrodẽte,quousque perueniat ad carnem sanam. Deinde cum vnguentis vlcerum,proprie albo, & de lithargyro consolidetur.

De scabie & pruritu.

Istæ etiam sunt infectiones cutis vlcerosæ pruriginosę cum squamis & crustis,quæ quandoque sunt cum virulẽtia & sanie:& quandoque absque ipsa,vt ponit Gordonius.Quarum materia secundũ Auicennam est sanguis cui commiscetur cholera conuersa in melãcholiam,aut phlegma salsum baurachium. Ex prima enim materia, vt dicit, fit scabies ficca: ex secunda humida. Sunt igitur secundum hoc duæ species

scabiei humida & sicca, sub qua pruriginem pono. Cum enim talem materiam natura ab interioribus ad extrinsecam cutem pertulerit, si sub cute permanserit, & fuerit subtilis, facit pruriginem: si grossa, scabiem, vt euidenter ponit Halyab parte prima, sermone octauo. Et ibidem ponitur, quod tales materiæ fiunt maximæ plurimum comedentibus: & qui malis vtuntur cibis, salsis videlicet, & amaris, dulcibus, & acutis, vt addit Auicenna, & qui balneum dimittunt, & vestes non mutant, laborant, & vigilant, & vinum purum potant. Addit Rasis. fit autem senibus propter cutis debilitatẽ, & qa in eis salsus humor vtplurimũ generatur, & plurimũ fit inter digitos: quoniam sunt debiliores, vt dicit Auicen.

Significant scabiem secundum quidem Halyabbatem pustulæ paruæ incipiẽtes: deinde vlcerantes. Et significatur natura hu. per calorem, ardorem, pruriginem, & per expulsa. Iudicatur quod quãuis scabies sit mala per viam signi, potest tamen esse bona per viam causæ, expurgare enim corpus ita consueuit natura ad cutim superfluitates repellendo, vt in quarto therapeu. dicit Gale. Iudicatur quod scabies in decrepitis est difficilis, aut impossibilis curationis. Iudicatur etiam quod scabies & pruritus inducũt vlcera, impetigines, & ægritudines fœdas. Est etiam scabies de ægritudinibus contagiosis.

Curatio. quantum ad regimen & euacuationem non differunt à curatione prædictarum infectionum. In speciali autem cõmendat Auic cum proprietate chelidoniam cum laxatiuis. Et aloes de tertio in tertium sumpta, drag. j. cũ aqua endiuiæ, & fœniculi eradicat scabiem, vt dicũt Rasis & Auicen. Et si veniret ex eo intestinorum rasura, curetur cum clysteribus opportunis: & si adest repletio, phlebotometur, vt dictum est supra, & scias secundum Auic. qꝙ vẽtosæ in vtrisq; cruribus conferunt scabiei fœdæ. Facta autem euacuatione sufficienti volunt doctores nostri, qꝙ stuphentur cum herbis positis in syrupo de fumoterræ posito in capitulo de lepra. Et intret stupham cum istis positis ab Auicen quæ habẽt abstergere, & rectificare complexionem cutis, vt sunt malua, sicla, lapathium, acetosa, apium, furfur, farina lentiũ, rizi, & fœnugræci, melones decocti cũ aqua, & aceto seu granatorũ vino. Et in exitu offeratur theriaca, aut rubea trochiscata. Et postquã sudauerit, & dormiuerit in lecto, altereturcutis cum oleo

oleo violato, ros. amygdalarum, aceto, aut granatorũ succo. Quãtum autem ad localia. In humida laudant Rasis & Auic. argẽtum viuum extinctum cum saliua, cachimiam argenti, oleandrum, condisam, alchali, lithargyrum confectum cum oleo ros. & aceto, & ꝙ fiat epithema per totam noctem. In mane vero balneum ingrediatur patiens, & cũ aceto, & mossa viridi quercus fricetur: post ea cum aqua calida lauetur. Et his factis aqua frigida super ipsum fundatur, & cum oleo ros. inunctus egrediatur. In sicca & pruritiua cõcedit Auic. in potu lac vaccinum acetosum, & balneum cum aqua tepida, & administrationem vnctionum oleaginorum ex oleis frigidis, & proprie quando ponitur in eis succus apij & aqua ros. & endiuiæ, & acetũ cum aloe, & sale armoniaco, & alumine. Et de medicinis quiescere facientibus pruritum, est papauer cum aceto tritum, & cerotum in quo ponitur opium.

Rasis autem in ista scabie, Re. baurac, costi, salis, condisi, ana drag. j. styracis, drag. vij. aceti, & olei quod sufficit, fiat linimẽtum de quo epithemetur in balneo, & maneat: & postea lauetur. In suis additionibus inuenitur, ꝙ lauare locum cum aqua ros. & aceto decoctionis ros. myrrhæ, sandalis, ru. & parum aluminis, pruritum fortem statim tollit. Vsus autem communis habet vnguenta alba & lithargyca. In vtraque scabie inueniuntur multa communia vnguenta. Primo Galenus in nono simplicium pharmacorum, capitulo de sulphure docebat quosdam amicos suos piscatores sulphur miscere cum oleo, & melle, & terebinthina, & sanabant scabiem & serpiginem: & ipse etiam non raro. Oportet enim medicinas tales habere virtutem mistam, vt consumant & repercutiant, vt dicit. Et propter hoc ego in lib. j. terebinthinæ & quarta j. axungiæ porci remisceo, vnc. j. sulphuris & aliquoties modicum de argento viuo appono secundũ Theodoricum. Re. radicis lapathij acuti, enulę campanæ, & asphodelorum, ac cicutæ coctæ sub prunis, aut in aqua pistatis, & mistis cum axungia veteri porcina, fiat vnguentum. Ad idem Henricus. Re. olei laurini, axungiæ veteris porcinæ, ceræ viridis, thuris, argenti viui extincti cum saliua, ana partem. j. salis communis tritissimi partes ij. conficiãtur cum succo fumiterrę & plãtaginis, ana quãtum potest imbibi agitando: & si adderetur modicum de caligine in aceto temperata, cõferret ad omnes infectiones.

Imò Galenus dicit, quòd scabiẽ, & lichenes sanat, eo quia extergit absq; quòd in profundũ repellat cum multæ

aliæ medicinæ quæ huiusmodi affectus curãt, mistã habeãt potentiam nempe vt digerãt pariter et repercutiãt.

Ad idẽ magister. Dynus. Reci. succi lapathij, scabiosæ, chelidoniæ, enulæ cãpanæ, fumiterræ. ana drag. vj. olei cõmunis, vnc. vj. salis cõmunis, vnc. ij. misceantur & bulliãt ad succorum consumptionẽ: deinde coletur: & assumatur illud oleũ, & ceræ, vnc. j. & liquefiant simul ad ignẽ, & deposito ab igne misceãtur donec æquentur. Et si vis magis desiccare, adde vitrioli, vnc. ß. Et si vis, vt sit magis proprium ad phlegma salsum, adde cerussam, lithargyrum, plumbum vstum, cinerem vitis cum modico de aceto.

Ad idem magister Petrus de Bonanto pro scabie ex phlegmate salso Rec. succi chelidonię, succi hederę terrestris, añ. lib. j. axungiæ porcinæ lib. j. coquãtur omnia ad cõsumptionem succi: deinde cola, & adde argẽti viui. vnc. j. incorporando fiat vnguentũ. Et post inunctionẽ folium lappæ inuersæ, aut lilij desuper apponatur. Vnguẽtũ sarracenicũ cõtra scabiẽ & malum mortuũ et phlegma salsum: facit enim educere superfluitates per os balneãdo: & per sub ascellas resudãdo, inungẽdo solum extremitatẽ à genu & cubito in sole, vel ad ignẽ: dũtaxat ℔ illa hora summe homo caueat à frigore. Re. euphorbij, lithargyri. ana lib. ß. staphidis agriæ quartã. ß. argẽti viui, quartã. j. axungiæ porci veteris. lib. j. incorporando in mortario fiat vnguẽtum: de quo inũgat se semel in septimana. Est tamẽ aduertẽdũ ℔ quia argẽtum viuum nocet mẽbris principalibus & dẽtibus atq; gingiuis, pręcipit Auic. quod vnguẽta in quibus ponitur, elongẽtur quantum poterit à partibus stomachi, & mẽbrorum nobiliũ. Et Henri. dicit, ℔ dentes & gingiuæ cum decoctione mẽtastri, anethi, & chamomillæ lauẽtur. Nonnulli cum aqua solatri faciũt idẽ.

De pediculis & syronibus & suis consulibus.

Quid autem sit pediculus, omnibus est notum. Fiunt enim ex materia prædictarum infectionum, minus tamen mala. Et ideo ad eam non festinatur putrefactio virulẽta, neq; vltimata: sed est conueniens, vt sit materia recipiens vitã à creatore suo, vt addit Auicen.

De modo autem generationis non curo: quia physicũ est: sed ad generationem ipsorum iuuant res quarum proprietas est mouere materiam ad cutim, vt sunt ficus, & coitus, & dimissio mundificationis, & tarda pannorum mutatio.

Signa mãteriæ ipsorum habentur per colorẽ: vt ponit Gordonius.

donius. Iudicatur per ipſummet Gordonium, ꝙ pediculorũ multiplicatio à cauſa tamen intrinſeca prætẽdit morpheam & lepram: eo quia ſi natura cutis eſſet fortis, non erraret: ſed aſsimilaret. Error autem aſsimilatiuæ virtutis, eſt cauſa lepræ, vt dictum eſt.

In curatione enim ipſorũ oportet in primis ꝙ corpus mundificetur cum phlebotomia, & hierapicra, & aliis euacuantibus humores putrefactos, & regiminis rectificatione, & aſſumptione medicinarũ interficiẽtium pediculos, velut ſunt allia decocta, & calamenthum montanum, vt dicit Auic. Et cum localibus & de ipſis fiunt ſtuphę, & balnea cum aqua decoctionis aluminis, ſalis, bletę, tenacenti, cypreſsi, pini, calamenthi, lupinorum ſtaphidis agriæ, & olea & vnguẽta cum oleis cartami, raphani, ſumac, aceroſæ cum radice ſua. Et ſpeciale eſt ad hoc vnguentum ſequens, de quo ſi inungatur cingulum de lana & portetur nuda carne, interficit pediculos, & prohibet ne amplius generẽtur. Reci. olei, vnc. iij. ceræ, vnc. ſ. argenti viui, vnc. j. miſcendo in mortario fiat vnguentum.

Syrones ſunt animalia parua facientia vias cauernoſas corrodendo inter carnem, et cutem potiſsime in manibus ociosorum. Et curantur lauando locũ cum aqua ſallita decoctionis piſcium: aut cum ſucco hederæ terreſtris: aut cum aceto miſto cum aloë & conſimilibus.

De varriolis & morbillis & deſudationibus & planta noctis quæ ſunt bothores parui in membro plurimi ſudoris.

Et de eſſere quæ ſunt nodationes in carne cum pruritu venientes quando homo eſt ſupercalefactus, & ſudando ſcalpit ſe, ſuperſedeo quantum eſt de præſenti: magis enim eſt phyſicum quam chirurgicum, & ſatis ex ſcientia apoſtematum poteſt haberi eorum cura. Quantum autem ad veſtigia, infra dicetur in facie de cicatricibus variolarum.

De extenuatione & ingroſſatione corporum & membrorum. *Cap. IIII.*

QVanquam de ingroſſatione ſeu impinguatione, & arefactione ſeu extenuatione ſaltim vniuerſaliter pertineat ad dominos phyſicos: nihilominus quia in particulari ingroſſatione & attenuatione membrorum chirurgi cõſueuerunt vocari, pro tanto dicetur quid de ipſis. Quid autem

sit ingrossatio & attenuatio notum est satis à Gal.in 14.the rap.quando enim in tantam carnositatem seu pinguedinem vertitur corpus,vt neque ambulare possit sine tristitia, neq; tangere anum,neque calciare,propter tumorem ventris,sed neque respirare improbibite,dicitur grossum, sicut quando liquefit,& deprimitur,quemadmodum in athrophia & pthisi,dicitur arefactum. Et sequitur quod plerunque non totũ, sed vna particula efficitur talis.

Causæ. & secundum hoc duæ species assignantur:quarum causæ principales dicuntur in secũdo de ægritudine & sympromate, multitudo materiæ, indigentia, sicut insuper in grassatis vel colliquatis valde secundũ vnã particulã vel corpore vniuerso est videre. Et in sexto de custodia sanitatis adiungitur fortitudo vel debilitas virtutis redditiuæ & nutritiuæ vel ambarum,& ea quæ extrinsecus eueniunt,ad desiccandũ adduntur ab Aui.in quarto vt est vsus cibi subtiliãtis, & quies immoderata. Nã vt ipse scripsit in primo, dimittentes exercitiũ incurrũt hecticã.Sopitur enim virtus attractiua inquiete,destruitur labore:ira.angustiis,vigiliis,fame,& dure iacere,vt dicit Rasis. Et ad hoc facit ligatura stricta,& constrictior pororũ à calido & frigido & sicco excessiuis facta,vt dicit Aui.aut dolor,& passio iuncturæ superioris: vt ipsemet dicebat de podagra longa, & gibbo, & solutione profunda male restaurata,quod attenuabat mẽbra sequẽtia, vt in suis capitulis fuit dictum. Oppilantur viæ cibi quodãmodo,& debilitatur virtus attractiua.

Iudicia. Iudicatur per Hippo.in primo aphorismorũ,quod in gymnasticis quo ad summum euexiæ,id est boni habitus fallaces sunt si in vltimo fuerint. nõ enim possunt manere in eodẽ statu:relinquitur ergo ad peius,quod suffocẽtur,aut venæ crepentur. Iudicatur per Gal.in secũdo techni.quod primas & solidas partes corporũ nõ est possibile humidiores facere. Et propter hoc dicebat in vij.thera.arefacta dispositio insanabilis existit,cum certissime completa fuerit. Et secũdum hoc iudicatur,quod licet siccitas sit difficilior ad curandum quàm humiditas:nihilominus periculosior est nimia grossities ad sustinendum quàm ariditas Et hoc est quod dicebat Hippo.in secundo,quod grossi valde secundum naturam cito mortales magis fiunt macris. nam secundum Gal. in commento tales frigidi sunt,& strictas habent arterias &

venas

venas. Et propter hoc sanguinem & spiritum omnifariam paucum habent. quare calor innatus in eis parua occasione cito corrumpitur. Et cũ hoc secundũ Aui. in quarto sunt expositi apoplexiæ, paralysi, pulsui cordis, diarrhœæ, malitiæ anhelitus, syncopi, & febribus malis, & famem & sitim non possunt tolerare. Optimum est ergo bene & moderate carnosum esse: nam vita in humido existit, vt dicit Auicen. non aquoso seu vnctuoso, vt dicit glossa.

Amplius iudicat Hippo. in secundo, quæ in multo tẽpore extenuantur corpora, tarde vel pigre reuerti consueuerunt: quæ vero in pauco pauce. Et hoc est propter consumptarum humiditatum diuersitatem, vt dicit litera. Ex quibus omnibus sequitur quod ariditas longa & habituata, & quę sequitur solutiones profundas male curatas, nunqnam corrigitur: satis autem est si quid prohibeat eas siccari, non cito in secundo techni. *Est præceptũ curatiuũ nõ significatiuum.*

Cura superfluæ grossitiei duas habet intẽtiones. prima est diminuere sanguinem, qui multiplicatur. secunda resoluere materiam, quæ coniuncta est, & debilitare virtutem ne attrahat ipsam. Primum completur per Gal. in 14. therap. cũ diæta attenuante dicta in libro de subtiliante diæta. Et cum pharmacis vrinam & sudorem prouocantibus, vt sunt ruta, & sua grana, aristolochia rot. gentiana, polium, ac subtilis centaurea, & viperæ combustæ, & ipsarum sal, & acetum ad ista facit, vt dicit Rasis. Et medicinę laxatiuæ continuæ subducẽtes phlegma, vt dicit Halyab in sermone primo. & ieiunia, & acuta exercitia, per Gal. vbi supra. Secundum completur per balnea naturalia, aut artificialiter constructa similia in virtute tali vtique quali fieret misto flore salis cum aqua marina. Et deinde cum aliquo oleorum acutorum inunge re: velut est oleum cucumeris syluestris, gentianæ, aristolo. & consimilibus. Et non comedere in balneo, sed ieiunare: & dormire prius, aut non quiescere.

De ingrossatione particulari membrorum quomodo curatur, satis dictum fuit de chiragra, & elephãtia, in de apostematum tractatu. In quibus inuenies, quod ad istas intentiones dictas adiungitur & tertia quæ est deriuatio materię ad illam partem, cum pondere & ligatura vt docet Auic.

In cura arefactionis & deficcationis corporis ad tria breuiter intendunt operantes. Primo ad generãdũ satis de san-

guine benigno. Secũdo ad ipsum sanguinẽ extrahendum ad carnem. Sed & tertio, ad roborandum virtutem nutritiuam, vt sanguis attractus retineatur, & non euaporetur.

Primum cõpletur cum diæta euchyma quę hecticis & cõsumptis potissime ordinatur: vnde 14. therap. Quoscunque enim renutricare voluerimus attenuatos, vinum quidẽ dabimus grossum, pachychyma cibaria, & exercitia non acuta, neque fortia, & fricationem moderatam, & simpliciter dicere vniuersa prædictorum contraria geremus.

Secundum cõpletur in his qui secundum totum picari effugiunt, in sexto de custodia sanitatis, ante balnea manibus non valde mollibus, sicut neque asperis refricare corpus vsquequo ad ruborem deueniat: deinde fricatio dura non multum, & postea exercitiis cõmensuratis vtatur, deinde in balneo, non ita prolixe moretur. & postea oleo pauco vngas eũ, oleúmque offeras. Nihilominus in 14. therap. consulit balneum, post cibum, aptum. Et si oppilationes ex hoc contingerent, cõfestim præcipit dari cappari ex oxymelite in principio cibi, donec vtique desistat grauedo.

Tertium cõpletur in eodẽ sexto cum eo quod calefacit carnem, & nõ euaporatur qui deductus est ad carnẽ sanã vngẽtibus oleo virtutem habente emplasticã, id est adhæsiuã, vt est oleum cum pice liquefactum. Si vero & ætas cõcesserit, & frigidis balneis idẽ homovtens simul cum prędictis, proficiet multũ. In his vero quæ difficulter nutriũtur particulæ, & plus quàm oportet infrigidãtur supposita remotiõne causæ velut esset dolor, & cõstrictio particulæ, & sic de singulis vsus fuit Gal. in 14. therap. quãdoque & thapsia: quandoque quidẽ ea quæ fit ex melle, superungens particulã. Est autem aptissimum quod per cerotũ, auxilium, vt dicitur ibidẽ. Euellit enim & hoc particulis quibus vtiq; supponitur, multitudinem sanguinis, fit autẽ de pice nigra sola, vel cum resina associata æqualibus partibus dissolutis & distensis super alutã, aut in tela imbibitis. Et non oportet offerre his laborantibus corporibus multoties: sed in hyeme quibus bis: in æstate aũt semel sufficit cõtinuãdo per tres aut quatuor dies. & si opportunũ fuerit, per plures. Debet autẽ præcedere picationẽ fricatio. & fomẽtatio, & cum virgulis percussio, donec vtique eleuẽtur carnes, & nõ confestim cessare oportet, antequam incipiat diaphorari, & postea pix debet applicari.

Et

Et post horã dictam debet cum quadã violentia eleuari. Et postea inungatur cũ oleo piceo, aut cum aqua frigida infundatur. Et postquam membrum coopertum per horam quieuerit, sic iterum redeat ad operationem, & toties hoc fiat, donec sit curatum membrum. Nihilominus bonum est, vt dicit Auic. semper membrum exercitare portando, aut trahendo rem difficilem & ponderosam: aut brachium appositum cum fascia ligare: vt nutrimentum non recipiat, sed ad particulam vadat arefactam.

Vltra auxilia hic data, ordinantur per Rasim. Halyab. & Aui. cibaria, confectiones, potiones, clysteria, balnea ad impinguandum, & demacrandum: quæ quia ad chirurgos non pertinent, relinquantur.

De casu offensione & distensione & submersione. *Cap. V.*

LIcet superius in de vulneribus sit tractatũ de contusione carnis musculosæ, & neruorum, & capitis, & oculorum, nihilominus quia casus, offensio, & distensio differunt à cõcussione, sicut proprium à cõmuni, & magis elõgantur à vulneribus & apostematibus quàm concussio: pro tanto hic in speciali dicetur de ipsis.

Casus & offensio secundum quod dicit Aui lędunt & impediunt corpora cum cõcussione & attritione. & supple aliquoties cum dislocatione & fractura. & differunt, vt dicit glossa in loco: quia casus dicitur quãdo corpus cadit & percutitur ad terram, aut ad lapidem, aut ad aliquam rem percutientem. Offensio vero dicitur, quando corpus percutitur ab aliqua re exterius obuiante. Vel aliter quod casus est cõcussio corporis. Offensio solius vẽtris. Vel dicitur casus respectu exteriorum, offensio interiorum.

Distensio est membrorum tractus cum fune aut cathena.

Submersio est fumi vel aquæ præfocatio. Ad casum & ad offensionẽ sequuntur multa incõmoda, vt dicit Auic. Incisio lacerti cordis & stomachi, ex quibus moritur statim: & nocumẽta egestionis & vrinæ, & vomitus, atque sanguinis fluxus, strictura anhelitus, abscisio vocis & loquelæ, quæ omnia sunt mala timorosa propter solutionẽ cõtinuitatis neruorum panniculorũ atque venarũ, & propter dolorẽ & nocumenta quæ mẽbris principalibus & necessariis cõmunican-

tur. Et sequitur in textu, quod quanto corpus est maius, tanto timor est vehementior. Amplius dicit Aui. quod glandule in casibus & offensionibus multiplicantur, & curantur vt superius de glandulis fuit dictum. Iudicia casuum & offensionum sequuntur iudicia magnorum vulnerum.

In curatione casuum & offensionum & extensionum generaliter est aduertêdum, quod si cum eis fuerit dislocatio, seu fractura, aut aliqua separatio, seu contusio: quod illa tractentur prout dictum est in capitulis ipsorum.

Quantum autem ipsa sunt, eorum curatio quatuor habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam vt nõ fiuat, diuertit & euacuat. tertia locum læsum vt materiã nõ recipiat & apostemetur, defendit & firmat. quarta materiã fluxam carminat & resoluit.

Primum completur cum diæta tenui & sobria, dimittêdo carnes, vt dicit Aui. Imõ in prima die nihil comedat, & parũ in secunda & tertia, & vsquequo ab apostemate fuerit securus. Et post ingrossetur, & comedat cicera & ribes: ad hoc vt interiora firmentur.

Secundũ cõpletur cum phlebotomia & linitione ventris cum casiafistu. & clysteribus, & id genus: & reubarbarũ cum syrupo ro. secundum Rasim in hoc obtinet principatum.

Tertiũ quod ab intra à principio talis administretur potio. Re. boli armeni, mummiæ, terræ sigillatæ, ana vnc. j. fiat puluis de quo drag. j. cũ aqua plantaginis quolibet mane vsque ad quinque vel septẽ dies administretur. Et supra locum vult Aui. quod ponatur istud emplastrũ. Re. fascoli, rizi, ana partẽ j. boli armeni, sumac, ana partẽ ʒ. aloes, aluminis, gypsi, calcis extinctorũ, ana quartã partẽ illius, incorporando cũ albuminibus ouorũ fiat emplastrũ. Cõmunis tamen vsus autoritate Rasis omnia loca læsa inungit cum oleo ros. aut oleo myrtillorum: & desuper aspergit myrtillos pulueriza-tos, vt superius in cap. de contusionibus fuit dictum.

Quartum autẽ cõpletur quod post principium detur talis potio. Re. reubarbari, costi, radicis ru. cẽtaureæ, aristolo. ro. ana vnc. j. fiat puluis de quo, drag. j administretur quolibet mane per nouem dies cum vnc. j. syrupi acetosi, & aquę anagallidis & consolidæ maioris tantũdem. Anagallis enim quod est ipia seu morsus gallinæ in hoc magnam proprietatem habet, vt dicit Guli. de Saliceto.

Ad

Ad istam intentionem administrabat magister Americus de Alesto, potionem factam cum vino & melle decoctionis radicis osmundæ, iarri, & caudæ equinæ terrestris in quantitate vnius gobeleti: dum intrabat dormitum: sudãdo enim tota materia expellitur.

Et pro ista intentione etiam ordinauit stupham & balneum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, in quibus ponantur consolida maior, osmunda, sanamunda, ipia, ebuli, artemisia, absinthium, rosæ, chamomilla, melilotum, & pul. qui subtus fœnum reperitur.

Et ibidem cum melle fricantur, aut cum isto vnguento: & est Gulielmi de Salic. & eum acceptat Henricus. Reci. ceræ, vnc. iij. resinæ, vnc vj. terebinthinæ, vnc. viij olei communis, lib. ij. thuris, fœnugræci, ana vnc. 5. fiat vnguentum, de quo etiam omni die inungatur.

Si autem aliquis locus notabiliter sit confractus, ponatur desuper faba cocta cum oxymelite: & crocus in hoc est optimus: aut oxycroceum seu apostolicon: aut folia sambuci, ebuli, cypressi, tamarisci, cocta & pistata cũ lacte acetoso, vt dicit Auic.. Nonnulli vero in fimo calido eos sepeliunt, & ibidem sudando iuuantur. Halyab. & Auic. eos cum pelle ouina bidentes recenter excoriata calida cum sale trito synapizato inuoluunt: fortasse enim si dimittantur, in die secunda curantur. hoc etiam testatur Gal. in lib. 10. medicinarum.

Si autem offensio in ventre facta fuerit, consulit Auic. emplastrum quod fit de granatis syluestribus coctis cum musco in quo de laudano & ros. tantundem misceatur, & spicæ, mastichis, eupatorij, tertiam partem illius: & olei de lilio quod sufficit: fiat emplastrum.

In distensione consueuerunt operantes iuxta consilium Haliab. prius loco cum manibus aut pedibus reformato lineamen lineum infusum in aqua frigida super loca applicare: firmat enim locum: & confortato calore sudant corpora, & sanantur. Et si non proficit, ad curam prædictam reducantur.

Si quis tamen ab alto loco ceciderit, & sine voce factus fuerit. & si loquitur, aliena dicit: suspicãdum est quod cerebri, aut aliquod membrorũ principalium sit læsum. Claritas intellectus sanitatem cerebri demonstrat, vt dicit Rasis. Examinandum tamen prius est si est mortuus vel viuus, tangendo

gendo pulsum, vocando ipsum, trahendo pilos & nares, respiciendo pupillas oculorum si mouentur, ponendo flosculũ lanæ, aut coti carpinati in ore & naribus, & scutellam aquæ plenam, si mouetur pectus prouocando sternutationẽ cũ pipere & euphorbio, & id genus. Et si non est mortuus, procedatur ad curam fricãdo extremitates cũ aceto & sale & ruta, prouocãdo sternutationẽ & fluxũ sanguinis cũ setis aut paleis per nares. Et ipso aliqualiter viuificato, fiãt clysteria, & phlebotomię, & alia auxilia dicta superius. Et si cerebrũ sit ĩ causa, quęrat̃ cura in capitis cõtusione, & ita de aliis. Siverò fuerit mortuus, nõ tãgas: sed fuge, & dimitte ipsum in pace.

Si autem immersus fuerit homo, vult Halyabb. in sexto sermone partis secundæ: quod cum pedibus suspendatur capite demisso quo aqua ab eo exeat. Post hoc acetum de coctionis piperis sæpe gargarizet, & aquam ciceris aliquibus diebus sorbeat. Si autẽ in fumo aliquis dissolutus fuerit: si spumauerit, nulla est ad eius salutem via. Cum autem non, óleum violarum gargarizet: & aquam tepidam decoctionis frumenti sorbeat, & calida cibaria pinguia comedat.

De combustione aquæ vel rei ardentis. Cap. VI.

COmbustiones & arsuras sequuntur dolores, & vesicæ dolores, propter malam complexionem vesicæ, quia caliditas ignea subito attrahit humiditates aquosas ad sub cutim, quæ non potentes ab ipso igne spissata cute exterius exire, remanentes ibidem eleuant ipsam cutem: & faciũt vesicas & inflationes aquosas: quę quandoque occurrũt corpori pleno: & adducunt apostemata, & vlcera maligna: quandoque vero mundo, & tales sunt magis mites.

In curatione locali combustionis tres intentiones habentur. prima locum vesicari prohibet. secunda vesicas factas curare docet. sed tertia excoriationem claudit.

Prima completur cum infrigidantibus domesticis, vt secũdum Rasim sunt panni infusi in aqua ros. super niuem infrigidata sæpe renouati. Et si res magna fuerit, hoc est quod apostemata fuerint, ex latere contrario phlebotomia erit facienda: & regimen infrigidandum, & subtiliandum. Auic. verò oleum rosatum cum vitellis ouorum agitatis superapponit. & foliũ, maluarũ, siclæ, lentes, rosas cũ aqua dulci coctas cũ oleo ros. aut bolum ar. cum aceto terram sigillatã seu argillam

gillam lithargyrũ,atq; ceruſſam,aqua endiuiæ, ſolatri,etiã ad prohibendum veſicas cõmendat Auic. Et aquam oliuarũ Halyabbas approbauit. Theod.conſulit totum membrum balneare cum aceto:& cerotum Gal. de cera & oleo roſ. approbatur. Et oleum lauatum laudat Roger.& lardum cum foliis ſambuci. Ad illud idem populeon cum vitellis ouorum ponunt quatuor magiſtri. Et ſi propter dolorem in prędictis adderetur aliquid opij, placeret Alexandro.

Secunda intentio completur aperiendo veſicas cum forficibus,aut cum aliquo ſcarpello.

Sed tertia intentio completur cum deſiccantibus domeſticis, vt ſecundum Raſim eſt vnguentum albũ,in quo ſunt albumina ouorum & camphora. Et vnguentum de calce ſepties aut toties lauata quouſque dimiſerit acuitatem: quarum formæ in antidotario dicentur. Auic. verò facit quandam longam compoſitionem de ſtercore vaccino deſiccato, cortice pini, lithargyro,ceruſſa,bolo armeno,calce abluta, tucia, plumbo vſto, ſcoria ferri, camphora, & conſimilia incorporata cum oleo roſ.& medulla, ſeu pinguedine cerui, quam dicit eſſe expertam, vbi non eſt magna caliditas. Et de hoc genere eſt fimus columbinus in panno lineo combuſtus,& cum oleo roſ.incorporatus:eſt enim mirabilis, vt dicit. Ex pori elixati competunt locis vlceratis. Et ſi vlcera fiant inobedientia,cura vlcerum malignorum curantur.

De porris & verruccis atq; cornubus. Cap. VII.

VErrucæ ſecundũ Halyab. ſermone octauo partis primæ, ſunt puſtulæ paruæ nimium duræ ac rotundæ in ſuperficie corporis natæ. Quarum quædam dicuntur porrales: quia ſunt inciſę & ramificate ad modũ capitis porri. Quædam ſunt clauales,non inciſæ:ſed capitatæ & radicatæ ad modum claui. Et quædam ſunt cornales:quia ſunt quædã additiones ſpiſſæ vngulares naſcentes ſuper iuncturas, & corporum extremitates,vt dicit Auic.vnde Gal.in primo de ęgritudine & ſymptomate & quartodecimo therapeu. Acro chordones,& formicæ verrucales, alphi, & leucę ſunt ægritudines ex toto genere pręter naturam. Cuius cauſa in ſecũdo de ægritudine erat etiam materia pręter naturam quę ad cutim tranſmittitur:& deponitur à robuſta natura. Et hoc eſt quod dicebat Auic.in primo quod erant de genere puſtularum

larũ & bothorum. Cuius causa efficiens, vt in quarto dicebatur, erat natura expellens, & materialis: humor grossus, melancholicus, aut phlegmaticus, salsus in melãcholiam cõuersus. Licet Halyab. velit quod à duabus oriuntur humoribus à phlegmatico videlicet, & melãcholico indurato, & nõ putrefacto, vt glossatur in loco. Et fiunt in omnibus membris maxime in manibus & pedibus: & ad magnas sequuntur paruæ non à sanguine fluente extra dũ sanguinantur, vt credit vulgus. Sed quia magis sit causa ad conuertendum cõplexionem nutrimenti delegati ad naturam suam: quare multiplicantur, vt dicit Auic.

In cura istorum tres sunt intentiones. Prima materiam melancholiam, & phlegmaticam iubet purgare. Secunda quod amplius talis materia non generetur, docet custodire. Sed tertia materiam localiter ostendit extirpare.

Primam docet Halyabbas complere cum decoctione epithymi & agarici, & Auic. ad sanguinẽ minuendum festinat.

Secundam complet ipsemet Auic. cum bono regimine bonum chymum generante.

Sed tertia intentio completur vno de duobus modis. primo per pharmaca. secundo per chirurgiam. Per pharmaca resoluitur, & desiccatur materia secundum Rasim, fricando cum foliis capparis: aut cum xylocractis humidis. aut secũdum Auic. cum oleo fisticino: aut cum aqua porrorum & sumac. Aut secundum Guli. cum mediastino cepe squillitico, mollificatione cum aqua calida precedente. Et emplastrum de fimo caprarum cum aceto: & seniffam quod est nigella cũ aceto: & acetum cum sale, & pentaphyllon cum musto pistatum laudantur ab Halyab. Henricus autem folia rutæ, millefollij herbam Roberti tritam super ipsas ligare præcipit. & dicit quod infra tres dies aut quatuor sine dubio curantur. Et ad idem præcipit eas linire per sex dies bis aut ter in die cum illa aquositate, quæ remanet in potu plumbeo in quo limaces rubeæ cum sale per quatuor dies reconduntur: absque enim dolore, vt dicit, omnes cum radice cadent.

Per chirurgiam consumit & corrodit eas Iamerius liniẽdo cum frumento temperato & dissoluto in capitello: aut cũ lacte ficuũ. Auic. verò hoc facit cũ lacte tithymali: aut cum oleo anacardino: aut ponatur de super ruptorũ de calce & sapone, vt Halyab. aut ipsis apertis cũ vngue, aut sagitella vel

cum

cũ cãtharidibus, ponatur in fissura modicũ de arsenico: quod non fallit. Aut, vt ille Gallicus, liniantur cũ palea vel stilo in quo sit modicũ de cotone, immersis in aqua forti alkimistarũ de qua dicetur infra. Aut ligentur cũ seta, aut pilo, vt precipit Rasis. Et post cum punctali cauterio cauterizentur: aut cum medicina acuta, ipsis prius secundum Albuca. in circuitu separati & radicitus euulsis. Aut cum embula de penna dura galli, sicut dicit Gal. aut de ære, vt Albu. per circuitum cõprehendatur & euoluatur cannula donec in circuitu secetur, & eradicetur.

Ad cornu autem quod est in pedibus, consulit Henricus, (& ita quidam meus scutifer Parisius me inuito in articulo pedis mei operatus fuit:) quod radatur & perforatur desuper quantum erit possibile cornu. Deinde ponatur super ipsum planta de ferro vel de corio, in quo si foramen secundum cornu quantitatem: & tunc in illo foramine ponatur vna gutta sulphuris ardentis: & dimittatur extingui in loco. Post desuper ponatur cerotum, quiescat & curabitur. Et hoc est quod Auic. dicit in quarto. Si accipitur lignum & incẽdatur in igne donec inflammetur, & approximetur verrucis, exiccabuntur. Et toties vna vice post aliam donec deleantur: deinde consequatur butyrum coctum donec cadãt.

De membris superfluis amputandis, & de corporibus mortuis seruandis. Cap. VIII.

MEmbra siue particulæ secundũ Gal. in primo de ægritudine & symptomate quæ superfluunt: aut sunt de genere eorum quæ secundum naturam, vt sexus digitus. seu articulus. aut sunt ex toto genere præter naturam, vt sunt bocia & membra mortua, & putrefacta.

Et causa superabundantiæ eorum quæ secundum naturã, est abundantia materiæ benignę, & virtutis fortitudo, quod in prægnantibus contingit, vt dicebatur in secundo.

Causa autem superfluentiæ membrorum mortuorum, accipitur tripliciter, vt in esthiomeno fuit dictum.

Causæ autem mortis totius corporis sunt causæ arefactionis & suffocationis secundum quod probatum est in scientia naturali.

Signa autem particularum superabundantium quæ sunt de genere eorum quæ secundum naturam, sunt valde

nota-

nota. Signa autem membrorum mortuorum in esthiomeno fuerunt dicta. Signa & examinatio hominis mortui dicta sunt in superioribus de casu & offensione.

Signa autem hominis mortui ex veneno sibi administrato, habentur per Gal. in sexto interiorum dum dicit. Cum enim euchymo alicui natura, & diætatione secundum conuenientẽ modum, repentina superuenit mors, qualis in aliquo deleteriorũ, id est, venenosorum pharmacorũ venire cõsueuit: deinde liuidum vel nigrũ vel varium vel deficiens vel putrescẽs statim fœtet: significatur quod venenũ sumpsit. Si vero fuerit aliter mortuus, est secundum corruptiones quæ ex corpore proficiscuntur. Iudicatur quod si membra corrupta cito non abscindantur, quod multiplicatur corruptio. Et si venit ad grossa ossa coxæ vel adiutorij: non est ingeniũ in curando, vt dicit Albuca. sed est mors infirmi: quare relinquendus est Deo & sanctis eius.

Est opinio aliorũ nõ Galeni. vi sibi.

Regimen digiti, aut articuli superflui.

In membris superabundantibus quę sunt de genere eorum quæ secundum naturam: vt sextus digitus, est canon Gal. in tertio techni quod quæcunque particulæ superabundant secundum naturam, causa salubris est eorũ ablatio, generare autem est difficile. Et non est mirum: resecare autem est facile & est artis 14. therapeu. præcipue quando est totum carnosum: maior enim difficultas est in ossoso, quia iuncturis oritur, vt dicit Halyab. in 9. vel 4. sermone secundæ partis.

Modus autem resecandi est, quod in radice sui ortus cũ rasorio incidatur & discarnetur. Et post iunctura disiungatur, & ligamentum incidatur, & digitus remoueatur: & statim cũ puluere rubeo & albumine ouorũ sanguis restringatur, & aliorũ vulnerũ cura sanetur. Nonnulli vero, vt Auic. facta incisione locum cum oleo seruente adurunt. Nam ex hoc, vt dicit, peruenit securitas corruptionis, & exitus sanguinis, & nascũtur supra incisionis locum caro & cutis fortis & dura.

Regimen in abscindendo membrum mortificatum, de quo dicunt Albucasis & Auic. quod si talis malitia nõ potest corrigi cum repercussiuis, neque cum sacrificationibus, & aliis auxiliis dictis in esthiomeno: oportet quod incidatur illud membrum vsque ad sanum, vt euadat infirmus à morte totius corporis. Maior enim est mors totius corporis, vt dicit Albuca.

Albuc. quã defectus mẽbri. Incidatur ergo: & locus abſciſsionis eligatur, ſi corruptio pertingeret vſq; prope iuncturam, incidatur in iunctura cũ raſorio, & aliis inſtrumẽtis, ſiue ſerratione. Si autẽ non eſt prope iunctũrã, ſed elongatur ab ea: incidatur ſupra corruptũ aliquãtulũ in loco in quo cum tẽta intromiſſa inuenit firmitudinẽ & dolorẽ. Et ſerretur os cũ ſubtili ſerra. Et modus eſt ꝙ inuoluatur mẽbrum à parte ſana, & à parte corrupta cũ ligamẽtis: & teneatur firmiter per miniſtros: & ſeparetur caro quę eſt inter duos ligamẽta cum raſorio, donec videatur os totaliter à carne liberarũ. Et poſt muniãtur labia cũ pãno, vt nõ lædãtur à ſerra. Et tunc ſerretur os ſubtiliter, & perfecte & mẽbro ſeparato cauterizetur ſanum cũ ferro ignito ad hoc apto, aut cũ oleo feruẽti, vt dictum eſt: & ligetur: & reliqua vlcerum curatione curetur. Si autem fluxus ſanguinis affuerit, cũ pul. ru. & albumine oui et aliis modis dictis reſtringatur. Nonnulli vero, vt Theodo. mẽdicinas obdormitatiuas, vt non ſentiatur inciſio, dictant, velut eſt opium, ſuccus mõrellæ, hyoſcyami, mandragorę, hederæ arboreæ, cicutæ, lactucæ. Et imbibunt in eis ſpongiam nouam, et permittunt eam ad ſolem exiccari: et quando erit neceſſe mittunt illam ſpongiam in aqua calida, et dant eam ad odorãdum tantum vſquequo capiat ſomnum. Et ipſo obdormitato faciunt operationem. Et poſtea cum alia ſpongia in aceto infuſa naribus applicita expergefaciunt, vel ſuccum rutæ vel fœniculi in naribus et auribus ponunt, & ita euigilant eum, vt dicunt. Alij vero dant opium ad potandum et male: præcipue ſi iuuenis eſt, et percipiat: quia cum magna pugna virtutis animalis et naturalis audiui ꝙ incurrerunt maniam: et per conſequens mortem.

Ego autem in tali membri mortificatione intercepta ambulatione corruptionis cum ſcarificationibus et arſenico, et ponendo defenſiuum ſuper partem ſanam de bolo armeno, et aliis oportunis: inuoluo totum membrum mortificatum cum ſparadrapo infraſcripto multipliciter: et ligo ipſum: et præparo ſuo modo, vt dicetur de corporibus mortuorũ ſeruandis. Et ſic eum retineo quouſque iunctura fit æquiliquata: et membrum per ſe cadat: quia honeſtius eſt medico ꝙ cadat per ſe, quàm ſi incideretur: ſemper enim quando inciditur, remanet rancor et cogitatio in patiente quod poſſet remanere.

Regimen custodiæ corporum mortuorum.

Corpora mortua ad custodiendum per aliquod tempus præparentur dupliciter, vno modo secundum doctrinã Rasis, ℔ cum clysteribus acutis de colocynthide, baurac rub. capite existente decliui: et postea erecto corpore, et ventrẽ premendo, totum stercus egrediatur. Et post cũ alio clysteri de aloë, myrrha, acacia, ramich quę est galliamus. et alipta, psidia, nuce cypressi, nucemus. sandali, ligno aloes, cymino, et alumine cum aceto, et aqua ros. dissolutis iniiciatur, et anus cũ cotono et stupis in eodem medicamine infusis ligetur fortiter cum multiplici binda: naribus quoq; et auribus, et in ore argentum viuum iniiciatur: cum hoc enim custoditur ℔ non defluet cerebrum eius. Post hoc præcipit ℔ totum corpus cũ prædicto medicamine condiatur. Et vltimo dicit ℔ cũ alchitran quæ est pix nigra, liniatur: & vult quòd cum ligaturis decentibus omnia foramina, & omnes pori corporis cõstringantur: quod cõmunis facit vsus per istum modũ. Habeatur magna quãtitas sparadrapi facti cum pice nigra, resina colophonia, thure, mastiche, styrace, gũma arabica, & dragaganto, & puluere iam superius dicto, de quo fiat magna quantitas ad partem: ita ℔ inuoluatur quælibet tibia per se vsque ad nates: & quodlibet brachiũ vsq; ad humeros: & post totũ residuũ corporis vsq; ad totum caput: & suatur sparadrapum firmiter, & suturæ cum pice liniãtur: & brachia circa latera collocentur: & pedes secundũ longitudinẽ inungãtur. Deinde spargatur super totum corpus de puluere: & loca vacua impleantur cum stupatis inuolutis in medicamine secundi clysteris. Et postea insimul totũ corpus inuoluatur cum alia quantitate sparadrapi: & suatur ab opposito suturarũ sparadrapi primi: & suturæ cum pice liniãtur, postea iterũ superpuluerizetur. Et iterũ cũ alio pãno cerato inuoluatur, & suatur, & liniatur: postea vero cũ bindis fortibus firmissime, sicut ligãtur ballę, ligetur: deinde cũ sindone mũda inuoluatur. Et in capsa plũbea ponatur bene clausa & linita cũ ferro calido. In qua capsa ponãtur herbæ odoriferę, rosæ, maiorana, mẽta, balsamita: aut in capsa de cypresso, aut de nogerio: & firmetur: & inuoluatur cum barris ferreis in quibus sunt sex annuli ad leuandum & portandum. Nonnulli vero cũ corio bouino, aut equino eos inuoluũt: & talis est primus modus

dus præparandi. Secundo modo præparantur corpora mortuorum ℔ statim per ventrem aperiuntur, & viscera omnia extrahuntur: & venter cum puluere dicto & magna quantitate salis & cymini impleatur, & suatur, & vt dictũ est inuoluatur. Et si vis viscera custodire, laua & munda: & sala cum prædictis: & in olla plũbea reconde, & in capsa pone. De istis modis primus est securus pro macilentis & deficcatis, & tempore frigido. Secũdus magis est certus pro pinguibus & vẽtrosis. Est tamen cautela Rasis, ℔ vt corpora nõ inflentur, super faciem suam iaceant & inuoluantur. Et si venter esset inflatus, est cautela ℔ venter in aliquibus locis cum terebello vel grossa subula pungatur, vt aquositas & ventositas valeant exire, vt dicebat Iacobus apothecarius qui multos Romanos pontifices præparauerat. De facie tenẽda discoperta vsq; ad octo dies in quibus corpora consueuerunt alterari & putrefieri, voluit ℔ sæpe liniãtur cum aqua ros. salita: aut cum balsamo de quo multa dicuntur: sed parum quãtum ad hunc casum inuenio in authenticis libris: quod idem Henricus fuit attestatus. Deus autẽ animas nostras custodiat cum suæ misericordię balsamo.

Doctrina secunda de ægritudinibus quæ non sunt propriè apostemata, neque vlcera, neque ossium passiones: pro quibus habetur recursus ad chirurgum; quę sunt propriæ vni membro, habens octo capitula.

De ægritudinibus capitis. *Cap. I.*

ACcidunt enim capiti præter passiones communes quamplurimę propriæ, vt tinea, alopecia, seu caluicies, & pilorum deformitas: de quibus est dicendũ.

De tinea.

Tinea secundũ Halyab. sermone octauo partis primę, vlcera sunt parua quę in capite accidũt: quibus est vesica crustosa, cuius species habet multas. Prima est fauosa, de qua exit per foramina subtilis humiditas fauo & melli similis. Secunda est ficosa, in qua cõtinetur quoddã granũ ficuũ simile: & est

rotunda & dura, in ſummitate cuius eſt rubor. Tertia amedoſa, in qua humiditas aquæ carnis ſimilis egreditur, per foramina minora quã in fauoſa. Quarta vberoſa ſimilis mulierum vberibus mamillarũ cum rubore, à qua humiditas fluit ſanguini ſimilis. Quinta eſt lupinoſa, ſimilis in colore & figura lupinis, à qua quaſi cortices, & ſquamæ fluũt albę & ſiccæ. Et ſub iſta poteſt cõprehendi furfuroſa in qua ſunt corpora ſubtilia furfuri ſimilia, quæ à capite fluũt ſine vlceratione. Gal. autẽ in primo miamir, non videtur ponere, niſi tres ſpecies, achoroſam, fauoſam, & furfuroſam. Achor autẽ, vt dicit, de genere tumorũ exiſtẽs, ſubtilibus foraminibus perforatis quandã humiditatẽ ſubtilẽ cũ pauca viſcoſitate emittit. Appropinquat autẽ eis ſecũdum ſpeciẽ fauoſa, foramina habens maiora, humiditatẽ emittẽs melli, quod eſt in fauo cõſimilẽ. Furfurea vero in alio capitulo quaſi ſcalpẽtibus, furfuribus ſimilia à cuti capitis cadũt multoties. Auic. vero achores videtur vocare aſſafary, amedã, & excoriatiuã thiriã quia progreditur quaſi ſerpẽdo percutẽ: furſures, quendã modum excoriationis ſiccæ dicit. De nominibus tamen, vt ſæpe dictum eſt, non eſt curandum: duntaxat ℔ res cognoſcantur. Quicquid ſit, vſus cõmunis habet ℔ tinea eſt ſcabies capitis cum ſquamis & cruſtis, & aliqua humiditate, & pilorũ euulſione, & colore cineritio, & odore fœtido, atque horribili aſpectu. Cuius generatio eſt ex humoribus corruptis generatis in vtero: aut poſt, propter malitiam vitæ.

Hunc decepit dilectio ichor. nam dicit Gal. quòd furfuratio, ex pra uis ichoribus prouenit facítque Gal. cap. ſeparatum.

Eius enim ſigna ſunt manifeſta ex dictis naturalibus & non naturalibus: & contra naturam. Incipit autẽ, vt dicit Gal. vbi ſupra cum mordicatione & pruritu, qui cogit ſcalpere eos: poſt autem tumor creſcit, & foramina ſecũdum ipſum conſiſtunt. Iudicatur ℔ iſta paſsio eſt difficilis ad curandũ: imò antiqua calloſa & ſquamoſa quæ pilos corrodit eſt tantũ laborioſa, ℔ Rogerius magis eã diligit dimittere, quàm proſequi curam. Et cum hoc ℔ curatur, dimittit eſcharam & priuationẽ pilorum ad opprobrium ſempiternum. Et ideo vocat eam Iamerius tineã à tenendo: quia firmiter caput tenet. Vel à verme tineali. nam ſicut tinea vermis corrũpit lignũ: ita tinea caput. Ad tineã ſequitur multiplicatio pediculorũ, prætendit lepram. Et ſic tinea modus eſt lepræ.

In curatione tinearum duplex eſt intentio: & regimen vniuerſale, & particulare.

Vni

Vniuersale est in diæta,& debita euacuatione, de quibus sufficiēter dictum est in de apostematibus, & de lepra & scabie. Nihilominus Halyab. cōcedit vētosam ceruici & phleborotomiā cephalicæ,si fieri potest:& venarum quæ sunt post aures,loco quarum Saraceni (vt dicit Gordonius, & verū dicit) vtuntur narium scarificatione,& purgationem cum pilulis quæ per aloen & collocynthida & scamoneā assumptas cum succo caulium laudat Gal. vbi supra.

Particulare regimen duas habet intentiones. Prima cacochymiam & scabiem cutis capitis corrigit. Secunda capillos euulsos regenerat. Prima completur in recenti secundum Guliel. cum crebra rasione capitis,& lotione cū aqua & aceto decoctionis fumiterræ,bletarum,& chamomillæ,& fricatione cum alumine fæcis vini. Et postea cum linitione alicuius linimēti de dictis in serpigine aut in scabie:folia enim salicis in lotione obtinēt principatum,vt dicit Auic. Et Gal. in de secretis ad Monteum laudat hoc vnguētū cum quo curauit multos homines:vt dicit de tinea,& scabie vlcerosa capitis,& saphati,& serpigine,& pruritu, & capillorum casu, lendibus,& pediculis. Cuius forma Reci. gallarum,drag. ij. granorum harmel quod est se. cicutæ,drag. iij. arsenici rub. ristol. amborum. ana drag. iij. salis ammoniaci,fuliginis fur i, sulphuris,amygdalarum amararum,colocynthidis,radis capparis,foliorū fici,& oliuæ,radicis cannæ,viridis æris, luminis iameni,sief memithe, myrrhæ, aloes, olibani,ana rag. j. fellis vaccini,alchitrā, quod est pix nigra,ana drag. j. & s. terantur medicinæ,& cribellentur,& conficiantur cum ceto vini donec fiat sicut vnguentum: & ponatur ad solem onec misceantur:deinde liniatur caput cum eo. Aliud expeimentum est ad achores,& fauū in de facili acquisibilibus à Gal. Re. lithargyri,drag. xvj. foliorum rutæ,drag. viij. staphis agriæ,drag. iij. vitrioli,drag. ij confice cum aceto,& oleo yrtino. Et si in isto medicamine adderetur cimolea,& charā cōbusta,in libro miamir placeret Gal. Carens ego inquit liquando ruri:eo quod fit ex charta pharmaco, vidēs in domo patiētis chartam inutilē,petij lucernam. deinde cōburēs hartam,& permiscens cum aceto, vnxi patiētis particulam: ræcipiēs homini venire ad me sequenti die. Nouerā enim, uod duræ carnis existēs,toleraret pharmacū. Cūq; venit, & ulominus esset curatus,transire quidem ad aliud pharma-

cum nõ putaui fore neceſſarium: illo eodem conſulens, vtĩ ſanum perfecte vidi factum ſequenti die. Gordonius autem ad hanc paſsionem dictat iſtud vnguentum: in quo ego magnam inueni efficaciam. Re. ellebori albi & nigri, ſulphuris viui, atramẽti, auripigmenti, lithargyri, calcis viuæ, vitreoli, aluminis gallarũ, fuliginis, cinerũ clauellatorũ, ana vnc. ſ. argẽti viui extincti, viridis æris, ana drag. ij. fiat puluis, qui in corporetur cũ ſucco borag. ſcabioſę, fumiterrę, lapathij acuti, aceti, ana quartã. j. olei anriqui. lib. j. bullitis vſq; ad ſuccorum cõſumptionẽ: & tunc in fine decoctiõis ponatur puluis: & proiiciẽdo picis liquidæ, vnc. ſ. ceræ quod ſufficit, fiat vnguentũ, quod proculdubio curat omnẽ tineam, & ſcabiem, & malum mortuũ, & vniuerſaliter omnẽ cutis infectionem: quare in honore, vt dicit, debet haberi: & verũ eſt. Si vero tinea fuerit furfuroſa, concedit Gal. in de facili acquiſibilibus lauare caput cum aqua ſalſa, vel cum decoctione lupinorum, vel cum ſucco portulacæ, vel bletæ, vel cucumeris ſylueſtris: & poſtea inungere cũ oleo ſtaphidis agriæ, & gumma, & ſapone rutæ agreſtis laudatur ab Auicen. & oleum roſatũ cum aceto ab Halyabb. Raſis autem dicit, furfures remouentur, continue radendo caput, & ſingulis noctibus inungendo, & de mane cũ aqua calida lauando, ꝙ ſi non ſufficeret, cum farina ciceris, & ſe. althęæ, & aceto tribus lauetur diebus. Ablutio fortis ſic fit. Re. farinę ciceris, drag. ſ. farinæ fœnu græci, furfuris tritici, baurac panis, nitri albi contriti, ſinapis omnium, ana drag. xv. althææ, drag. x. miſceantur omnia cum aceto & aqua, & fiat lauamentum, de quo ſemel in hebdomada caput lauetur. Antiqua vero & dura tinea fortioribus indiget medicaminibus: ſcarificetur ergo ſecundum conſilium Halyabb. cum ferro donec ſanguis exeat. Deinde cum farina lupinorum cocta cum aceto cataplaſmetur: aut cũ epithemate de cãtharidibus, quod Re. cantharidũ. vnc. j. ſulphuris, vnc. ſ. corticis nucis, drag. ij. ſinapis, myrrhæ, ana drag. j. mellis & aceti qđ ſufficit, fiat emplaſtrũ, & ſtet ꝑ vnũ diẽ. Et poſtea ꝑ quatuor dies cũ foliis ficle & cauliũ calefacto rũ caput inuoluatur quouſq; aquoſitas ſit bene mũdificata, & fœtor ſit amotus, & claritas in carne & cute appareat. Et ſi malitia profundaretur, cũ aliquo corroſiuo caro putrida cõſumatur & mũdificetur & cõſolidetur. Rogerius vero, & ſui gloſſatores, & Iamerius curãt antiquã tineã euellẽdo pillos

cum

cum pſilothro,aut cũ capello piceo:aut cũ picecherolis, & lotione cum aceto & aqua marina:aut cum vrina pueri. Deinde mundificata cute Rogerius ponit iſtud vnguentum. Re. adipis vrſi,adipis vaccæ,ana vnc.j.ſtercoris muris,vnc.ſ.pomorum cedri quem iuniperum vocat vnc.ij.aranearum aduſtarum,drag.j.picis liquidæ,olei lucernæ,quod ſufficit: fiat vnguentum.Iamerius ad idem.Re.axungiæ antiquæ porci diſſolutæ cum aqua acetoſæ,lib.j.olei communis,picis liquidæ,ana lib.ſ.ſucci abrotani,ſucci mentæ ſarracenicæ,ſucci fumiterræ,lapathij,erucæ,mercurialis,ana vnc.j.aluminis, vitrioli,gummi hederæ combuſtæ,fuliginis,ſalis toſti, tartari,aloes,ana vnc.ſ.piſtando in mortario,fiat vnguentum. Si autem per ſe vel ex acuitate medicaminum efficeretur in loco arſura,& dolor:mitigetur cum oleo roſ.aut myrtino, aut cum vnguento quod cõſequenter deſcribit Appollonius vt in primo miamir narrat Gal.Cotylam olei optimi infunde in olla plumbea,cũ piſtello plumbeo tere,quouſq; groſſum fecerit & ſubnigrum: deinde ſeorſum teres lithargyri lib.j.ceruſſæ tantundem,& miſce in oleo,& piſtando fiat vnguentum.ſumme enim mitigat. Etiam ſi corroſiua,aut etiã cancroſa fuerint aut quomodocunque quid maligne ac male morigeratum habuerint .Et non ſolum in capite, ſed in ano rugis,& ſciſſuris, & vniuerſaliter omnibus doloribus vlceroſis,ſicut etiam dictum fuit ſupra de vlceribus & morbis confert. Et ita completur prima intentio.

Secunda autem intentio quæ eſt capillos generare, completur cum attrahentibus bonam materiam, & congregantibus eam in loco:ſicut dicetur in proxima rubrica.

De alopecia & caluicie,atque caſu capillorum.

Paſſiones capillorum ſecũdum Gal. in primo miamir,ſunt totalis deperditio,& coloris mutatio,ſicut fit in leuce & alopecia. Et,vt bene videantur cauſæ iſtarum paſsionum,vult Gal.in 14.thera.quod dicantur cauſę generationis pilorum. Pilus autem eſt vapor ſiccus à corpore reſolutus, & per poros cutis exiens ab aere deſiccatus. Generatio autem pilorũ ſecundum Gal.vbi ſupra,eſt ſicut eorum quæ de terra proueunt,ſicut in monumentis de craſibus monſtratum eſt.Cauſæ vero pilorum quatuor ſunt, vt à ſecundo de complexionibus accipit ſchola communis Montiſpeſſulani.Cauſa effi-

ciens,est calor naturalis, non multum excrescens, materiã in vaporem resoluens.Causa materialis, vapor ipse siccus. Causa formalis,cutis debita porositas.Finalis vero causa,est decor & vtilitas. Ex quibus potest apparere, qui vult bene speculari,quare mulieres & eunuchi nõ habent pilos in barba.& quare non fiunt calui. Et quare facillime cadunt in senibus,debilibus,& consumptis. Et quare in aliquibus crispantur,& coloribus diuersis colorantur.& quare in aliquibus locis habent determinatum augmẽtum, & multa alia problemata,quæ de pilis cõsueuerunt dici.Ex prędictis etiã possunt apparere causę passionum prædictarum.Nam vt ait Gal.vbi supra,sicut plantarum quædam humiditatis indigẽtia corrumpuntur desiccatæ, quædã vero humiditatibus extraneis earum naturæ,approximantibus,eodem modo & pili:vel propter indigentiam humiditatum, à quibus nutriri nati sunt,vel propter prauitatem corrumpi accidit, propter indigentiam autem humiditatum fit caluitium:propter prauitatem alopecia.Et Auic.addit quod propter laxitatem pororum cadunt capilli, & propter constrictionem excessiuã non veniunt,factam à frigore excessiuo:aut ab vlcerum præteritorum vestigiis.Alopecia enim dicitur secundum Gal.à vulpibus quibus ista passio consueuit venire. Sicut thiria, seu ophiasis à progressu per cutem similem serpenti per terram,dicitur.

Signa autem alopecię sunt satis manifesta,sed humores corrupti peccantes significantur per colorem & corporis habitudinẽ & regimen præteritum.Iudicatur quòd depilatio naturalis,vt caluicies & imbarbatio eunuchorum & mulierũ, aut accidentalis à causa solidante & cicatrizãte cutem,& illa quę nimis est antiquata,& illa quæ est in consumptis,& hectices vltra secundam speciem non curatur:in talibus enim mala complexio est adæquata.

Iudicatur per Hippo.in vj.aphoris. quod quicunque caluisunt,his varices magnæ non innascuntur.Quibus vero caluis existentibus varices magnæ innascuntur,rursus capillati fiunt in commento aphorismi, verificatur in caluitie impropria:quę est alopecia.quę ex corruptis fit humoribus per transpositionem materiæ ad inferiora.Non autem in caluitie propria quæ fit propter indigẽtiã materiæ. Quis enim, inquit,ignorat insanabilem passionem caluitium existere?

quasi

quasi dicat. nullus. Amplius eunuchi non fiunt calui neque blesi, propter multitudinem humiditatis cerebri eorum, vt dicit Auic. Rursus iudicatur per Gal. in miamir, quod si per fricationem locas depilatus non rubeat, nulla est curationis spes. Si autem rubet, quanto velocius rubescit, tãto velocius curatur, quod etiam dicit Auicen.

In curatione alopeciæ, duplex est regimen: vniuersale, & particulare. Vniuersale est in diæta, & euacuatione iuxta naturam humoris peccantis, de quibus sufficiẽter fuit præmissum in curatione tinearum. In speciali autem iubet Gal. in primo miamir, quod post purgationẽ totius apophlegmatizare, id est à phlegmate caput purgare oportet cum caputpurgiis & gargarismatibus factis cum deponentibus phlegma, velut sunt pilulæ diacastoreæ dissolutæ cum aqua maioranæ. Particulare vero regimen habet duas intẽtiones. vnam cacochymiam cutis capitis corrigere. aliam trahere sanguinem benignum ad locum: & cum in pilos conuertere.

Prima completur secundum duas diuersitates ipsarum: in recẽti quæ adhuc est in principio secundum Gale. 14. therap. prohibẽdo materiã, ne recipiatur in loco, & alterando locũ, ne eam attrahat: neque cachectizetur, id est ne cachexiã inducatur. vel cataplasmetur cũ domesticis repercussiuis, qualia cõueniunt in simplici casu capillorũ, iuxta doctrinã Heben Mesue. quod prælauto capite: aut loco cum aqua decoctionis rosa. myrrhæ, & capilli ven. radatur, deinde epithemetur cum hoc. Reci. succi extremitatum myrrhæ, succi oliuarum sylueſtriũ, ana drag. ij. ros. siccarum, vnc. ſ. absinthij, drag. ij. bulliãtur hæc omnia in lib. ſ. aceti vsque ad cõsumptionem medietatis. deinde cola, & infunde in eo dũ erit calidũ, laudani. vn. ij. & dimitte per duos dies: deinde infunde super ipsum oleũ myrtinũ & vinũ stypticum donec in subsstãtia mellis redigatur: deinde aromatizetur miscẽdo ibidẽ aliptæ mus. gallię mus. ana drag. j. cõfice, & fac linimẽtũ de quo inũgatur per tres dies. Postea laua, & pãno aspero exicca: deinde redi ad inũgẽdũ vsque dũ appareat sanitas. Et istũ processum ad casum capillorũ & initiũ caluitiei approbauit Ga. in primo miamir. ait enim quod manifestũ est quod oportet præcedere remotionẽ omniũ pilorũ, & fricationẽ, & postea inungere cũ tali quod habet virtutẽ attractiuã & congregatiuã cõmoderate. Quocirca neque acceptauit, neq; excogi-

tauit melius esse pharmacũ in casu capillorũ quàm id quod est mixtũ ex ladano, & lẽtiscino. Et si raritas esset in causa, nõ esset ineptũ myrtinum pro lẽtiscino miscere ladano. Miscebat aliquãdo & nardinũ in ætate frigida & hora hyemali: imo Gal. attestatur quod alopecias incipiẽtes multoties sanãt purgationes absq; aliquo locali medicamine. Et ad hoc allegat curã quã in illo iuuene exaratore fecit. Rasis autẽ ad istã intẽtionẽ Re. capillorũ ve. foliorũ myrti corticum pini, absinthij assatorum vt teri possint, ana partẽ. ij. ladani partes duas, myrrhę partẽ ʒ. illius: thuris par. iij. illius. puluerizatis rebus cũ oleo raphani & vino veteri misceantur. & fiat linimentũ, de quo in nocte erithemetur, & de mane caput lauetur: hoc enim caluitium sanat, vt dicit. Ad idẽ Archigenes, vt narrat in miamir Gal. Re. granorum iuniperi, ladani, absinthij, capilli ve. an. permisce omnia cũ vino & oleo myrtino. & dimitte quinque diebus. deinde coquãtur vsque ad vini cõsumptionẽ, & cola, & vnge caput, & laua. In antiqua vero & quæ trãsiuit principiũ, oportet euaporare & resoluere cacochymiã, antequã ad cachexiã ducatur cutis, vt dicit Gal. in 14. thera. & in primo miamir, nõ cũ quibuscũque calidis, sed cũ moderate calidis, ꝙ nõ exiccetur, neque cõburatur cutis. Et cũ hac subtili parte esse congruit illud, quod debet vsque ad profundũ mergi, in quo est principiũ radicis pilorum. Et ad hãc intẽtionẽ raso loco, & planato cũ aqua decoctiõis chamomillæ, anethi, & stœchados eligit ipse in miamir thapsiã nõ antiquã, sed recẽtẽ quã Aui. videtur appellare gũmã rutæ agrestis: & dicit sequẽdo Gal ꝙ est radix in isto cap. dũtaxat ꝙ frãgatur caliditas eius cũ oleis tẽperatis: velut dicit Gal. quod est sabinũ, & sisaminũ, aut antiquũ omphacinũ. Post vero thapsiã elegit Gal. sinapim, & nasturtiũ, & sulphur, & spumã maris, & nitrũ ipsum molle adustũ, & elleboros ambos, & semẽ erucæ, & oleũ laurinũ, & radicẽ arundinis & corticẽ vtraque cõbusta, & picẽ liquidã, & cedreã, & stercus muriũ, & adipẽ vrsi. Et Rasis vult quod cũ cadũt pili capitis vel barbæ, locus cũ panno aspero fricetur cum cepis vsque ad incisionẽ & ardorẽ loci. Et die illa & nocte sic dimittatur: in mane similiter regatur. Et si locus ampullauerit, vngatur cũ adipe anatis vel gallinæ, & non fricetur aliquibus diebus. Et si tũc pili nasci inceperint, radatur sæpe, & fricetur cum panno aspero qualibet die: & oleo isto inungatur. Reci. aquæ decoctionis

Vide compositionẽ aliter se habere ibidem.

ctionis capilli ven.chamomillæ lib.j.olei de been.lib.5.coquãtur ad consumptionẽ aquæ.& oleum vsui reseruetur. Et ad eãdem intentionẽ ipse facit epithema ad alopeciã mirabile.Re.spumæ maris,drag.x.baurac,sulphuris quod nõ tetigerit ignis,gummæ rutæ agrestis, euphorbij,ana drag.ij. staphidis agriæ,cãtharidum, ana drag.j.permisce ea cum fæce olei antiqui,& line ex eo post fricationẽ. Et si locus ampullauerit,fiat vt supra.Et si causa esset calida, vt Gordon. quod procedatur cum corticibus amygdalarũ,auellanarum, nucum stercoris caprarũ assatis puluerizatis, & cũ melle & aceto in forma linimẽti cõfectis,præcedẽte rasione & fricatione.Et si prædicta nõ sufficiũt ad medicandum cutẽ iubet Aui.quod si post fricationes dictas cum pãno aspero & cepe locus nõ rubet,quod apponãtur sanguisugæ & ventosæ,& scarpelletur locus cũ acubus pluribus.& toties iterẽtur auxilia donec videris p resolutionẽ & hilaritatẽ cutis sanitatẽ loci.Et tũc cessandũ,& trãseũdũ ad secũdã intẽtionẽ.Secũda autẽ intentio cõpletur cũ medicamine Philagij,vt dicit Heben Mesue.quod Re.carniũ limaciarũ,& sanguisugarum,& apum,& vesparũ,& salis vsti,ana partes æquales,pone in vase vitreo habente foramina multa in fundo eius, sicut cribratorium:& pone sub eo aliud vas vitreum sine foraminibus,& manebit post diẽ humiditas quæ cõseruetur in vase, & line locũ cum ea post fricationẽ,facit enim pilos nasci,& curat caluitium.Ad eandẽ intentionẽ Rasis Re.cineris abrotani,drag.x. veterum cãtharidum, drag.ij.ladani, drag.iij. auellanarum cõbustarum,drag.ij.galliæ mus.drag.j. terantur cum oleo veteri: & post fricationẽ inungatur locus.Ad idem Heraclides Tarẽtinus secundũ quod narrat Gal.in primo miamir ad alopecias diuturnas post fomẽtationẽ,rasionem,& fricationẽ cum frõdibus ficus & nitro quolibet die vngebat cum isto Re.eritiorum marinorũ cum testis suis, gallarum,amygdalarũ amararũ,pilorum vrsi,adiãti,radicis amygd.frondium fici,omnium adustorum,ana drag.ij.stercoris muris,drag.j.cum aceto,& cedra, & adipe vrsi miscẽdo fiat linimentum.Et in sequẽtibus laudat mures adustos, & cortices vitis adustas cum melle incorporata.Et cum hoc dicit quod cortices auellanarũ adustæ linitæ cum melle faciunt alopeciã desistere in decẽ diebus. Ad eandẽ intentionẽ in chartholario fuit probatũ istud Re.succi calcidarum,

vnc.

vnc.j.pul. sanguisugarum adustarum, lacertæ viridis adustæ, viride æris, ana vnc. 5.pul.talpæ combustæ, pulueris solearum combustarum, setarum porci adustarum, ana vnc. j. mellis quod sufficit ad incorporandum in forma vnguenti, & inungatur locus singulis noctibus, & mane quolibet lauetur cum vino albo & melle.

De canicie & pilorum mutatione & tinctura.

Canicies est pilorum dealbatio. Intelligẽdum tamen quod licet duplex sit canicies, naturalis, & innaturalis: hic tamen non agitur nisi de innaturali quæ præoccupat senectutem.

Cuius causa immediata secundum Auic. est abundantia phlegmatis aquosi putrefacti generati ex rebus debilitantibus calorem naturalem, vt sunt ægritudines longæ & diuersæ, & stomachi malitia, & angustiæ fortes, & nimia capitis lotio, & coopertura excessiua.

Signa canicei sunt satis manifesta. Iudicatur quod canicies est mala & suspecta. Nam videtur quod mors capiti vexillum suum applicauit, vt ait Gordonius. Iudicatur etiam per Gal. in primo miamir: quod propter indoctas denigrationes capillorum cum medicinis communibus quæ vt plurimum sunt frigidæ & stypticæ, non solum vidit in periculo venire multas mulieres: sed etiã mori. Propterea enim quia capita earum infrigidantur: aliquando quidem in apoplexiam & epilepsiam: aliquando in maximos catarrhos incurrunt, vt & patiatur pulmo, & phthisis ex eo sequatur.

In curatione caniciei duplex est regimen, vniuersale, & particulare. Vniuersale est diæta, & euacuatiõe phlegmatis, & custoditiua ne generetur. De quibus fuit dictũ satis in de apostematibus phlegmaticis supra. Tryphera autem sarracenica & myrobal. vt dicit Halyab. in fine techni in retardã da canicie & senectute obtinent principatum. Verum Auic. consulit quod per annum integrum sumantur. Et post acceptionem tardet cibum vsque ad meridiem.

Particulare regimen stat in duobus primò quod præparentur pili ad recipiendum tincturam. secundo quod detur eis tinctura.

Primum completur secundum Gordonium quod pilli lauentur multis diebus cum lixiuio cinerum truncorum caulium in quo sit alumen dissolutum; hæc enim ablutio ratione

tione aluminis præparat pilos ad recipiendum omnem colo rem. Ad iſtam eandem intentionem dicit Auic. quod radix alcannæ, & indicum ſunt radices ſuper quas aggregantur homines in tingendo vel ad denigrandum vel ad flauum. Secundum completur cum ad colores appropriatis.

Denigrantia capillos ſunt ſecundum Gal. in primo miamir, Cedrea cum oleo & ſine oleo in frigidis & humidis. verum in partibus ſuis Aſiæ dicit quod mulieres ruſticæ montanæ addunt picem liquidam, & inungunt radices pilorum. Hæc enim pharmaca ita denigrant, quod non nocent: habẽt etiam cum ſtypticitate aliquam ſubtilitatem, qua profundã tur ad radices pilorum. Et cum hoc dicit quod ſecundum verba Archigenis nigrificat capillos radix capparis cum lacte mulieris aut aſinæ vſquequo tertia pars per decoctionem ſit conſumpta, in nocte cataplaſmata. Et iſtud eſt melius ſecundũ Auic. vel vrina canis cõſeruata in quinque vel ſex diebus: vel corticis pruni coctæ ad mellis ſpiſsitudinem: vel illud nigrũ quod eſt in medio papaueris rub. cum oleo myrtino miſto, cum quibus vngatur & cataplaſmetur. In de facile acquiſibilibus addit quod oleũ agitatũ cum plũbo in vaſe plũbeo & repoſitũ in plũbo cũ quo inungatur, eſt bonum. Raſis autem ad hoc dictat quod gallę ad quantitatem lib. fricẽtur in oleo: & cum oleo cocto, & alcannæ & dragaganthi, & ære vſto, & ſale gemma fiat linimentum, de quo liniatur caput, & barba prius lauata cũ aqua calida: & cũ manibus exiccata. & vt non deſiccetur cũ foliis bletæ vel ſambuci, vt dicit Halyab. cooperta per ſex horas dimittatur. Et poſtea lauetur. eſt enim optimum ad caniciem denigrandam. Auic. vero componit olea ad denigrandum & conſeruandum de myrobalanis nigris & emblicis & gallis partes x. laudani partes xx. foliorum myrti & granorum eius partes xxx. ponantur per tres dies in tribus libris olei. Deinde coquantur, donec ingroſſentur, & fricentur cum eo capilli: ſubſequenter dicit quod quãdo ponitur in tinctura pondus, drag. j. gariophyllorum, denigrat valde, & prohibet malitiam eius à cerebro.

Facientia capillos flauos.

Conſequenter narrat Gal. vbi ſupra, quod ſecundũ Archigenem flauos faciunt capillos lupini crudi cum aqua & nitro liniti

niti. Sed flauos & crispos faciunt cum lotio cum spuma nitri & myrrha.& radix asphodelorum cocta cum mero. Rasis vero dicit,& Auic.cum eo quod fiat lixiuium de cineribus sarmentorum,& temperentur cum eo per noctem vnã lupinorũ tritorũ,drag.x.myrrhæ,drag.v.alcannæ assatæ, drag. iij.postea coletur:& ex hac aqua caput lauetur: supple cũ vino:quod toties est faciendum quousque sint rufi. Mulieres Montispessulani ponunt flores de stœchade in lixiuia & genestræ.Bonon. rasuram buxi & corticem citri.Parisien.radices gentianæ,& radices berberis,& florem cardamomi.

Mundificantia caput sunt lixiuia proprie de cineribus sarmentorum & cineribus clauellatorum:& cum albuminibus ouorum & cum sapone,est enim sapo duplex, Sarracenicus qui est mollis.Et Gallicus qui est durus. Sarracenicus fit ex duabus partibus capitelli & tertia olei oliuarũ. Gallicus fit ex duabus partibus capitelli, & vna sepi arietini. Capitellũ autem fit ex duabus partibus cinerum stipitũ fabarum & tertia calcis viuæ:& infundatur in aqua ad modum lixiuiæ: & coletur:& quod distillabit,est capitellum.

Auferentia capillos secundum Critonem narrat Gal. vbi supra,arsenici coloris aurei,quod est auripigmentum citrinum,calcis viuæ,ana vnc.j.amyli,terræ vocatæ à latinis selinusię quod est spuma argenti,vnc.ʒ.terantur,& incorporẽtur cũ aqua,& bulliantur. Signum autem perfectionis est si pennam imposueris, & depiletur. Rasis autem in aqua, in qua calx per sex dies de tertio in tertiũ remouẽdo calcẽ,infusa fuerit, incorporat arsenici citrini sextam partem:& tandiu in sale dimittatur,donec penna immissa depiletur cum extrahetur.& cum illo loca depilanda fricare præcipit, & depilantur.Auic.sumit calcis viuæ partes duas,arsenici tantundem,aloes modicum.liniantur cum aqua calida: abradit enim statim.Et vt psilothrũ meliorẽ odorẽ habeat, modicũ ponatur cũ eo de gallia muſ. Vsus cõmunis aufert pilos vno de quinq; modis,vt dicit Hẽricus.primo resecando cũ forficibus.secundo radendo cum nouaculis.tertio eradicando cũ pincecarolis,aut cum digitis.quarto cum pice nauali in digitis,aut in panno applicata.quinto cum psilothris dictis. Et modus psilothrorum est quod sint in stupha:& quod post lõgam fomentationem cum aqua calida dum psilothrum erit calidũ & spissum sicut linimẽtũ,applicetur super locũ:& stet

per

per ſpatium dicẽdi miſerere. Et ſic ſatis eſt: quod cognoſces, quia trahẽdo pilos, depilabitur: leuiter fricando & lauando cum aqua calida, remoueantur pili. Et poſt locus cum oleo roſ. inungatur, aut aqua frigida. Et ſi locus eſſet excoriatus, cum vnguento albo curetur.

Prohibentia pilos renaſci radicitus euulſos.

Componuntur autem prædicta pharmaca ſecundum rationem, vt dicit Gal. vbi ſupra per leporem marinum, & per ranas quæ in viridibus arundinetis ſeu cannis paſcuntur: & cum ſanguine tortucę. i. teſtudinis marinæ, & veſpertilionibus, & ouis formicarum, & gummi vitis al. atque bryonię, & vrticæ &c. Auic. vero & Raſis ad hoc ſcribunt hyoſcyamũ, & opium, pſyllium cocta cum aceto: & cimoleam, & ceruſſam plumbi æqualiter, aluminis mediam partem, trita cum aqua hyoſcyami albi: nonnulli vero laudant limaturam ferri coctam fortiter cum aceto.

De diſpoſitionibus faciei & partium eius in ſe continens quatuor partes. Cap II.

Pars prima de vniuerſali facici decoratione.

DIſpoſitiones quæ in facie apparẽt, quædã ſunt naturales, quædã præter naturam: naturales indigẽt cõſeruatione ſi pulchræ ſunt: & decoratione, ſi turpes: velut eſſet albedinẽ cuſtodire, & albiorẽ facere, & rubicũdiorem, ſi licitũ fuerit. Quæ vero præter naturã, indigẽt correctione: velut eſt puſtulatio, & maculatio, & ſuppilatio. Et hoc intendebat Gal. dicere in primo miamir: quãdo ponebat differentiã inter comaticã & decoratiuã partẽ medicinæ. Nõ tamẽ omnia in omnibus ſed certa in certis, vt dicebat magiſter Raymũdus de Moleriis in Mõtepeſſulano. Nã licet decoratiua curatiua ſit licita: comatica verò nõ eſt licita, niſi gratia honeſtatis. vnde Galenus vbi ſupra. Quæcunq; in deliciis exiſtentes decorant ſeipſas, nulli earum deprecanti aliquod dare ſibi, pharmacum dedi. Quæcunque vero honeſtiores fuerint, & ſigna ſenij & turpiditatis effugiebant, à ſuorum maritorũ moleſtiis eripi deſiderantes, aliquibus conſului vti.

Ad decorandum & faciendum colorem bonum.

Color autem corporis ſecundũ Gal. in primo aphoriſmorum in tranſlatione arabica authoritate Hipp. dominantiã humo

humorum oſtendit, ſi non in profundo occubuerit: propter quod eſt intelligẽdum, quod bonus color & floridus, eſt ab humoribus bonis ſanguineis tractis ad cutem. Color autem malus à malis humoribus, vt niger à melancholicis: albus à phlegmaticis: citrinus verò à cholericis. Cauſæ autem extrinſecę adiuuant ad mutationem coloris, vt ſecundum Auic. calor aduſtiuus, & dimiſsio balnei, & vſus aceti, & malarum aquarum, ad nigredinem: frigus, & coitus, & triſtitia, & ægritudines longæ, ad albedinem: & comeſtio rerum citrinarum, vt cymini, ameos, & rerum ſalſarum, ad citrinitatem. Et propter hoc vocat Ioannes de Sancto Amando, iuxta doctrinam Auic. quod quædam faciunt bonum colorem ſumpta interius: quædam verò appoſita exterius. Ab intra verò quædam faciunt hoc: quia generant bonum & ſubtilem ſanguinem, vt oua ſorbilia, & brodia bonarum carniũ, vinúmque aromaticum, & cibi bonæ ſubſtantiæ. Quædam autem quia ſanguinem ſpargunt, & dilatãt ad exteriora: ſicut ficus, piperis, gariophyllorum, & croci modeſtus vſus. Quędam, quia ſanguinem mundificant, velut tryphera minor, & myrobal. & id genus. Quæ autem exterius poſita faciunt bonum colorem: faciũt hoc cum attractione & abſterſione: & ſunt linimenta, & ablutiones acceptæ ex farina fabarum excorticatarum: & cicerum, orobi, hordei, frumenti, amyli, rici, & conſimilium. Ex quibus Raſis Halyab. Auic. & Acarani, tales conſueuerũt facere gommeras. R. farinę ciceris, fabarum, hordei, amygdalarum depuratarũ, dragagan thi, ſeminis raphani, an. diſtemperentur cum lacte: & de nocte facies epithemetur, & de mane cum aqua calida decoctionis violarum ſiccarũ, aut furfuris lauetur. Et ſi adderetur cũ illis radicis ſiccę lilij, narciſci, & ireos atque iarri, & ꝙ fierẽt trochiſci qui diſtemperarẽtur cum lacte, in neceſsitate eſſet vtile valde. Ad idẽ Auic. Re. ſaponis li. j. ammoniaci lib. ſ. reſoluantur in tribus libris aquæ: deinde proiiciatur deſuper thuris, maſtichis, nitri, ana vnc. ſ. mellis, vnc. viij. terantur omnia in vaſe vitreato vehementer: & adminiſtretur de nocte. Ad idem Theodoricus facit pulchram dealbationẽ: præparetur ceruſſa ſic, diſtemperetur cum aqua lympida per mẽſem ad ſolẽ calidũ, ipſam quolibet die colãdo, & aquã renouando: & in fine dimittatur exiccari. Et talis vocatur ceruſſa dealbata, & præparata, de qua Reci. partes quinque margari

tarum,

tarũ,cryſtalli,vitri,boracis,ana partẽ vnã,cãphoræ,ſarcocollæ,mirrhę clarę,argẽti viui ſublimati.ana mediã partẽ vnã°, terãtur ſubtiliſsime:& molliãtur ſupra lapidẽ marmoreũ:& incorporẽtur cũ aqua roſ.& fiat puluis:aut trochiſ. & ſeruẽtur:& quãdo erit neceſſe,diſtẽperentur cũ oleo de tartaro: & poſt liniãtur. *Ad eandẽ intentionẽ* eſt vnguentũ citrinum, & multa vnguẽta quæ fiunt cũ tela capretoriũ, & pinguedine colũborũ.Sed quia malũ inferunt odorẽ,dimittũtur.Modus autẽ decorãdi,eſt q̃ facies primitus ſtupheturr. Deinde lauetur cũ ſapone diſſoluto in aqua tepida. Et ſi illa aqua eſſet de floribus fabarũ,aut lilij,aut nenufar.ſambuci : aut viticellæ, aut lactis diſtillata,eſſet melius.Deinde exiccetur : poſtea liniatur cũ aliquo prædictorũ:& dimittatur per noctem: & in craſtinũ lauetur cũ aqua furfuris,aut violarũ, & fiet modicũ facies cum pãno cooperta. Et poſt ſi volueris colorare poma maxillarũ,liniãtur cũ aqua aluminis,in qua modicũ de raſura braſilij ſit temperata.Quando autem remouentur pili,& prohibentur q̃ renaſcantur, & quomodo remouentur morpheæ,ſerpigines,& aſperitates,dictum eſt ſuprà.

Ad maculas lentigines,& pãnum remouẽdum,liniatur facies cum oleo de tartaro,& de frumẽto, aut cum aqua galĩcana,quã ponit Henri.Re.tartari calcinati lib j. maſticis, vnc.j.cãphoreæ,vnc.ſ.piſtẽtur cum albuminibus ouorum, & ponãtur in alẽbico:& ſicut aqua roſ.diſtilletur. *Ad idẽ* diachylon Auicen.decoquatur lithargyri,vnc j.in olei antiqui, vnc.ij.donec diſſoluãtur:deinde ſumatur mucilaginis fœnugræci,mucilaginis ſinapis.ana vnc.ij.bdellij, & myrrhę,añ. vnc.ſ.proiiciantur ſuper lithargyrum,& oleum,cocta & agitata vehemẽter,& fiat vt diachylon.,Lac autẽ virgineũ.quod fit de lithargyro in aceto albo tẽperato:& cum filtro diſtillato cum aqua ſalſa miſto,eſt optimum in hoccaſu Raſis vero & Auic.dicunt q̃ ſi accipiatur argenti viui,drag.j.amyg. drag.iij.& terãtur vltima mollitione , donec nihil appareat de argento viuo:deinde proiiciatur ſuper eo tantundẽ de ſe. melonum trito valde:deinde facies liniatur cum eo omni nocte per ſeptẽ dies:& in mane lauetur cum aqua tepida : non eſt ei par in mundificando ſupradicta. Si vero cum iſtis nõ curentur,ad capitulum de morphea ſunt remittendi.

Ad ſanguinem mortuum,& liuorem in facie, & in aliis locis : laudat Gale. in quinto miamir pyriationẽ cum ſpon-

gia infusa in aceto misto calido: quod laudat in principio. Deinde laudat decoctionem ameos, & hyssopi cum lacte & vino. Henricus vero dicit q̃ si cum succo radicis nappæ agrestis misceatur modicum de aloë hepatico, & liniatur locus ter vel quater in die: infra duos dies curatur. Rasis tamen in loco vulneris: vbi neque dolor, neque calor post percussionẽ remanserit, loco folia caulis vel raphani seu mẽtastri, quod melius est, supponãtur. Et locus si non curatur cum arsenico citrino & lapide lazuli & thure & ammoniaco linitis cũ succo coriandri, aut apij, multis vicibus epithemetur. Et absinthium cum melle est optimum secundum Auic. aut secundum Dynum, Re. succi maioranæ, arsenici citrini, olei chamomillæ, ceræ, ana partes æquales, fiat vnguẽtum. Et diachylon etiam laudatur. Cõmuniter tamen locus fomentatur cum aqua decoctionis ros. fœnugræci: & emplastretur cum panno infuso in vino: aut cum farina fabarum cocta cũ oxymelite. Et ad citius expediendum, ponitur cerussa cum aqua ros. aut vnguentum album.

Ad variolas & ad cicatrices ipsarum.

Ad variolas duplex reperitur regimẽ. Vniuersale de diæta & euacuatione, quod pertinet physicis. Particulare, quod est quadruplex, primũ quomodo extrahuntur extra, vt materia mala nõ remaneat intra. Secundum quomodo præseruãtur mẽbra aliqua extrinseca vel intrinseca, quę propter ipsas periclitãtur. Tertiũ quomodo pustulæ rũpantur, postquã sint maturæ. Quartũ quomodo cõsolidẽtur, vt nõ remaneãt vestigia mala. Primum cõpletur, cum quibusdã potionibus, quæ fiunt de lenticulis, & ficubus, & croco: & cũ inuolutione pãni rubei, & cautela à frigore & vẽto. Secundũ cõpletur quãtum ad oculos, cum collyrio aquæ ros. & croci: quantum ad nares, cũ agresta, & aqua ros. quãtum ad guttur, cum diamoron: quãtum ad pulmonẽ, cum diadragagãtho: quantũ ad intestina, trochisci de spodio & id genus. Tertium cõpletur q̃ pustulæ rumpãtur, cum forficibus remouẽdo modicũ de pelle, ne recludãtur. Quartũ, q̃ nõ scalpẽt se, & sinapizẽtur cum farina lẽtium, fabarum, lupinorum, orobi, lithargyri, cerussa, & aloë. Post desiccationẽ, vngatur cum vnguẽto de lithargyro, & cerussa, cathina facto cum oleo de lilio, & axungia asini, aut gallinæ. Et cum isto Rasis. Re. lithargyri nutriti, radi.

radi arundinũ, ossium vetustor, farinæ ciceris, rizi, seminis melonũ mundatorum, been, costi, ana, hæc omnia cum mucilagine fœnugræci, & sel. lini. cõmisceantur. Et ex his facies epithemetur. De cicatricibus vulnerum in loco vulnerum carnosorum dictum est supra.

De gutta rosacea & pustulis quæ in facie.

Intelligendum ℘ gutta ros. apud Auic. vocatur albedsanẽ. Et est rubedo extranea similis rubedini cum qua incipit lepra: & vtplurimum apparet in facie, & proprie in naso, & in pomis maxillarum. Quæ quãdoq; est cum inflatione totius faciei, & tunc dicitur apud Guli. de Saliceto butizaga: & quãdoque est sine inflatione: quandoque cum pustulis, quandoq; cum crustis: & tunc est de genere assafati. Cuius generatio est ex phlegmate salso, & ex aliis humoribus adustis. Et ℘ forte eorum fumus, est malus venenosus: quare inflat, & vlcerat partes circumuicinas, vt dicit Gulielmus.

Signa materiæ ex qua fiunt, habentur per colorẽ, & formã, & per virulentiam quam emittit: & per res naturales, nõ naturales, & contra naturam, vt dictum est supra. Iudicatur ℘ est morbus contagiosus, & signum primum ad lepram. Cum hoc etiam iudicatur per Rasim, ℘ multiplicatur in hyeme, & in frigore. Et causa, vt dicit Auic. quia frigus coartat vaporẽ plurimum. Iudicatur etiam ℘ est difficilis eradicationis, propter promptitudinem quã facies habet ad recipiendũ materias, causa suæ raritatis & debilitatis, vt dictum fuit de vlceribus supra: imò, quæ est antiqua, non eradicatur,

Circa curam duo sunt regimina, vniuersale & particulare siue locale. Vniuersale de diæta & euacuatione fit secũdũ diuersitatem materiæ. Et in diuertendo cum fricationibus materiam, & vẽtosis cũ cantharidibus, ruptoriis retro spatulas, & collũ, & sub mẽtone, & phlebotomia venarũ frontis & nasi. Et applicatio sanguisugarũ in loco cõmendantur. Et purgatio cũ electuario de succo ros. habet prẽrogatiuam in hoc. Et diæta subtilis & tenuis, præcipue in vino, quod abstineat se ab eo saltim forti & puro. Et caueat ab omnibus speciebus, & rebus acutis, vt alliis, cepis, pipere, sinapi, ruta, odore sambuci. Etiã caueat ab omni re salita, frixa, & assata combusta & melancholica, atque vaporosa, & à coitu & ab omni

frigiditate,& caliditate excessiua. Teneat ventrē laxum: dormiat capite eleuato. Et breuiter administretur sibi regimen aliarū infectionum,pustularū cholericarū & adustarū,& principij lepræ,vt dicit Auic. Particulare regimē in recētibus est ꝙ infrigidetur locus:& desiccetur cum repercussiuis. In antiquis,ꝙ corrigatur cacochymia cū resolutiuis. Ad primū cōfert aqua alumināta,quæ fit cū succo agrestæ & portulacæ et plātaginis,et albuminib.ouorū cum alumine ad modum aquæ ros.distillatæ. Intundātur enim in ea pāni,& desup applicētur:& sæpe renouētur. In antiqua fiat stupha cū chamomilla,meliloto ros.viol.et floribus nenufaris. Et post leuem absterſionē inūgatur cū vnguēto albo et citrino, in quo modicum de argēto viuo et sulphure et alumine,cū oleo de tartaro sint incorporata. Ad idē Guli. Re.acetositatis citri, vnc. iij.cerussæ,quod sufficit ad inspissandū prædictum succum, argēti viui extincti cum saliua,vnc.ʒ.incorporando fiat vnguentum. Theodoricus Re.boracis,drag.ij.farinę cicerum, fabarum,ana drag.j.& ʒ.cāphoræ, drag.j.cum melle, & succo cepe fiat trochiſ.et cum opus fuerit distēperetur, et linia tur. Ad eandē intentionē valet lac virgineum.aqua ros.sulfurata,oleum de tartaro,et de frumēto:et multa alia auxilia dicta superius in serpigine,et decoratione. Et si cum istis nō recedit, vesicetur locus cum appositione cantharidum mistarum cum sepo. Et postea cum foliis siclæ locus purificetur. Et deinde cum prædictis desiccetur,et consolidetur.

Pars secunda de ægritudinibus oculorum quæ superius non sunt tractatæ.

AEgritudines oculorū quæ secūdū Gal.in tertio de ęgritudine et symptomate nocēr actioni visiuæ secundum oculistas:quædā sunt vniuersales toti oculo, vt apostemata, & inflationes,et mali motus: quædam sunt particulares, vt ægritudines palpebrarum, pāniculorū,humiditatū,et spirituū ipsius. Et hoc est quod Gal.in quarto de ægritudine, et symptomate dicebat. In sensitiuis quidē actibus: puta oculorū triplex symptomatū est differentia,vna quidem in primo organo velut in crystalloyde patiente. Altera in sensitiua virtute à cerebro per neruū opticū descēdente. Tertia vero in coadiuuātibus:vt sunt omnes aliæ particulæ. Et vniuersaliter subdit ꝙ istæ ægritudines quędā sunt cōplexionales, quæ

vt in

vt in homiomeribus partibus insunt: quædã cõpositionales, quæ sunt vt in organicis: quædã vero cõmunes, quę in vtriſq; fiunt. Et licet istæ ægritudines possunt esse in omnibus mẽbris: nihilominus propter naturã oculi, quando accidunt in eis suscipiunt quandã proprietatẽ quæ facit magnã diuersitatem in curãdo. Et ob hoc dicebat Iesus ℔ quædã erãt ægritudines oculorũ, quæ multũ erãt cõuenientes aliis mẽbris, vt malæ cõplexiones, solutiones, & apostemata: quædam vero propriæ, vt lachryme, pãni, cataractæ, et id genus: et inde est ℔ multipliciter ægritudines oculorum numerauerũt. Nam ipse Iesus numerauit 92. Auic. vero 48. Alcoatim 50. Azarani 60. Acanamosis de Baldac dicit: ℔ ipse medicauit 65. Et attestatur ℔ Gal. posuit 105. & Almansor 65. Beneuenutus, et Hispanus de paucis tractauerunt. Quotquot autẽ sunt, hic non nisi de magis manifestis agetur, de quibus nõ fuit dictũ supra in apostematibus, vulneribus, et vlceribus: pro quibus ad chirurgum habetur recursus communiter. De manifestis vero quæ occultæ sunt sensui, pauca hic tangentur. Nam earum speculatio ad aliam pertinet doctrinam.

Causæ autem ægritudinum & symptomatum oculorum & aliorum membrorum secũdum magis & minus sunt primitiuæ, antecedentes, & coniunctæ. Quas Gale. in toto libro interiorum, Sympathias & idiopathias, id est compassionales, & proprias vocabat: compassionales quando veniunt ab alia particula proprias, quando sunt propter causam propriam in eadem. Quæ quidem causæ generantur ex humoribus à malo regimine in corpore generatis: & ex ipsorum oculorum debilitate, vt dictum est sæpe. Ex quibus apparet quod in ægritudinibus oculorum potest esse fiens, & factum, vt in ophthalmia, & in apostematibus superius fuit declaratum.

Signa ægritudinum oculorum apparentium & aliarum, satis sunt manifesta. Quæ vero occulta sunt, maxima indigent perscrutatione, primo interiorum: quæ signa particulariter infra dicentur. Iudicatur tamen ℔ ipsæ sunt difficilis curationis: eo quia oculus est intricatæ compositionis: vt dictum fuit in anatomia. Et cum hoc est sensibilissima particula tertiodecimo therapeu. & medicamina quæ competunt ei, artificiositatis sunt magnæ: vt in quarto miamir, docet Gal. & Acanamosis illud idem. Et cum hoc multę dispositionesin

vnum ſæpiſsime implicantur: vt in ſcabie & ſebel: implicationes autem diſpoſitionum curam faciunt difficilem ſeptimo therapeu. dicit Gale.

Cura ægritudinum oculorum in genere habet quinque intentiones. Prima eſt in documentis octo ad curã vtilia quod obſeruentur. Secunda in materia antecedẽte generata, quod euacuetur. Tertia in vita, vt amplius materia peccans nõ generetur. Quarta in materia coniuncta, vt extirpetur. Sed quinta in accidentibus, vt mitigetur.

Primum documentum primæ intentionis eſt, quod quãdo cum ægritudinibus oculorum cõiungitur ſoda, & dolor, aut fluxus: quod illa prius ſunt ſedanda, antequam ad curam oculorum ægritudinum accedatur: hoc dicit Aui. & Ieſus. & dictum fuit in vlceribus & ophthalmia.

Secundum eſt Gal. in 13. therap. quod nulla operatio particularis fiat in oculis quouſque corpus & caput non fuerint purgata & rectificata.

Tertiũ eſt quod omnis operatio particularis in oculo delicatius & indoloroſius quo erit poſsibile exerceatur. Et propter hoc præcipit Ieſus quod dum aperitur oculus, ſuauiter palpebra eleuetur & paulatine, & non ſubito claudi dimittatur. Et Albuc. quod non attentes operari in oculo, in quo fuerit dolor, aut aliqua fatigatio, quouſque ſedata fuerit. Et poſt ad operationem redeas ſi eſt neceſſe.

Quartum quod operationes fiant in loco claro, & nõ ventoſo, & quod patiens prẽcipue circa caput ſtet firme. & propter hoc Albuc. in operationibus omnibus iubet patientem in ſinu vel inter genua medici, vel ſecundum Halyab. ſupinũ ſup: a ſcamnum collocari. Et poſt operationem in loco vmbroſo & oculo cooperto cum ſindone nigro debet reponi.

Quintum quod in applicando eſt melius multiplicare vices, quàm quantitatem. Quantitas enim nimia bonitatem obtundit auxiliorum: vt Azaramus dicit.

Sextum, quod medicamina oculorum ſint bene depurata præparata, & ad vltimum trita & cribrata, aliter plus grauarent, quàm proficerent: vt Acanamoſalus dicit.

Septimum quod ante operationem medicaminum oculus bene lauetur cum aqua calida, & bene abſtergatur, & mũdetur cum cotone & ſtilo inuoluto.

Octauum quod non accedat quis ad operationes, niſi ſit

ſubt

ſubtilis & ingenioſus bene videns,& manus habeat firmas, & quod alium viderit operari,& habeat hamos, & acus,ſtilos,forfices, ſpatulas,lancetas,raſoria parua,& bene polita, duplicata, & triplicata, & ſemper cotonis, & clara oui,& aqua roſ.prompta ſint ſibi,& panni pro bindellis, & ligaturis. Operatio enim oculorum eſt particularis, & non communis,vt dicit Gulielmus de Saliceto.

De ſecunda & tertia & quinta intentionibus ſatis dictum eſt in de apoſtematibus,vlceribus,& ophthalmia.

De quarta vero dicetur hic ſecundum ſingulas ægritudines.

Et primo de ægritudinibus totius oculi quæ quatuor numerantur à lachrymis & fluxibilibus incipiendo.

Lachrymæ licet veniant per lachrymalia proprie à quodã foramine paruo,& quaſi inſenſibili in fine pilorum, ſecundum quod teſtatur Beneuenutus:nihilominus ex eis totus patitur,& inficitur oculus. Et ideo dicit Auic.quod eſt ægritudo,in qua ſunt oculi ſemper humidi & infecti humiditate aquoſa à capite ad oculos deſcendente. Quæ quidem aliquoties deſcendit per venas exteriores,quandoque per interiores,vt dicit Ieſus.

Et cauſæ ſunt repletio capitis & totius corporis,aut oculorum debilitas naturalis ſeu accidentalis, velut inciſio,& diminutio carnis in lachrymali,aut frigus,aut caliditas fortis,atque animi paſsiones.

Signa ipſarum ſunt ſatis nota. Materia autem ipſarum cognoſcitur per tactum. Nam ſi ſentiuntur frigidæ,ſignificatur quod materia eſt frigida.Si vero ſentiũtur calidę & mordicatiuæ, & quod aduranț partes vicinas, ſignificatur quod materia eſt calida.Regio vnde veniunt,cognoſcitur per modum,qui dictus eſt in ophthalmia. Abſciſsio & diminutio carnis lachrymalis eſt manifeſta,& indicatione habetur patientis.Iudicatur per Aui.quod naturales, & quæ ſunt propter abſciſsionem carnis lachrymalis,non curantur. Et quæ veniũt à parte intrinſeca,difficilis ſunt curationis, vt Alcoatim teſtatur. Et ideo in talibus expedit deſiccatio palliatiua cum pulueribus infraſcriptis.

In curatione lachrymarum duplex eſt regimen, vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta, & purgatione dictum

est supra in vlceribus,& ophthalmia,& in fluxibus,rheumatismis.Sed vltra diaolibanũ in hoc casu de cera, Beneuenutus & Acanamos.cõmendãt.Diuersio tamen in hoc casu prerogatiuam habet:& ob hoc laudãt omnes cauteria in summitate capitis facta.Cuius modus dicetur infra Gal.13.therap.in interioribus lachrymis concedit incisionem arteriarum temporum,in exterioribus venarum.& Albu.& Haly. dant modum,quia tamen opus est difficile, & narratio lõga, & etiam dixi aliquid in ophthalmia,omitto eam de præsenti. Cauteria vero punctalia in fontanellis brachiorum, & setones retro collum sunt mihi in hoc casu magis dilecta. Confortatio & deliccatio cerebri secundũ Gal.hic maxime habet locũ,in causa frigida cum ambra & styrace. In calida cum rosis & camphora.Et Auenzoar glorioſus sacellationẽ, aut sinapizationẽ supra prorã capitis cum cinnamomo,macis,piperi,corticibus,citrì singulariter,aut cõiuncta cũ aquamentæ aquaticæ:aut ros.secundum tẽpus & dispositionẽ infirmi cõmendat insistẽdo rheuma experimẽto sui : ac etiam patris sui. Rabbi Moyses hæc in suis aphorismis acceptat. Interceptio materiæ cum stypticis,vt in ophthalmia fuit dictum,non tradatur obliuioni in hoc casu.

Particulare regimẽ perficitur in causa calida cum isto alcofol vtili lachrymę & calori.Et ponitur à Iesu Re.sedeng loti quod est lapis hæmatites vel sanguinarius, marcasitæ lotæ, tutiæ præparatæ,ana drag j.margaritarum drag.5.sief memithe,aloe,ana scrup.j.terãtur & cribellentur:& fiat alcofol.Et si cum eo adderẽtur ossium myrabolanorum cõbustorum in pasta.scrup.j.coralli,scru.5.melius esset de pipere in parua quantitate in hoc medicamine ponunt multi Ad eandem intentionẽ Aui.& Heben Mes.tale collyrium approbauerunt expertum ad lachrymas & tenebrositatẽ oculorum. Re.succi granatorum acetosorũ cocti vsque ad cõsumptionẽ medietatis lib.5.aloes,sief memithe,licij,croci, ana dra. iij. muschi grana xvj.misceãtur & ponãtur in vase vitreo ad solem per 40.dies. Et ad eandẽ intentionẽ valet puluis magistri Arnoldi,qui in antidotario dicetur. Et collyria alba cum climia:& id genus.In causa autẽ frigida ponit Azaramus galaf in 21.parte anti lotarij magni alcofol subtile cõferens ad lachrymas & humiditates & relaxationes & grauitates palpebrarũ.Cuius forma Rec capitũ vituperarũ sine

sale

sale adustorum, antimonij, tutiæ albæ & viridis, ana dra. ij. camphoræ tertiam partem illius 3. terantur. Et ad istã intentionem valet basilicon, & collyrium de domo, & id genus. Et Brunus purgantia oculos per eductionem lachrymarum præcipue facta ex aqua agrestæ & sumac & myrobolani sunt vtilia, & sal ammoniacum, aut sal commune: & odoratio ceparum, & commestio sinapis educunt lachrymas, & purgant oculos, vt experientia docet. Cerebrum enim per lachrymas purgatur, vt dicit Iesus, & Auicen.

De eminentia seu ingrossatione totius oculi: & de eius opposita macilentia & diminutione.

Ingrossatio & eminentia oculorum secundum Aui. fit tripliciter: aut propter magnam inflationem & repletionem alicuius materiæ: aut propter vehementem coarctationem ad exteriora: quam vocat Iesus suffocationem, sicut fit cum soda est vehemẽs, & apud vomitum, tenasmum, & clamorem, & laborem partus: aut propter vehementem mollificationẽ lacertorum eius. Et minoratio eius fit à causis cõtrariis euacuatiuis & consumptiuis, vt in hectica & in febribus vigilatiuis, aut à causis tristatiuis, aut à spasmo.

Curatur autem magnitudo post regimẽ vniuersale de diæta & purgatione dicta in ophthalmia: & crebra ventosatione retro collum, ligãdo oculum cum binda & fasciis madefactis in succis stypticis, velut est succus prunellarum, & folia oliuæ. Aut in linimento facto de acacia, aloe, thure, & farcocolla, vt dicit Albuc. Et lamina plumbi, & ea quę dicta fuerunt in eleuatione vueæ in vlceribus oculorum, sunt valde bona. Et lauare faciem cum aqua frigida salsa, proficit valde, vt dicit Iesus. Auicen. autem dicit quod ex medicinis conferentibus in egressione, & eminentia est: vt fiat emplastrum cum farina fabarum, rosa. thure, & albuminibus oui. Et etiam dicit, quod nuclei dactylorum adusti cum spica, sunt boni.

In macie vero & profunditate oculorum. Si debet curari, proficit regimen hecticorum. Et fomentare oculum cum lacte tepido, & aqua dulci tepida: & vngere caput cũ oleo violarum: & fricare, & emplastrare cum frequenti remutatione ex amylo, croco, floribus viol. cum lacte: & cum medulla bouis proficit valde.

De strabositate oculorum.

Strabositas oculorum est visio tortuosa & obliqua. Obliquatur & trãsponitur humor crystallinus, & per consequẽs totus oculus vel ad latera, vel ad superiora & inferiora. vnde secundum Gal. in quarto de ægritudine & symptomate. Si apud latera, nil dignum ratione nocet. Si veto sursum & deorsum duplicia omnia faciunt apparere. Et causa istius est cãcellatio idolorum in vnitione, seu crucis signatione (si ita debeat dici) neruorum opticorum. Et ad hoc faciunt subtilitas & mobilitas spirituum, vt deducit Auic. in sexto naturalium, tractatu primo.

Causæ obliquitatis quandoque sunt extrinsecæ, vt assiduitas aspectus ad partem illam ad quã fit obliquatio, vt facit impressio, & impulsio sub oculis facta cum digitis, & oppositio fenestræ, vel luminis, vel pictaræ ad vnam partem maxime in pueritia. Propter quod debent nutrices esse cautæ. Quandoque fit ab intra propter spasmum, aut paralysim, vt in soda cõuenit forti, & epilepsia, & tortura. Iudicatur quod in adultis, maxime quando fuerit à pueritia, & quę prouenit ex siccitate: non curatur. Quæ autem accidit pueris, rectificari potest per contrarium aspectum, si candela vel aliquid lucidum seu coloratum ad oppositam partem, ad quam respicit, apponatur, & ad rectificãdum talem obliquitatem. Iesus laudat aquam pulmonis collyrizatam. Et Aui. sanguinẽ turturis. In adultis vero si euenerit propter spasmum, aut paralysim, aut aliquam ægritudinem: curatione illarum cura.

Consequenter dicendum est de ægritudinibus partium oculi, incipiendo à scabie, & ægritudinibus palpebrarum quæ xxiiij. numerantur.

Aegritudines palpebrarũ, licet numerentur multæ, nihilominus aliquoties concidunt in vnum, vt dicemus de pruritu, ardore, rubore, grauitate, inflatione, verdige, nec sulac ye re, formica, vlceratione & similibus. Omnia enim ista vt plurimũ suntcũ scabie: & vltra hoc est in scabie asperitas, & granulositas in intrinseca parte palpebræ cum multitudine lachrymarum: & quadam ophthalmiatione, vt Gal. & Azaramus dicit. Et ideo ponuntur eius quatuor species, quæ non sunt nisi gradus maioritatis & minoritatis, vt de ophthalmia

mia dicebatur.

Causa autem scabiei est materia salsa nitrosa faciens prouenire pruritum prius: deinde scabiē, vt dicit Aui. Et plurimū accidit post ophthalmiam & vlcera oculorum, vt Alcoatim dicit. Magnam autem habent affinitatem. Et ideo pro cura scabiei, est recurrendum ad curas ipsorum.

Signa eius habentur per ea quæ dicta sunt in prædicta descriptione, quæ per inuersationem palpebrarum manifestātur. Inuersatur autem palpebra comprimēdo palpebram cū proba lata, aut denario rotundo, & palpebra cum pilis suauiter trahendo inuersetur. Iudicatur quod cum scabie complicantur multæ dispositiones. & ideo est difficilis curationis, vt testatur Rasis: vt dicetur de sebel infra.

Cura ipsius duplex habet regimen, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione, & deriuatione, & cōfortatione cerebri, & desiccatione, & interceptione materiç rheumatizantis fit, vt dictum est in apostematibus: ophthalmia, & vlceribus oculorum. particulare pręcipit balneum & fomentationē cum aqua ro. extinctionis ferri: aut cum aqua decoctionis rosarum & lentium: & appositio albuminis ouorum cum oleo ros. & succo portulacæ aut rostri porcini. Ista iuuātē remouēt pruritum, vt Alcoatim dicit. Brunus autem dicit quod aqua ros. cū vino albo in qua sit modicū de aloe hepatico, est bona. Et aqua rosa. in qua fit modicum de cupe-rosa, aut de viridi æris, aut secundum Alcoatim de alumine, & croco, est vtilis & pulchra. Et collyriū Beneuenuti. quod Re. tutiæ alexādrinæ, zuc. ana vnc. xij. rosarum rubearū siccarum pul vnc. j. coquātur ad lentū ignē cum duabus lib. boni vini vsque ad cōsumptionē medietatis, coletur & vsui cōseruetur. Et si adderetur aliquid de antimonio & ære vsto, melius esset. Et propter inflationem Aui. præcipit post euaporationem factā cum spongia infusa in aqua calida & pauco aceto, linire palpebrā cum aloe, memithe, croco, cū aqua solatri distemperatis. Et desuper ponit Guli. de Sal. emplastrum factum de farina fœnugræci lib. ʒ. pul. ros. vnc. j. chamomillæ puluerizatę, vnc. ʒ. coquatur cum vino, & colatura inspissetur cum vitellis ouorum. Auicen. vero emplastrum naluarum in hoc laudat, & sanies mundificetur cum zuc. & si cum eo poneretur modicum de tutia præparata, placeret Beneuenuto. Et si de sedeng combusto, confortaret

taret oculum:& hoc laudatur à Ieſu.& parui ſapphiri,& grana gallitrichi ad iſtã intentionẽ infra oculũ ponuntur à vulgo ad ſcabioſitatem deſiccandam. Raſis præcipit collyrium rub.leue vtile ſcabiei leui,ſulac,& ophthalmiæ proprie circa finem ipſius. Cuius forma ſecundum Ieſum Reci. ſedeng abluti,drag.x.æris vſti,drag.viij.coralli, margaritarũ, ſalis indi.ana drag.iiij.gũmi arab.dragagãthi,myrrhæ clarę,ana drag.ij.ſanguinis draconis,croci,ana drag.j terãtur,& molliantur,& conficiendo cum vino antiquo fiãt ſief.In magnis & fortibus ſcabiebus iubet Auic. poſt reuerſionem palpebrarum fricationẽ cũ his quæ ſunt ſicut ſpuma maris,& folia fici aut cũ zuc.vt dicit Alcoatim:aut cũ ſiefru.vt Ieſus, aut cũ viridi ęris,vt Raſis vtile ſcabiei:& ſebel,& vngulę,albugini, & tenebroſitati.Cuius forma ſecundũ eũ R.florũ æris, drag.iij colcotar aduſti,drag.ij.arſenici ru.drag.j.baurac,ſpumæ maris,ana drag.ſ.ammoniaci cũ ſucco rutæ diſſoluti, drag. j.& ſ. & fiat ſief. Et ſi ſic nõ ſanãtur,radãtur granula cũ raſorio aut ſpatumine rotundo, vt dicit Raſis.& poſt inſtilletur in oculo aqua cum pauco aceto:aut aqua cymini maſticari: vt oculus non incarnetur: deinde cum pul. citrino dicto in ophthalmia,curetur.Et deſuper in hyeme cum amygd.amaris.In æſtate cum vitello oui, & oleo viol. emplaſtretur. Et ſi adeſſet calefactio,vult Ieſus quod ſedetur cum ſedẽg, & nõ cum amylo:neq; cum collyriis albis,de quo ſatis miror.

De caſu & relaxatione palpebrarum.

Relaxatio palpebrarum, vt dicit Ieſus, eſt elongatio palpebrarum ſuperiorum vſquequo non poſſint eleuari:& forte augentur in tantum,quod duplicantur,& pili intrant oculum, & lædunt ipſum. Cuius cauſa eſt vt dicit humiditatum abundantia: & multoties prouenit, vt dicit Alcoatim, à læſione lacertorum mouentium palpebras.

In cura ipſius eſt duplex regimen, vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta, & euacuatione dictum eſt ſupra in apoſtematum tractatu. Particulare regimen. In recenti confert, vt dicit Ieſus vngere palbebras cum hoc, quod deſiccat,& conſtringit ſicut memitha,aloe,crocus, acacia,myrrha, & aqua ſua. In antiqua vero aut in recenti, ſi illud non proficit operandum eſt ſecundum Alcoatim, vno de quatuor modis. Primus modus eſt cum inciſione pellis pal. ad

formam

formam folij myrti in tanta quantitate quod ſufficienter ſit eleuata, & fit quod cum digitis eleuetur, & capiatur pellis, & infigantur cum acubus tria fila vnius palmi: aut cum hamo triplicato cũ quibus eleuetur pellis ad ſufficientiã: & tũc cũ forficibus incidatur, & ſtatim ſuatur, deinde cũ pulu. & albumine oui, & ligatura futura cõſeruetur: & vt cætera vulnera cum diapalma curetur. Secundo modo quod cũ duabus virgis gracilibus ferreis, aut ligneis capiatur illa pellis: et cũ bono filo in capitibus ſtricte ligetur: & ſic ligatum dimittatur quouſque pellis mortificetur, & cadat. Tertio modo q̃ ſecundum formã & quantitatem dictam palpebra cum cauterio actuali curuo cauterizetur: & poſt cõſolidetur: quia in cicatrizando decurtatur Quarto q̃ idẽ fiat cũ cauterio potẽtiali poſito in charta bõbicina ad formam folij myrti ſupra palpebram, & teneatur cũ digitis tãto tẽpore quouſq; æger ſentiat caliditatẽ & mordicationẽ cauſtici: deinde eleuet, & cũ butyro arſura ſedet, & moueatur. & poſtea, vt alia, curet.

De abbreuiatione & reuerſatione palpebrarum.

Reuerſatio palpebrarum eſt earum ſeparatio taliter, quod oculum cooperire nequeunt. Et eſt ſimilis oculo leporis, vt Halyabbas dicit: & in ea includitur geſſe quæ ſecundũ Auic. eſt palpitationis difficultas. Et fit naturaliter ex defectu materiæ: aut accidentaliter ex mala palbebrarum ſuitione, & conſolidatione, aut ex ſpaſmo lacertorum, aut ex carnoſitate generata infra ipſas.

In curatione duplex eſt regimen. Vniuerſale de diæta, & purgatione varia ſecundum cauſas, à quibus fit. Particulare, ſi fuerit ex ſiccitate, oportet humectare palbebram, vt dicit Ieſus cum oleo & balneo & mucilagine fœnugræci facta cum lacte, & adeps gallinę in hoc experta, vt dicit Auic. Si autem non valet, oportet vt dicit Alcoatim, incidere palpebram, & extendere eam, & ponere in fixura lichinia tenentia plagam apertam, taliter quòd regeneretur caro & pellis, quantum ſufficiebat. Si vero prouenerit à carne ſuperflua, præcipit Ieſus eam conſumere cum pulueribus corroſiuis, vt eſt ſief viride, & id genus. Nonnulli vero carnem illam conſumunt cum cauterio ignito ſubtili: quod ſatis laudo: duntaxat quod oculus ex cauterio non lædatur. Et ſi non proſperatur, oportet, vt dicit, ſuſpendere eam cum duobus

bus

bus aut tribus vncinis: aut cum filo immisso cum acubus, & eleuare eam, & scindere cum spatumine, aut forficibus, vsquequo sufficiat: & terge sanguinem cum cotone & panno. Et post incisionē, vt locus non incarnetur, ponatur aqua cymini masticati, vt dicit Halyab. & supra oculū albumē oui. Et vltimo curetur cum sief rubeo dicto in scabie: aut cū pulcitri. dicto in ophthalmia. Caueatur tamen in excoriando & incidendo cartilagine: nam malæ consolidationis est.

De inuiscatione palpebrarum.

Inuiscatio palpebrarum est duplex: quędam fit cum tunicis oculorum: alia palpebraru n inter se, quę quidem inuiscatio prouenit ex incisione vngulæ vel sebel, seu carnis superfluæ: vel ex fricatione, & rasura scabiei, & incisione pilorū, quando oculus ligatur, & non mouetur: aut quando ponitur post operationem aliquod medium, vel aliquod acutum, vt sal & cyminum & huiusmodi.

Cuius cura est secundum Iesum, vt aperta aliqua parte immittatur stilus sub palpebra, & eleuetur, & excorietur cum stilo aut penna totaliter. Cauendo tamen cornea: quia ex ruptura ipsius causaretur exitus, & eleuatio vueæ. Et distilla in oculo aquam cymini & salis: aut interponat pannum vt Alcoatim: & desuper pone cotonem madefactum cum albumine oui & oleo ros. Et post diem tertium, cum sief viridi: & post, cum rubeo & puluere citrino curetur.

De pilis additis infra oculum inuersis.

Nascuntur pili superflui in interiori margine palpebrarum, pungentes & lædentes oculum ex multitudine humiditatis putrefactæ. Quorum cura duplex habet regimen, de diæta, & purgatione vniuersale, vt sæpe dictum est. Et particulare, quod vno de sex modis completur. Primus est quod euelantur cum digitis, aut cum pincecarolis. Et post liniatur cum sanguine ranarum, vel limatura ferri cocta cum aceto. Secundus modus est quod ipsis euulsis fricando locum, materia desiccetur cum sief de vitriolo per Iesum dictato vtili, pilis additis sulac. scabiei, vngulæ, sebel, albugini, & vstioni: quod Reci. gummi arab. dragaganthi, aloes sucotrini, viridis æris, arsenici rub. colcotar, æris combusti, trium piperum, sedeng, amyli, rubeæ tinctorum, batituræ

turæ æris combusti,ana drag.ij.sanguinis drag.acaciæ, ana drag.j.ſ.rutiæ ſpicæ,lycij,gallæ combuſtæ ana drag.j. chatinæ argenti,ceruſſæ,myrrhæ,ana drag.j.ſarcocollæ, ammoniaci,ana drag.iij.diſſoluatur ammoniacum cũ aqua rutę,& ſucco pomi citri,& alia bene pulueriza ta miſceãtur, & fiant ſief. Tertius modus eſt quod ipſis euulſis & palpebra inuerſata,locus pilorũ cũ cauterio ſubtili,cuius caput ſit curuũ,cauterizetur. Et poſt ſupra oculum albumen oui cum oleo roſ. miſtum cũ plagella cotonis apponatur. Quartus modus eſt quod conuertãtur ad exteriora per iſtũ modum. Imponatur acus ſubtilis per radicem pili ab interiori ad exterius, & pilus ponatur in foramine acus,& cum acu extrahatur:aut accipiantur duo capita pili mulieris vel fili ſerici ſubtilis,& in foramine acus ponantur & trahantur extra vſquequo faciũt anſam:& in illa anſa ponantur pili,& extrahatur anſa:& pili cum ea:& toties eſt reiterandum quouſque omnes ſint reducti ſed non per idẽ foramẽ:quia nimis eſſet amplũ:& non poſſet retinere pilũ. Et poſt eſt bonũ cũ viſco eos inuiſcare vt nõ poſsint redire. Quintus modus eſt vt pili innaturales & curuati,ducãtur ad naturales:& cũ viſco de maſtiche,thure,& aloe, ſarcocolla ,& dragagantho diſſolutis cum albumine oui,cum eis inuiſcentur,& vniãtur. Sextus modus eſt quod palpebra abbreuietur ſecundum doctrinam datam in capitulo relaxationis.

De caſu pilorum, albedine,& pediculis.

Caſus pilorum eſt duplex. quidã eſt ſimplex,& eſt de genere alopeciæ: Alter eſt cum inflatione,& quadam vlceratione:& eſt de genere ſcabie. De primo ſatis dictum eſt in alopecia. De ſecũdo in ſcabiei ſalatina. Verum Ieſus & Alcoatim cõuenerũt q̃ medicamẽ factũ ex partibus tribus oſsiũ dactylorũ cõbuſtorũ,& partibus duabus ſpicę tritis & mollitis cũ ſtilo appoſito,eſt cõueniens valde. Et ex eis quæ experta ſunt apud Auic.eſt, vt teraẽ ſpina nigra & antimoniũ,& adminiſtretur cũ radio. Denigrãtur pili ſecundũ Ieſum. ſicut de canicie capitis fuit dictũ. Appropriaẽ tamẽ per ipſum inũctio cũ oleo aut pinguedine anſeris in plumbo fortiter fricato.

Pediculi curantur etiam,vt dictum eſt ſupra. Verumtamen appropriant eis ablutionem cum aqua maris, & ſalſeis, & ſulphureis : & linitionem cum medicamine facto ex alumine,

mine, & staphide agria, & aloe, incorporatis cum oleo & aceto scillitico.

De duritie, lupia, hordeolo, grauedine, sulac, & xeruac.

Ista sunt de genere glandularum, & tumorum phlegmaticorum induratorum. Et habent causas, signa, & quodammodo curam: sicut dictum est in capitulo glandularum, & lupiarum: debent autem attentari si poterunt mollificari & resolui cum fomentatione aquę calidæ, & emplastratione cũ diachylon: aut cum opopanaco, serapino, ammoniaco dissolutis cum aceto, vt dicit Iesus. Et si non possunt resolui, in paruis post fricationem cum spatumine permittatur aliquantulum sanguinare: post desicca & cura. Et si non possunt resolui, videatur ad quam partẽ magis declinat, interiorẽ, aut exteriorem: & tunc elongentur, quantum erit possibile ab ara pilorum: quia malæ consolidationis est. Et incidatur secundum rugas & latitudinẽ oculi à lachrymali ad lachrymale quantum erit necesse ad extrahendũ. & excoriẽtur ipsa: & extrahãtur integre, si est possibile: & suatur, si necessaria & vtilis sit sutura. Et si aliquid remaneat, cõsumatur & mũdificetur cum vnguento apostolorum, aut puluere asphodelorum. Et desuper albumen oui apponatur: & pul. rub. si fuerit necessarius. Et post cum diapalma, aut consimili consolidetur.

De mora & verruca palpebrarum.

Sunt enim istæ excrescentiæ pẽdentes extra cutem, maxime illachrymalem, vt dicit Beneuenutus. Et quãdo sunt duræ, dicuntur de genere verrucarum: quando vero molles & sanguinolentæ, sunt de genere ficuum & hæmorrhoidum moralium.

Cura autem istorum est, sicut illorum cum ligatura & incisione & cauterizatione custodiendo semper oculum ab acuitate medicaminum. De apostematibus, fistulis, & vlceribus lachrymalium: & de carnositate excedente & diminuta à qua fit lachrymarum continuus fluxus, satis dictum est supra.

De

De egritudinibus coniunctiuæ quæ tredecim numerantur. & primo de vngula.

Quia de multis ægritudinibus cõiunctiuæ, vt de ophtalmia & vulneribus & tarse, dictum est supra in apostematũ tractatu, & de quibusdã aliis ægritudinibus palpebrarũ: non dicetur hîc nisi de vngula, & febel, quæ sunt magis proprie passiones ipsius coniunctiuæ. Vngula secundum intentionem Auicen. est excrescentia: quædam pannicularis procedens à lachrymali super coniunctiuã vsq; ad corneam & pupillam. Veruntamen plurimum oritur à lachrymali domestico à parte nasi: aliquãdo à sylvestri, aliquãdo, sed raro, ab inferiori, aut superiori parte. Et secundum hoc sunt quatuor species earum, vt ponit Acanamosalus de baldac. Alcoatim vero ponit duas, carnosam videlicet, & neruosam. Albuca. cũ neruosa quæ est similis siphac subtili, numerat adiposam quæ proprie est de genere macularũ: quæ quidẽ est alba similis humiditati albæ vel vini, vt dicetur infra: in qua non capitur vncus: sed abscinditur, dum tentatur eleuari. Et propter hoc dicebat Auic. ꝙ vngulæ erãt variorum colorum: quædã coloris citrini: aliquando rubei: aliquando fusci vergẽtis ad albedinẽ supple. Et cũ hoc dicebat, ꝙ quædã erãt recẽtes & lenes, quæ velociter denudãtur, & eleuãtur ex qualibet suspẽsione: quædam antiquatę & duræ, quæ nõ sunt facilis separationis.

Causa vngularum secundum Beneuenutum, sunt humores phlegmatici grossi & viscosi à malo regimine generati.

Signa earum sunt satis manifesta per ea quæ dicta sunt. Verum differẽtia est secundum Iesum inter panniculũ & cõiunctiuam, quia panniculus suspenditur cum hamo: cõiunctiua vero nõ separatur, nec immergitur in ea hamus. Et inter carnem lachrymalẽ & vngulã est differẽtia: quia vngula vergit ad albedinem: caro vero ad rubedinem: vt etiam dicit Iesus.

Iudicatur etiam per ipsum ꝙ in eleuãdo vngulã nisi caute agatur, est periculum de rumpẽdo mẽbranã maxime corneã: & in incidẽdo tantum diminuere carnem lachrymalis, ꝙ lachrymæ fiãt perpetuæ: & ꝙ vena aperiatur: & fluxus fiat difficilis, vt dicit Acanamosalus. Ergo vt consulit Iesus, oportet ꝙ caute eleuetur quãtum salubriter poterit eleuari, & residuum cũ medicinis consumatur paulatine: quia nisi tota vel cum vno vel cum alio eleuetur, reiterabitur.

Secundo, vt dicit Ieſus in curatione vngularum duo requirantur regimina, vniuerſale, & particulare. Vniuerſale de diæta & purgatione fiat ſecundum quod dictum eſt in apoſtematibus frigidis, & dicetur in cataracta. Regimen particulare completur in recentibus & lenibus mollificãdo & reſoluendo & abſtergendo, fiat ergo mollificatio cum vapore aut balneo aquæ calidæ, vt dicit Auic. Et abſterſio cum collyrio experto quod fit de ære vſto, & calcadis, & felle hirci, partes æquales miſceantur: & fiat collyrium: & ſi cum eo miſceretur modicum mellis, eſſet melius. Ad eandem intentionem ponit Ieſus ſief ruſteim vtile vngulę, ſebel, & ſcabiei, veſtigiis, lachrymis, & obſcuritati, Cuius forma Re. ſedengloti, æris vſti, cachimiæ argenti, ſalis indi, baurac, æris viridis, piperis longi, ana drag. iiij. piperis albi, & nigri, ſpumæ maris, ana drag. viij. aloes ſucotrini, ſpicæ nardi, gar. ana drag. iiij. & ſ. zinzi. bellirici, ana drag. ij. numerus medicinarum. xv. terantur & cribellentur & molliantur: & fiant ſief cum vino & aqua fœniculi. Et ad eandem laudat Alcoatim ſief viride dictum in ſcabie, & ſief de vitriolo in pilis additis. In duris vero & antiquis ſecundum Auic. eſt melior cura denudatio vel eleuatio ſeu ſeparatio, & proprie quando eſt lenis denudationis, & eleuationis. Nam quæ eſt alia, perducit ad nocumentum, vt ipſe dicit, & modus eſt duorum modorum actrium, qui vult maculam adipoſam numerare inter vngulas, vt fecit Albuca. Primus modus eſt cum ferro, & eſt ſecundum Ieſum quòd aperta palpebra quòd non inuerſetur, ſuſpendatur vngula per medium cum vnco: & extendatur ſuperius: & ſi fuerit neceſſarium addere ſecundum & tertium vncum, fiat: & ipſa ſuſpenſa mittatur ſub ea lãcea aut pluma ſubtilis, aut plana quæ tutior eſt. Et, ſi eſt neceſſe, fiat in vngula foramen à latere, per quod ingrediatur pluma: & cum ea excorietur, & ſeparetur leuiter & ingenioſe. Et poſt incidatur cum forficibus cauendo membranam: & proprie corneam, vt dictum eſt, & carnem lachrymalis. Deinde diſtilletur in oculo ſal & cyminum madefactum, vt nõ incarnetur, & ſuper oculum ponatur albumen oui cum pauco oleo, vt oculus non apoſtemetur: & patiens incitetur, vt oculum moueat, vt non inuiſcetur: & ſic per tres dies bis, aut plus remutetur. Poſt autem coretur quod remãſit cum ſief ſupra dictis & clarificatiuis medicinis quæ dicentur in maculis.

Secun

Secundus modus est cum pilo de cauda equi: aut cum serico, & est secundum Albuca. et Auic. qui etiam modum ponunt prædictum, quem modum de pilo acceptat Halya. & Alcoatim, et Brunus. Et est quod aperta palpebra et eleuata vngula cum vncino paucæ plicationis vel cum filo in medio eius cum acu imposito et ligato imponatur non per idem foramen, sed per alium aliquantulum subtus punctum fili ligati inter vngulam et membranam: quia aliter laberetur vngula à ligamento, imponatur inquam pilus: aut seta cum acu subtili modicum incuruata. Et postea capiendo pilum aut setã per duo capita, excorietur vngula subtiliter, primo versus pupillam: deinde versus lachrymale: et post vt dictum est, cum forficibus incidatur, & vt dictũ in primo modo, procedatur.

Terrius modus est cum rasoriis, et est Albuca. proprius in vngula adiposa acceptatus à multis in rasione maculaarum, vt in eis infra dicetur. Quomodo autem caro in lachrymali, et super cõiunctiuam generata remouetur, iam dictum est in palpebra supra.

De sebel.

Sebel secundum Auicennam est panniculus accidens in oculo ex inflatione venarum eius apparentium in superficie coniunctiuæ et corneæ. Et inter texturam ipsarum est apparentia, sicut nebula fumosa: et est cũ pruritu, lachrymis, vlceribus, et palpebræ grossitudine et scabiositate, ac etiam lucis offensione: et est vt dicit ipse Auicenna duorum modorum: quidam qui venit per venas interiores: quidam per exteriores, Cuius causa est capitis repletio, et debilitas oculi, vt etiam dicit.

Significatur sebel per descriptionem datam: sed eius materia designatur et modus per ea quæ dicta sunt in ophthalmia. Quando enim dicit Iesus apparent in oculo et circunferentiis venæ grossæ, et rub. dolor in fronte et superciliis, et videtur quodammodo pannus incorporatus cum palpebra: tunc significatur quod venit ab exterioribus. Quando autem venæ et circunferentiæ non sunt ita rubeæ, et adest sternutatio continua, et proprie quando videt solem, aut lumen, et dolorem in profundo cum pulsatione sentit: tunc significatur quod venit ab interioribus.

Iudicatur per Rasim vt dictum est in scabie, ℞ sebel, & scabies, graues & mansibiles passiones sunt & vix curabiles. Et per Auic. dicetur ℞ sebel est ex ægritudinibus hæreditariis quæ hereditantur: & de vno ad alium permutãtur. Iudicatur etiã per ipsum quod plerũq; accidit in sebel quòd pupillę minorãtur, & visus debilitatur: & quòd omne quod superponitur in eo, infert æstuationem & nocumentum.

In curatione sebel duplex est regimẽ, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione, & diuersione materiæ, dictum est in ophthalmia, & in vlceribus oculorũ, in scabie, & lachrymis: ad quæ capitula oportet recurrere pro subsidio istius curæ. Particulare cõpletur sicut dictũ est de vngula, excepto quod quãtum ad medicinas Auic. Alcoatim & Azaramus cõmendant tanquam expertum alcofol factum ex corticibus ouorum recentium gallinarum x. diebus in aceto temperatorum: & postea in vmbra desiccatorum & tritorum & cribratorũ, vt fiat alcofol. Ad eandem intentionem laudauerunt omnes sief ru. viride rusteim & sief de vitriolo dicta superius. Et pul. basiliconis vtilis sebel, & vngulæ, scabiei, & lachrymis. Cuius forma secũdum Iesum, Reci, piperis, zinz. myrobal. citrinorum, indorum, remotis ossibus, ana drag. v. aloes, sucotrini, dra. j. & ʒ. spumę maris, drag. vj. minij drag. v. casiæ ligneæ, gare, ana drag. iiij. salis ammoniaci, drag. j. medicinæ terantur, & cribrentur, & eis vtitor.

De ægritudinibus corneæ, quæ decem numerantur. Et primo agetur de maculis.

Aegritudines corneæ etiam multæ sunt, verum de aliquibus dictum est supra, vt de sanie retro corneam de bothoribus, vlceribus, rupturis. De maculis autem & cataractis hic dicetur. Intelligendum tamen quod macula quam Iesus vocat bothor, est quodammodo genus ad vestigium, seu cicatricem, punctum, albulam, & nebulam, pannum, tulam, seu peciam quam vocat vngulam adiposam. Et Beneuenutus flosculum niuis, squamam seu lenticulam, aut perlam, parũ differentes: nisi secundum magis & minus. Sunt enim omnia albedines quædam sine concauatione & notabili eleuatione in cornea generatæ. Quæ quidem maculæ aliquoties supra pupillam exeunt, & tunc nocent visui. Aliquoties in circuitu corneæ: & tunc non multum nocent. Et quædam

earum

earũ sunt subtiles, quæ non transeunt superficiem corneæ, quædam vero sunt grossæ, quę primum aut secundum corticem transeunt: & quædam sunt planæ: & quædam quodammodo eleuatæ & bothoratæ: ac si in eis esset aliqua materia indurata, & infiltrata.

Causæ earum sunt primitiuæ, vt apostema, vulnus, & percussio, frigus, calor excessiuus. Antecedentes sunt humores grossi in oculum descẽdẽtes. Cõiũcta vero causa ipsarum est materia in loco inuiscata & indurata: aut cicatrix quæ post consolidationem vlceris in loco remansit. Ex quibus apparet q̃ duæ sunt species istarum macularum, vna petialis & telaris: alia cicatrizalis.

Signa macularum sunt manifesta ex præsentia singulariũ: quia maculæ sunt extra ad differentiam cataractarum, & saniei, & albedinis crystallinæ, quæ sunt retro corneã: albę sine concauatione ad differentiã vlcerum quæ sunt albæ cum concauatione. Nam sicut superius dictum est de vlceribus oculorum, vlcera corneæ sunt alba, cõiunctiuæ, rubea. Et etiã sunt sine eleuatione notabili, ad differentiam bothorum alborum, qui sunt eleuati, & notabiliter pustulati. Signũ quod materia descendit à cerebro, est apparitio quarundã venarũ quæ descendunt per coniunctiuã ad ipsam. Signum autem quod sit cicatrix, habetur per formã oblongã, & per vlcus, & per ea quæ pręcesserũt. Iudicatur quòd maculæ cicatrizales, vt in de vlceribus dictum est, nõ possunt deleri: imò dum magis roduntur, magis postea augmentantur. Amplius maculæ antiquæ, & in prouectis, vt ponit Alcoatim, & quę corruperunt substantiã corneę, non curantur. Membrum enim est spermaticum: & corruptum non generatur homogenię: sed heterogenię: & per alienam substantiam: vt etiam dictum fuit. Decorari vero & tingi possunt, vt dicetur.

In curatione macularum duo sunt regimina, scilicet vniuersale, & particulare. Vniuersale de dięta, & purgatione fiet secundum qđ dictum est in apostematibus frigidis, & dicetur statim in cataractis: non obstante q̃ Iesus dicit, q̃ purgatio in maculis non habet locum, nec necessitatem nisi oculus calefieret: quòd leuiter contingit in maculis venatis: quarum materia à cerebro descendit.

Particulare regimen in ea quæ recens est, & subtilis completur lambendo & abstergendo cum lingua, vt faciunt

mulieres,aut ſecundum Aui.& Alcoatim,vt oculus ſuffumi getur cum aqua calida,& vtatur balneo, & collyrizetur ocu lus cum aqua papaueris rubei & centaureæ minoris miſtis cum melle.Et ſuccus linguæ paſcerinæ (quam Dioſcorides vocat polygoniã, & vulgus hirundinariam) facit mirabilia in iſto caſu:vt Gordo.teſtatur.Et puluis nabatinus, quẽ Beneuenutus facit de zucha,candia aut caffatiua,in hoc eſt pretioſus.nam mollificat & abſtergit abſque dolore:& propter hoc vocatur clarificatiuus:& quãdo miſcetur cum fumo ligni aloes,eſt multũ cõfortatiuus,& ſi cum eo miſceatur ſpuma maris,ſarcocolla,& ſtercus muris,vt facit Raſis, eſt magis abſterſiuus. Et Ieſus ponit cum eo cortices ouorũ præparatorum,vt docet. Et illa roſa anglicana Re.ceruſſę lotæ partes duas.floris æris partẽ j.terãtur contritione vltima,& ponãtur in vaſe æneo mundo cum vino albo, & ſucco rutæ,& chelidoniæ,& dimittatur per diẽ,& noctem,deinde cũ panno diſtillando coletur,& fiet aqua,quæ in oculis ponatur.& tutia alexandrina cum camphora & modico de zinzib.& pipere puluerizata & miſta ab Acanamoſi laudatur. In macula vero groſſa & antiqua ſi fuerit venoſa, conſulitur quod præmiſsis vniuerſalibus,colligantur illæ venæ, & ſuper cõiunctiuam incidantur,& reliqua fiant quæ dicta ſunt in eleuatione vngulæ. Et poſtea etiam aliæ groſſæ in quibus non ſunt venę,fortioribus indigẽt medicaminibus. Quare oportet quod primitus mollificẽtur cum euaporatione decoctionis paleæ hordei,viol.chamomillæ,meliloti,maluarũ,& fœnugræci. Et cum aqua decoctionis prædictæ oculus fomentetur,deinde abſtergatur cum pul.iſto.Re.oſsis ſepiæ, dra. j.zinzi.al.dra.ſ.piperis,ſcru.j.fiat puluis bene ſubtilis:& ſupra maculam modicum cũ proba lata ponatur, & clauſo cũ palpa digiti ſuper palpebrã aliquãtulum fricetur. Et omnes medicinæ eradicantes vngulam,ſebel,& ſcabiem, ſunt maculis conueniẽtes. Et propter hoc dicebat Ieſus,quod intentio tua ſit quãdo volueris eradicare albedinẽ & bothor,℞ poſt egreſſum balnei vtaris ſief viridi dicto in ſcabie,& poſt hoc cõfectione muſchati.Cuius forma minoris R.ſtercoris lacerti,dra.iij.nitri,dra.v.ſpumę elgagner, corticis oui ſtruthij,ana drag.iij.margaritarũ non perforatarum, tutiæ,coralli,ana drag.ij.& ſ.viridis æris,drag.j.vſneæ, drag.ſ. muſchi grana ij.ſumma medicinarũ x.terantur, & vtantur. Ad

eandem

eandem intentionē conueniunt Rasis, & Aui. & Azaram in confectione de massacumia: & eam acceptat Lanfr. pretiosam super alias. Cuius forma secūdum Heben Mes. Re. massacumie, & est vitrum male coctum secundum Dynum: loco cuius accipitur rascatura viridis vasorū vltramarinorū, stercoris lacerti, spumæ maris, baurac, zuchari tabarzet, ana partes æquales. terātur subtilissime, & ponātur in vna lib. aquę decoctionis fœniculi, chelidoniæ, acori, ana vnc. j. tantū decoque quousque redeat ad vnc. iij. cōterantur insimul, & cōterēdo exiccētur, & fiat alcofol, & vtatur. Et si in macula fuerit tumefactio, & aliqua materia incluſa: tunc in ea cōferunt medicinæ quæ resoluunt bothores & sanię retro corneā: de quibus fuit dictū supra: & medicinæ quæ sunt ad cataractas, & in hoc habet prærogatiuā balsamus, & si cum hoc ponatur puluis auri triti, facit consiliū Alcoatim in antidotario suo. Et fimus hirundinū confectus cum melle est in hoc certus, vt dicit Azaramus, & Iesus idē concesit. Et si macula est adiposa, & venalis, confert radere ipsam cum rasorio vice post vicem, vt docet Albuc. in cap. vngularū: & est quod aperta palpebra accipias spatumen subtilem, & rade cum eo vngulam vel maculā illā cum subtilitate, deinde appone collyria abstergentia & sedātia supra dicta. Et toties reitera operationē super illud, donec remoueatur totū eius, nisi contrarius sit tibi in oculo dolor, aut apostema. Et tunc primo curentur illa, & post reiteretur operatio donec sanetur. In casu autem, in quo prædicta non cōferunt, cōsulitur decoratio & tinctura per magistros. Ad quod Iesus commendat lac assinarum, & istud alcofol. Re. gallarum, acaciæ, ana partem j. calcanthi partem ß. fiat alcofol. Et ad idem florum malorum granatorum, calcadis acaciæ, gummi arab. ana drag. j. gallarum, drag. ij. antimonij, drag. iij. terantur, & fiat sief cum succo florum papaueris.

De cataractis & gutta serena.

Cataracta est quædam macula pannicularis infra oculum coram pupilla, quæ visum prohibet ex humiditate extranea descendente in oculum diuturnitate temporis frigiditate oculi congelata. Quæ quidem humiditas, quia aliquando descendit de humoribus ipsius oculi, maxime albugineo vt innuebatur in quarto de ægritudi. & symptomate, dicitur

fieri de cauſa priuata, aliquãdo vero deſcẽdit de ſtomacho & cerebro in forma fumi ſeu vaporis, & poſt infra oculum in aquã cõuertitur: dicitur in quarto interiorũ fieri de cauſa cõmunicata. Vtrum autẽ iſta humiditas cõgregetur inter corneam & vueã, vt probat Ieſus: vel inter albugineum & cryſtallinũ, vt innuebat Gal. quarto vtilitatũ, nõ curo determinare ad præſens. Intelligendũ tamẽ quod cataracta ſecũdum tria ſua tẽpora, tria ſortitur nomina. Quantũ ad ſui principium, dicitur imaginatio ſeu phãtaſia, quia facit apparere in aere diuerſas res, quæ nõ ſunt. Quãtum ad ſuũ medium, dicitur ſuffuſio, & aqua deſcẽdẽs, & quodãmodo gutta, eo quia videtur infra pupillã, vt nebula aquoſa. Quantũ ad ſui finẽ, dicitur cataracta: quia prohibet viſum, vt cataracta molendini. & cataracta cœli prohibet ſolẽ. Ipſa etenim cataracta ſecundum Gale. vbi ſupra, prout dicit etiã Auic. diuerſificatur quãdoque in quãtitate, quãdoque in ſubſtãtia, quãdoque vero in qualitate. Secũdũ quãtitatẽ vero, quia quãdoque eſt ita magna, quod occupat totã pupillã, & prohibet totũ viſum: quãdoque vero nõ occupat niſi partẽ: & tũc res vidẽtur diuerſarum formarũ, lunares, feneſtratæ, oblongæ, & id genus. In ſubſtãtia vero ſumit diuerſitatẽ: quia quãdoque eſt ſubtilis & mobilis, & tũc vidẽtur res obũbratę, ac ſi pãnus eſſet ſuper oculum. Et aliquãdo vidẽtur res ſimiles cordis, pilis, muſcis, & radiis deſcẽdentibus & aſcẽdentibus, & lacerantibus ſecundũ quod materia mouetur, quãdoque vero eſt ita groſſa, quod formæ rerum nõ apprehẽduntur. In qualitate etiã diuerſificãtur: quia quãdoque eſt cineritia, quãdoque cœleſtina, quãdoque alba, quãdoque citrina, quãdoque nigra & ſerena. Aui. vero ponit ſex varietates colorũ cataractarũ, quia diuidit albã in margaritalẽ & gypſealem. Beneuenutus ſeptẽ quia addit viridalem. Alcoatim ponit decẽ, quia addit rubealem, & argẽtinam, & vitrealem, Ieſus ponit duodecim: quia addit ſimilem argento viuo, & liuidam. Acanamoſis nõ ponit niſi quatuor humores.

Cauſæ iſtarum cataractarum quædam ſunt primitiuæ, vt caſus, & percuſsio febris, dolor capitis, frigiditas nimia, & oculi debilitas. Quædam ſunt antecedentes, ſicut mali fumi vaporoſi à malis humoribus & groſsis cibis, & male digeſtis eleuati. Quædam vero coniunctæ, & iſtæ ſunt materiæ exiſtentes in oculo.

Signa

Signa cataractarum confirmatarum satis sunt manifesta, ex dicta descriptione. Distinguitur tamen cataracta à gutta serena, quia in cataracta videtur macula infra pupillã, & apprehenditur, & ideo dicitur serena, vel enim spiritus visibilis non venit propter oppilationem nerui optici, vt in quarto dicitur interiorum, vel si venit, cataracta est nigra, & non apprehenditur, vt Beneuenutus testatur. Signa vero cataractarum non confirmatarum, sunt conturbatio pupillæ, minoratio visus, & apprehensio idolorum, & phãtasiarum dictarum in aere. Signa vero distinctiua propter causam priuatã habentur in quarto interiorum. Et sunt tria in summa. Primum quidem quia imagines quę in cacochymia ventris fiũt vtrisque oculis æqualiter contingunt, quæ vero propter causam oculi, in altero solo. Secundo vero secundum tempus. Si enim trium vel quatuor mensium aut ampliorum steterit, & nihil appareat nebulosum in oculo, à ventre procedit. Si vero apparuerit aliquod nebulosum, ab oculis venit. Tertio propter periodum. Si non continuatur phantasia, sed aliquãdo interpolatur, maxime post bonas digestiones & assumptionem hierarum, & sentiunt hora aduentus, mordicationem in stomacho à ventre procedit. si vero non interpolatur, neque per bonũ regimẽ, neque per euacuationes: nõ secundum compassionem, sed secundum dispositionem propriam scire oportet hæc contingentia in oculis. Et ad hoc adducit testimonia quorundam quos curauit per literas in aliis regionibus. Signa quando venit post cerebrum infectũ & turbidum: sunt febres phreneticæ, scotomiæ, dolores fortes in capite, & læsiones operationum hegemonicarum, id est principalium animæ, vt Gal. ibidem. & in tertio de ægritudine & symptomate declarat per exempla. Iudicatur quod gutta serena non curatur, quia est oppilatio nerui, aut materia mala & inepta ad operandum. Iudicatur quod cataracta quæ non dilatatur clauso alio oculo per aliquam fricationẽ & compressionem, neque sufflationem aliquam, & nihil videt, est nimis dura & antiquata, quare non est subiicibilis acui, neque potest deponi bene. Et si deponitur, statim reuertitur & reascendit. Iudicatur quod cataracta, quæ cum dilatatur per fricatiõnem, non constringitur, sed remanet sparsa, & vidit adhuc formas rerum, & non transit tres aut quatuor aut quinque annos, sicut dicit Acanamosis, est nimis tenera:

& non est cõfirmata. Et ideo non est subiicibilis acui neque operãda: quia nõ posset duci cum instrumẽto, instrumentum enim trãsiret per eam, sicut per aquã non bene gelatã. Iudicatur quod cataracta quæ est boni coloris aerei vel cœlestini cum quadã albedine, & reducitur ad formã suam, quãdo dilatatur, & videt aliquã claritatem vel trãslucentiam, est mediocris, & satis confirmata, quare est obediẽs, & subiicibilis ad operãdum. Iudicatur etiam quod cataracta cuius pupilla per fricationẽ neque per sufflationẽ, neque per alterius oculi clausionẽ nõ dilatatur, nõ est acceptabilis: quia est cũ oppilatione nerui optici: & posito quod deponeretur, nõ videret aliquid. Iudicatur per Beneuenutũ, quod cataracta nigra serenata & citrina, & cuius pupilla est tota dilatata, nõ est laudabilis. Iudicatur per Alcoatim quod cataracta quæ fuerit in homine habẽte oculos malos, aut habente dolorẽ in capite, aut in oculis, vel tussim, vel sternutationem, vel rheuma, vel vomitũ, aut aliquã infirmitatem molestã, non est operanda, quia periculum est de cõmotione accidentis, & reditione cataractæ. Iudicatur etiã per Iesum & Alcoatim, quod cataracta, quæ fuerit à casu, & percussione, non est laudabilis: quia humores oculorũ sunt trãsfusi & resoluti. Et ideo post depositionẽ parum aut nihil vident. Nõ secures te in opere cataractarum: quia medicinæ in eis parum proficiũt: & operatio cum acu est satis deludosa: præcipue quãdo non est bene indicata Propter primum dicit Gal. in quarto miamir, quod promissiones omnium ipsarum medicinarũ sunt magnæ: operatio vero ipsarum aliquãdo quidem nulla, aliquãdo valde parua. propter hunc sermonem omnes valentes viri operationẽ cum ferro cursoribus dimiserunt. Iudicatur tamen per Auicẽ. quod quando succurritur aquæ, in principio sui confert in ea regimen, & hoc probat per hoc, quod vidit in quodam homine de his qui habent memoriam & intellectum. qui curauit seipsum cum euacuationibus, & abstinentia, & administratione collyriorum subtiliãtium & resoluentium. quando autem est confirmata, non est cõueniẽs, vt dicit, nisi cura cum instrumẽto. Tempus cõgruum ad deponendum cataractas debet esse clarum, serenum, quietum, septentrionale, non meridionale, vt dicit Iesus, hora tertia mensis Maij vel Septembris, vt dicit Acanamosis: eo quia tũc nõ sunt nubes, neque tonitrua, neque caliditates, neque frig

frigiditates intenſæ quæ lædant patientes. Inſtrumentum cum quo deponitur cataracta, arabice dicitur elmadac, latine acus. Et debent eſſe mediocriter ſubtiles, & longæ extra manubrium ad longitudinem vngulæ pollicis: & manubriū debet eſſe leue, aptum ad tenendum. Et licet Beneuenutus eas eligat de argento, & Acanamoſis de auro: plus mihi placent de bono ferro tractabili, & non frangibili.

In curatione cataractarum duo ſunt regimina. vniuerſale videlicet & particulare. Vniuerſale regimen habet diætam, & euacuationem. Diæta autem ipſorum eſt duplex. vna ante confirmationem, alia poſt confirmationem & operationem cum ferro. Ante autem cõfirmationem ſi quis vult eam curare cum medicinis: oportet quod teneat bonam diætã, & bonum regimen in ſex rebus nõ naturalibus, & tribus non neceſſariis, quæ ſui generalitate ſunt illis annexæ, declinantes ad caliditatem & ſiccitatem cũ ſubtiliatione: vt eſt aer, cibus, & potus, inanitio, & repletio, ſomnus, & vigilia, mutus, & quies, & animæ accidentia, obuiatio rerũ ab extra, balneatio, & ad ſolẽ & ad lunam ſtatio: hæc enim ſunt res à quibus eſt impoſsibile hominẽ egredi in toto tẽpore vitæ ſuæ. Verum quia de ordinatione iſtarũ rerum quantum ad iſtũ caſum prẽcipue quantum ad cibaria Gal. fecit libellum ſpecialem de ſubtilianti diæta vocata: & magiſter Arnoldus etiam fecit de hoc tractatũ: & ego pro illuſtri Ioãne Rege Boemiç, & cũ hoc domini phyſici in hoc ſunt vocãdi: et ſatis dictum eſt de hoc in apoſtematibus frigidis: de exquiſita ordinatione ſuperſedeo quantũ eſt de prẽſenti. In ſumma tamẽ dico ꝙ eſt cauendũ à cibariis, quæ in ſe iſtas tres aggregãt proprietates. Quarum prima eſt humoroſitatẽ et cruditatẽ, vt ſanguis generatus ab eis non ſit phlegmaticus: Secunda groſsitiem & vaporoſitatem, vt nõ offendãt ſtomachũ, neq; caput: Tertia eſt, conſtrictionẽ: imò laxent, ventrem, vt materiã vicem vice poſt non continuent. Et propter hoc frigidus et humidus aer, et panis crudus, & azymus, et legumina, caules, caſeus, fructus, carnes groſſæ et viſcoſæ, et pinguedo: Inſuper piſces, et potus aqueus, turbulentus, crapula, et indigeſtio eis à communitate medicorum inhibentur. Raſis tamen in ſpeciali dicit, quod acuta quoque ſicut cepe, et allia, ſinapis, & eruca atque porri, nocumentum in capite adducunt, & oculos obſcurant propter caliditatem quam habent

habent vaporosam, vt Auenzoar dicit. Iuuant autem tales abstinẽtia maxime serotina,& sobrietas in potu,& vsus fœniculi de quo dicit Democritus,vt Auic.testatur,quod repti lia venenosa cęcata in terra tempore hyemali dum egrediũtur de cauernis in vere,comedunt & fricant oculos cum ea, & recuperant visum. Et comestio herbæ adil.quã credo euphragiam,in hoc mirabile dat iuuamentum, vt dicit Hebẽ Mesue:& brodium raparum in quo columbi ablatis capitibus sint decocti,laudãtur ab Auenzoar experta.& hepar hircinum assatum comestũ, & liquor collyrizatus valet in nyctylope quę ex humiditate vicinante isti casui,vt in miamir & vndecimo medicinarum dicebat Gal. Et si lardatur cum pipere longo & sale nitro,melioratur eius effectus secundũ Auic.Et exercitare oculos in legendo literas non subtiles, & in respiciendo quid de picturis,proficit & corroborat visum, vt dicit Rasis. Et submergere oculos apertos in aqua decoctionis croci confert,vt dicit Auenzoar. & probatũ est miro modo. & sicut Auic. apertis oculis ingredi & submergi in aquam claram viridem:& stare per horam in visus confortatione laudat proprie in iuuẽtute & æstiuo supple tempore:ita ego in disgregatione aquæ idem, duntaxat quod aqua non sit frigida,& sit in vase viridi,aut citrino:& inspicere fortiter in oculis asini syluestris disgregat aquam,vt dicit Auenzoar.& speculum de chalybe laudant ad hoc perspectiui. Et magister Arnoldus dicit,quod herbarum viriditas, aquarum paruitas, gemmarum pretiositas, intuitum refocillant:& per consequens aquã digerunt & resoluunt:& fricatio pedũ,& lotio capitis atque pectinatio,materias ab oculis & à capite euacuant,& diuertũt,vt idem dicit. & frequẽs inspiratio pueri,qui semen fœniculi,aut aliquod acutũ masticauerit,in oculis aquam digerit & consumit,vt docet experientia manifeste. Vsus vero seminũ subtiliantium aquã cõsumit & dispergit,Et ideo drageta conſulebatur per Thadeum de semine fœniculi,anisi,ameos,sileris mõtani, zinz. cubebarum,gar.piperis longi,nucismuſ.radicis chelidoniæ, euphragiæ,rutæ,betonicæ,hasceregię,& id genus.Et de his potest fieri puluis aut electuarium.& vti mane & sero modicum sine potu. Euacuatio autem fiat prædigesta materia cũ aliquo conuenienti & approximato cum hierapigra,aut pilulis cochiis siue aureis. Deinde purgetur caput cum pilulis

diaca

diacastoreis dissoluta vna cũ succo maioranę:& hoc est quod Auic. dicebat. In præcedentibus vero aquam, oportet vt incipias & corpus mundifices,& proprie solũ. Deinde venias ad mũdificandũ caput cũ gargarismis & caputpurgiis,& masticationibus. Et oportet vt illud fiat frequenter valde secundũ quod dicit. Nam scriptum est patientẽ in oculis à diarrhœa accipi bonum est. Regimen autem quod competit in cataracta confirmata, est quod in casu in quo erit suspitio, quod nõ fuerit bene firma, vtatur piscibus & cepis & alliis:& aliis rebus prohibitis superius, vt in ea addatur,& firmior fiat. & hoc etiã quod dicebat Auic.& quãdo volũtas adest, vt fiat cura cũ instrumẽto, permittitur habenti aquã, vt nutriatur piscibus recentibus & cibis humectatiuis: deinde fiat cura. Sed regimẽ quod competit post depositionẽ cataractæ, est quies, silentium,& obscuritas. & iaceat in lecto capite eleuato. & parũ comedat:& quæ comedit sint mollia, quæ non indigeãt masticatione, vt pulmẽta, oua sorbilia:& aqua sit potus eius, vt dicit Iesus, aut vinum acerbum, vt Alcanamosis. Particulare regimen in principio antequã aqua sit congelata, fiat cum medicinis subtiliatiuis, incisiuis,& cõsumptiuis. Et incipiat primo secundum Auic. à lenitiuis, sicut fœniculus cum melle,& oleo,& si oleũ esset balsamus, esset spes in illo. & Gal. in miamir,& 14. therapeu. appropriat collyriũ de myrrha, in quo recipitur libanorum, galbanum, crocus,& similia. Et Rasis commendat collyrium de fellibus. Re. fellis gruis, accipitris, aquilæ vel hirci, vnum vel duo vel plura in vase æneo desiccatorum partes decem, colocynthidos, serapini, euphorbij, ana partem. j. terantur:& cum aqua fœniculi,& rutæ fiat collyrium. Ad eandem intentionẽ dictat Iesus sief quod Re. fellis vaccæ vnũ numero, assæ fœtide, drag. j. balsami, drag. 5. dissoluantur in vase vitreo,& permittatur desiccari: & fiat sief. Et ad eandem intentionem valet sief burud de succo rutæ & fœniculi & basilicon & aqua magistri Petri Hispani, & omnia talia, quæ visum acuunt & confortant.

Regimen autem particulare postquam cataracta est confirmata & bona,& subiicibilis indicata: est quod clysterizato patiente & phlebotomato, si videtur expedire,& constrictis temporibus,& fronte cum aliquo emplastro constrictiuo, vt aliqua occasione non moueantur humores, neque descendant ad oculos: & ipso ieiuno existente, & consolato,

sano,

sano, omni alia passione, priuato, die pulchra, in tertiis, luna crescente, non in ariete peragrante, altero oculo ligato, constituatur in loco bene claro à parte locis, super scamnũ bene firmatum equitando, & retro ipsum sit bonus minister, qui teneat sibi caput bene firme: Et tũc operatur postquam masticauerit semen fœniculi, vel allia, vel aliquod acutum coram patiente, sedeat aliquantulum altius patiente in eodem scamno tenendo patientis manus subtus genua eiusdem patientis. Et operator amplexetur genua patientis cum tibiis suis: & tũc aperiatur patienti oculus cum altera manu: operatur enim dextrum oculum cum sinistra manu: & sinistrũ cũ dextera: & aperto oculo insuflet in eo ter vel quater, vt cataracta motũ cum calore recipiat. Deinde præcipiat patiẽti vt vertat oculum versus nasum: & teneat ipsum firmũ. Et tunc in nomine domini intromittat retornando acum per medium coniunctiuæ, deuiando venulas ipsius, impingendo & perforando intus quousque percipiat acum esse in vacuum: & post vertat acum versus corneam: & quando videbit acum intus per corneam, impingat eam vsque ad medium pupillæ, & aliquantulum plus: & tunc quodammodo plicando cataractam, reponat & trãsponat eam inferius. Et hic tantum eam teneat cum acu quantum diceret pater noster: ter, aut vnum miserere. & si cataracta resurgit, toties eã cum acu capiat, quod inferius remaneat. Cauendo tamen de dilatione vuæ & tactu crystallini. Et postquam bene firmata fuerit, & non resurgit: extrahe acum, voluendo sicut eam intromisisti: & tunc ad extollandum artem tuam, obumbrato oculo cum caputio suo ostende sibi signum solũ semel, & dicas quid est. & tunc deo benedicto, ponatur super oculum albumen oui cum cotone: & ligentur ambo oculi, vt vnus alium non moueat, & quiescat: & ducatur caute ad propinquum lectum, & vt est dictum, regatur. Prima die nihil comedendo. Et non remutetur vsque ad crastinum, vel ad tertium diem, vt dicit Iesus: & tunc remutetur vt prius. & sic bis in die, sine hoc quod aperiatur oculus, remutetur vsque ad nouem dies: & tunc lauato oculo suauiter cum aqua frigida, paulatine ad suas redeat operationes. & si cataracta resurgeret post primam remutationem & sedationem laboret, iterum deponatur si est possibile per idem foramen: & per eundem modum. Iesus autem & Auic. eam

transf

transponere præcipiunt inter corneam & vueam quod est mihi,& Alcoatim, & Beneuenuto difficile:& aliqui ex Græcorum antiquis, vt recitant Albuca. Auic. faciendo foramen subtus corneam cum acu anulata, eam fugendo extrahebant:quod non laudo,quia forte cum acu egrederetur albugineus,& esset error nouissimus peior priore.

De ægritudinibus aliarum particularum intrinsecarum oculi,ex quibus prouenit debilitatio,& nocumentum in visu.

Debilitas & nocumentum in visu à particulis intrinsecis prouenit vno modo à mala dispositione pupillæ:quia nimis ampla. & dicitur ab Auic.alintisar: quæ semper est nociua, vt dicitur in quarto de ægritudine & symptomate: aut aliquando est nimis stricta:& dicitur constrictio,quæ à natiuitate laudatur.post vero vituperatur,vt dicit ibidem. Secundo prouenit causa humoris albuginei: quia nimis grossus, aut subtilis in substantia,aut alteratus in colore: & hoc est causa multarum phantasiarum similium suffusionibus. Tertio causa crystallyni propter easdem dispositiones, aut propter ipsius trãspositionẽ. Quarto causa vitrei,propter etiam easdẽ dispositiones. Quinto causa spiritus non quia multus, & subtilis,etenim tunc longe subtilia videt & discernit: sed quia paucus & subtilis,& tũc discernit prope,& nõ videt lõg: ut quia grossus & multus,& tũc lõge:videt,& male discernit:autquia paucus & grossus,& tũc neq; lõge videt,neq; lõge discernit:prout hæc legũtur in quarto de ęgritudine & symptomate.ex grositie humorum & spirituum prouenit nyctylops, quæ est male videre post solis occasum, vt dicit Rasis.propter autem subtilitatem & paucitatem alihabar, quæ est videre de nocte, & non de die, vt dicit Auic.Sexto modo prouenit nocumentum propter neruum opticũ: quia est dyscrasiatus vel oppilatus.

Et causa istarum dispositionum aliquoties est priuata in substantia particularum congesta. Aliquando communicata à capite vel stomacho vel à vapore toto. Et sunt vt plurimum repletionales,quę proueniunt à crapula,indigestione, & à cibariis grosis, & ventosis in cataracta specificatis, & à dormitione nimia, maxime post comestionem immediate, & à dormitione capite inclinato,& toto calciato, & longa mo

ga mora in tenebris,& à vento frigido,fumo puluere,& cõsimilibus. Aliquoties sunt inanitionales,vt à nimia euacuatione & ventosatione retro collum,à coitu, labore,fletu, à longa ægritudine,ab igne, & nimia inspectione claritatis, & solis & lunæ,& ab vsu salis,& piperis, & fortium spicierum,& id genus.

Signa debilitatis sunt nota patienti:sed ex quibus prouenit altioris est speculationis.

Curatio specialis & exquisita ad dominos physicos pertinet:quia in talibus non cadit operatio manualis. In genere tamen si debilitas prouenit propter res manientes,conforte tur oculus cum quiete,& ocio,& cibis humectantibus,& balneis,& fomentationibus factis circa oculũ cũ aqua tepida & lacte:& si fuerit propter res replentes,intendatur ad dietam tenuem:& ad purgationes dictas in cataracta,& ad clarificãdum oculos cum collyrio de fellibus auium viuentium de rapina, & balsamo. Nihilominus gratia doctrinæ ponam hic tria auxilia ad prędictas tres intẽtiones complẽdas mihi multum consueta. Quorum primum est Heben Mesue electuarium alasit.i. boni saporis,educens superfluitates à toto corpore maxime à capite,cõfortans visum, & omnes sensus, retardans caniciem,& iuuentutem conseruans, Reci. corticum myrobalanorum citri chebulorum, emblicorũ puluerizatorum,& cũ oleo amygdalarũ fricatarum,& post desicca tarum:deinde cum aqua zucharata tãtum lauentur quousq; suã deposuerint amaritudinẽ, ana vnc j. turbit albi & mundati,vnc.ʒ.mastiches,liquiritiæ,zinzib.galangæ, cinnamomi,ligni aloes,gariophyllorũ,piperis,cubebarũ,macis, pilorũ spicæ, se.fœniculi,ana drag.ʒ.zuchari tabarzet quartã. ʒ. pinearũ purgatarũ, vnc.ʒ.mellis antoracei dispumati quod sufficit.fiat electuarium,de quo post mediã noctẽ semel aut bis in septimana detur vnc.ʒ. Secundum est confectio eiusdem,addens in visum,& cõferens tenebrositati eius.Re. eufragię,se.rutæ ana drag.vij.& ʒ.siseleos,calamẽthi, pulegij, zinzi.cubebarum,nucismus.ana drag.v.crystalli, margaritarum,ana drag.ij.scebram, mastiches,serpẽtis combusti, ana drag.j.& ʒ. croci. drag.j. balsami grana v.panis zucharati: quod sufficit.fiat electuarium, de quo detur quolibet mane vnc.ʒ. Tertium est collyrium burud Ioannis Heben Mesue & cõmunitatis,acuens & cõseruãs visum.Re.succi fœniculi

lib.

lib.ij.ſucci rutæ lib.j.vini malorum granatorũ lib.ſ.mellis quartã ſ.piperis longi,aloes ſucotrini, ſalis armoniaci, ana dra.ij.tutiæ prẹparatæ,dra.j.miſceãtur puluerizata in phiala vitrea ad ſolem per tres menſes,abiiciatur fæx, & conſeruetur. Ad eãdem intentionem ſunt aqua fœniculi,rutę,chelidoniæ, euphragi,verbenæ , & aqua pretioſa magiſtri Petri Hiſpani,& conſimilia. Et ſi iſta non valent , ad ocularios vitri,aut berillorum eſt recurrendum,

Pars tertia de ægritudinibus aurium.

AEgritudines aurium quæ paria nocumenta actioni auditiuæ faciunt , ſicut & ægritudines oculorum viſiuę: ſurditas videlicet & grauedines atque prẹterauditiones, vt per Galen.in tertio de ęgritudine& ſymptomate dicebatur: ſunt ſecundũ eundẽ Gal.in quarto,quædã in proprio organo ipſius auditus,quod eſt porus neruoſus:quędã in coadiuuãtibus particulis,quę ſunt foramẽ.& anfractus,& ſubſtãtia auriculæ:quædã in virtute à cerebro deſcendẽte. Et iſtæ ægritudines ſunt aut ſecundũ dyſcraſias maxime frigidas, vt dicit Auic.aut ſecundũ vnionis ſolutionẽ præcipue vlcera, aut ſecundũ abſtractionẽ ab intrinſeco factã ab apoſtemate, vel aliquo humore vel vẽtoſitate ſeu ſanie,ſanguine, vel ſorde, verme,ſeu verruca,aut carnoſo vel panniculoſo germine ſupernutritis; & etiã ab extrinſeco,velut aranea,pulex, aut lapillus,ſeu nucleus,& granũ puluis,ſeu aqua ſubingreſſa.

Ex quibus apparet manifeſte ꝙ cauſæ ægritudinũ aurium, quædã ſunt primitiuæ,vt caſus,percuſsio,& regiminis malitia:quædã antecedẽtes,vt mali humores vaporoſi.Cauſæ coniunctæ ſunt res, quæ in auribus aggregantur.Et iſta quando ſunt ex natura particulæ,dicuntur proprie tales & priuatæ: quãdo autẽ veniũt aliũde,velut à ſtomacho ſeu à capite, ſunt compaſsionales & communicatę:& tales ſuum habent fieri, & factum eſſe,vt de oculis dicebatur.

Signa paſsionum aurium quæcunq; in ipſis quæ videtur concauitatibus auriũ fiunt,logica non indigent cognitione ; in quarto interiorũ:quę autẽ nõ apparẽt,per nocitũ auditũ apprehẽduntur.Nã q nõ audiũt paruas voces,neq; vix magnas, ſubſurdi ſunt:aut paulatine ſurdi perficiũtur:vt in tertio mia mir dicit Gal.Qui aũt apprehẽdũt ſonos phãtaſticos,pluuioſos , & clãgoroſos ſeu ſibiloſos:tinnitũ, & prætauditiões,

seu pmutationes auditus patiũtur, vt dicit Gal. & Auic. Causa à qua sit, designatur à suis symptomatibus. Vt si est ab apostemate, est cũ febre & dolore & extẽsionib⁹ & grauitatibus atq; pulsationibus, & aliis accidẽtibus dictis superius in aurium apostematibus. Si vero fuerit materia frigida, sentitur grauitas cũ frigiditate. Et si calida: ardor & pũctura: & antecessit fluxus sanguinis, aut febris cholerica: cuius materia ascendit ad aures, vt in quarto dicebatur aphorismorũ. Si est à vẽtositate; est cũ sono & tinnitu. Si ab vlcere: est pruritus doloroſus. Si vero fuerit à verruca, aut re aliqua ingressa, scitur per patientẽ, & per inspectionẽ ad solẽ, trahẽdo aurẽ, & ampliãdo cũ speculo, aut alio instrumẽto. Si fuerit vermis: sentitur eius motus infra aurẽ, vel si fuerit aliud animal, per eius motũ scitur. Locus significatur: qa secundũ Gal. in quarto interiorũ, siquidẽ sola patiatur, propriũ sonũ pati cogitamus: cũ aliis autẽ faciei particulis, cerebrũ patitur cũ eo. Et ad hoc iuuãt sanitas transitus foraminis & propinquũ tẽpus & alleuiatio post bonas digestiones & euacuationes: addit Auic. vt de oculis dicebatur. Iudicatur per Auic. ℔ surditas naturalis à quacũq; causa præterquã ab oppilatione superficiali extrinseca, & illa quæ est accidẽtalis chronica duorũ annorũ, & quę est ex cicatrice, vel apostemate indurato: nõ curatur. Etiam iudicatur ℔ surditas accidẽtalis nõ antiqua, quæ quãdoq; interpollatur & alleuiationẽ habet, potest curari. Præterea innuit Hippo. in quarto aphorismorũ, ℔ qbuscũq; surditas fit, felleis egestionibus superueniẽtibus quiescit. Intellexit aũt hoc Gal. de accidentali quæ fit in febre ex choleræ ascẽsione.

In cura surditatis & nocumẽti auditus duplex assignatur regimẽ, vniuersale & particulare. Vniuersale regimẽ de dięta, & purgatione, & doloris sedatione, secundũ quod fuit dictum superius in de apostemate aurium completur.

Particulare regimẽ concernit duo. primum octo documẽta, multum necessaria ad istam operationẽ complendam.

Primum documentum est ℔ nihil particulare fiat in aure, specialiter acutũ & doloroſum, antequã corpus sit euacuatũ. Secundum ℔ omnes operationes auriũ, quæ pręcipue perueniunt ad intrinseca, fiant suauiter & indoloroſe, propter neruum interius cõplantatum. Tertium ℔ omnia quæ ponẽtur in auribus, sint tepida, non calida, neque frigida in excessu. Quartum ℔ sint liquida, vt melius intrent & euacuentur.

Quin

Quintum quòd iniecta non ſtent infra aurem, vltra tres horas. Sextum ꝙ poſtquam fuerint iniecta, iaceat ſuper partẽ ſanam, & cooperiatur foramen auris cum lana aut cotone. Septimũ ꝙ nihil imponatur quouſque impoſitum fuerit extractum vertendo ſe ſuper partem ægram, & mundãdo cum proba inuoluta panno aut cotone, & adiuuando cum tuſsi, & ſternutatione, & inunctione atq; forti ſpuitione. Octauum ꝙ medicator aurium habeat inſtrumenta apta ad ſuã operationem, velut ſunt ſtila curatiua & leuatoria, vncinum paucæ curuationis, canulas fugitiuas: & habeat lanã, cotonem, ſpongiam, pannum & viſcum, & cætera neceſſaria ad operationem ſuam.

Secundum ꝙ concernit regimẽ particulare, eſt ꝙ cura localis ordinetur ſecundum diuerſitatem cauſarum ſurditatis & nocumenti auditus.

De apoſtemate & vlcere.

Si cauſa ſurditatis & nocumenti auditus fuerit ab apoſtemate & vlcere, curetur prout dictum eſt ſuperius in capitulis ſuis.

De ſurditate & tinnitu propter humores frigidos & ventoſos.

Si autem in cauſa fuerint humores frigidi vel ventoſitas, primitus ſuffumiganda eſt auris cũ traiectorio, aut cannula ſuffumigatoria, & olla ſtricti orificij in qua iubet Gal. ponere cõſilio Apollonij vrinã bouis cum tertia ſui parte de aceto: & parumiquid de myrrha cõtrita, & cãna ſtuphę circũuoluatur cum lana, aut panno, vt nõ offendat aurem: neq; circũferentias eius. Cõmunis tamen vſus facit ſuffumigationem cum vino albo decoctionis rutæ, calamenthi, hyſſopi, ſanſuci, cẽtaureæ, betonicę, foliorum & granorũ lauri, ſtœchados, aniſi, marathri, ſpicę nardi, & id genus. Poſt ſtupham, eligit iniicere intra ipſe Apollonius adipem anſeris, fel bouis, & oleum laurinum in æqualibus portionibus miſtis. Vſus autem cõmunis immittit olea calida, velut chamomillinũ, anethinum, amygdalarum amararum, coſtinũ, nardinum, raphaninum, fraxininum, & aquã diſtillationis eius. Inſuper aquã ſemperuiuæ in omni caſu ab aliquibus laudatur. Et fortius ponit fel accipitris, balſamũ, & ſuccũ raphani depuratum.

Rasis ponit & Heben Mesue cõcedit sief. quod Re.pulpæ colocynthidos,dra.ij.succi absinthij,aristol.ana drag.j.costi, baurac,ana drag.ʒ.castorei,scrup.j.fiant sief cũ felle vaccino, & dissoluatur quãdo erit necesse cũ oleo amygdalarũ amararum. Auic.dicit ℔ est expertũ.R.castorei,dra.iij.nitri.dra.j. & ʒ.ellebori,drag j.fiãt trochis.cũ succo raphani.Et ambulare per loca arenosa cõfert eis, vt dicit Alexãder : & clamare, & excitare eos cũ voce clamosa,est vtile,vt dicit Auic. Vnde in tertio miamir,intellexit Gal.℔ aures quæ patiuntur dolorem,egent quiete:motu vero vehementi & transmutatione in contrariam dispositionem,quæ patiuntur surditatem.

De surditate propter sordiciem.

Mollificetur cum aqua calida mellita.Et curetur cum stilo curatorio:aut intromittantur lichinia linita cũ melle,aut oleo chamomillæ,& pice:aut cum nasturtio de baurac.

De aqua ingressa in aure.

Ex eis autem quæ ad hoc conferunt secundũ Auic. est vt cũ ambula vel cãnula sugatoria puerorũ,sugatur tantũ ℔ extrahatur.Et post cũ oleo amygdalarũ dulciũ infundatur.Aut in capite exteriori cotonus,aut aliquod inflammetur: & virtute caloris ignis extrahetur.Aut frustulum de spongia ligata cum forti filo immittatur , & postquã imbiberit quid de aqua, extrahatur.

De lapillo vel nucleo vel bestiola & quocunque ingrediente aurem.

Consulit Albuca.℔ si res fixa est,intromittatur modicũ de oleo violarum,& post prouocetur sternutatio,aut tussis,seu fortis expuitio,aut super pedẽ à parte auris saltatio, aut cum palma cõtusio.Et ista valent ad omne quod aurẽ ingreditur: & ad hoc iuuat elargare & trahere aurem cũ omni ingeniositate.Et si hoc non valet,liniatur stilus aut proba cum aliquo visco,& imponatur & extrahatur:& si hoc non valet , extrahatur cũ pincecarolis,aut cũ vnco lato paucę plicationis,& si non potest,sugatur cum cannula in circuitu cum oleo, & cera bene clausa. Si ergo non egreditur cum istis ingeniis:tũc festinetur ad incidendum antequam accidat apostema , aut spasmus,& incisio eius sit secundum lunarem formam in radice auris vsq; ad lapidem.Et ipso extracto,suatur : & modo

aliorum

aliorum vulnerum curetur. Si autem fuerit granum, aut res quæ postea ingrossatur, vult etiam Albuca. quòd si nõ potest extrahi cum ingeniis dictis, quod cũ aliquo spatumine subtili frustatim incidatur: deinde cum pincecarolis & ingeniis extrahatur. Et si fuerit bestia, & non potest extrahi viua cũ pincecarolis & ingeniis dictis: vult idem Albuca. in diuisionibus, quòd distilletur in aurem aqua in qua dissoluta fuerit aloë, aut succus absinthij, aut calamenthi, aut acetum forte: & ipso mortuo extrahatur cum ingeniis iam dictis, aut cum impletione aquæ, aut impositione pilorum, vt dicit Brunus, aut saliuæ, vt Auicen.

De panniculo, verruca, seu carne aurem oppilante.

Panniculus extrinsecus cũ spatumine incidatur. Verruca & caro superflua remoueatur cum ligamine: aut cum spatumine spinoso apprehendendo eam cum vncino, aut cũ cauterio actuali vel potentiali. Et post imponatur tẽta linita cum vnguento viridi aut cum aliquo leui corrosiuo. In oppilatione vero intrinseca difficile est ingenium: verum Albuca. iubet eam aperire cum cauterio radiali. Et caue ne vulneres neruos.

Pars quarta de ægritudinibus narium.

AEgritudines multæ accidunt in naribus quæ destruunt, debilitant, aut permutant actionem odoratus & respirationis: quarum quædam in proprio organo cõsistunt: quædam in coadiuuantibus: quædam vero in ipsa virtute, velut sunt discrasiæ, vlcera, fœtores, attritiones, apostemata, operationes humorales, carnosæ, polypodales, corizæ, sternutationes, ac etiam sanguinis fluxus: quæ aliquando causantur in ipsis particulis: aliquoties progrediuntur aliunde. Verũ quia maior pars istarum passionum pertinet ad physicalẽ doctrinam, & etiam de multis ipsarum est dictum superius: hic nõ tractabitur, nisi de oppilatione cathesiali, & de fœtore.

De oppilatione in cathesim.

Oppillatio cathesialis secundum Auic. est oppilatio humoralis seu carnosa, aut crustosa inter viam nasi & gutturis generata. Cuius significatio est: quia semper vult homo screare: & quando claudit os, non potest anhelare per nares: & facit quendam tinnitum, & voluntatem nauseandi.

Eius curatio particularis est suffumigare,& sugere sæpe aquam decoctionis chamomillæ,meliloti,hyssopi,sansuci,& similia:& iniicere infra nares cũ emboto nasali pilulas diacastoreas dissolutas cum succo sansuci,aut confectionem Rasis. ad hanc intẽtionem expertam, & ab Heben Mesue sublimatam. Re. nigellam in aceto tribus diebus temperatam exiccatam,& vt alcobol puluerizatam:& conficiatur cum oleo veteri:& per nares facta suffumigatione, & aqua ore repleto,capite retro inuersato,aliquæ guttæ instillentur,& sugantur vehementer donec egrediatur humiditas plurima, quod in tribus diebus tribus vicibus fieri conuenit. Et post quamlibet vicem os cum aqua calida est lauandum. Et si ex his dolor & ardor sequeretur, oleum de sem.cucurbitæ immittatur: & caput cum aqua calida infundatur.& fit fortior secundum eum, si addantur colocynthis, & elleborus, & cyclamen,& sal ammoniacum, & conficiatur cum melle gruis & vrina cameli,aut eius supple simili. Et multoties, vt dicit Auic.indiget dispositio operatione & rasione cum radio:aut supple cum filo nodato introducto secundum doctrinam datam in vlceribus narium.Et tantum radere donec mundificetur. Et quandoque egreditur cum rasione res plurima. de cuius summa miratur homo:& si aliud non potest fieri,amplietur cum intromissione tentarum subtilium de gẽtiana, aut radice acori,vt faciebat magister Petrus de Bonanto.

De fœtore anhelitus.

Fœtor anhelitus est corruptio aëris exeuntis à naribus & ab ore.Quę & aliquando fit propter causam priuatam in loco,velut sunt corruptiones,& putrefactiones vlcerũ nariũ,& gingiuarum,dentium,& membrorũ propinquorũ: aliquando fit propter causam coniunctam delegatam à stomacho, cerebro,& pectore,vt in quarto de ęgritudinibus dicebatur. Significatur autem ꝙ venit à pectore,quando sputum est sanioſum.

Quod autem à stomacho,quando non est cõtinuus sed maior apparet ante cibum quàm post. Quod à cerebro,quia ore aqua impleto percipitur fœtor. Et cum hoc est continuus,& percipitur per patientem.

Materia ipsius designetur calida per ardorẽ & punctura: frigida per priuationem eorundem. Iudicatur quòd fœtor

anhe

anhelitus est vituperabilis, & præcipue medico damnosus. Iudicatur quod fœtor anhelitus propter stricturam foraminum colatorij, est incurabilis. Et ideo simici, vt plurimum sunt tales. Iudicatur etiã quod fœtor anhelitus & eius perceptio in similitudine odoris piscium, in febribus acutis, est malum signum.

In curatione fœtoris anhelitus duo sunt regimina, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione fiat secundum naturam humorum à quibus procedit putredo. Communiter tamen cauendi sunt ab omni re putrefactibili, vt est malus panis, & mala caro, blænosa, & viscosa, & paludosa: & malũ vinũ, grossum, dulce, & pisces, & lacticinia, & fructus molles, horarij, vt cucurbitæ atque caules maxime, attriplices, & substãtia leguminum, & omnia brodia, & soppæ, & allia, & cepe faciunt malũ anhelitũ. Bona sunt eis omnia acria, & acetosa, velut granata, & arãcia, & acetum, & omnia sicca, vt perdices, & auiculæ paruæ, & ea quæ reprimunt vapores post cibũ, vt citonia, pyra, & coriandrũ prępparatum, vt dicit Arnol. Insuper vtãtur apio. nã secundum Rasim eius comestio frequens omnibus aliis melior existit. Et rami myrti cũ passulis mundatis sunt ad hoc pretiosi, vt dicit Aui. Et saluia, & maiorana inter herbas obtinent principatum. Et bonæ cõfectiones velut aromaticũ Heben Mesue quod quasi est rosata nouella, & bonæ dragetę in quibus semina sint cum aceto præparata de garioph. cinnamomo, cypero, ireos, foliorũ nardi, aliptico, calamo aromatico, citro, foliis lauri, & myrti, xyloaloe, sandal. ros. zucha. ros. in tabula sunt pretiosæ. Expulsio superfluitatũ & sobrietas vitę, parua dormitio, exercitiũ pedum, crebra lauatio est necessaria in hoc casu. Purgatio cũ hieris. & cũ myrobalanis est propria, & phlebotomia si est necessaria. Et diuersio & euaporatio cum cauteriis supra coronalẽ laudatur. Regimẽ particulare cõcernit occasiones vnde habet ortum. Si fœtor procedit ab aliquo mẽbro, curetur illud. Si ab aliqua passione, curetur etiã illa, vt si fuerint vlcera, aut excrescentiæ pustulæ, aut oppilatio: curetur vt in propriis capitulis dictũ est. Cõmune tamẽ est omnibus fœtoribus, mũdificare & abstergere, ac etiã aromatizare nares, & os, & vias anhelitus cũ quibusdã appropriatis. Et ad hoc laudat Hebẽ Mesue collutionem post collutionem & suctionem cum vino odorifero:

deinde cum vino decoctionis myrti,cyperi.calami aromatici,xyloaloes,ro.myrrhæ,ſalis gemmæ. Et Raſ. ponit galiã, ſpicã,gar. Et vrina aſinorum eſt ſuprema in hoc,vt ponit Heben Meſ.& intromiſsio tentarum factarum cum pul.hieræ pic.dra.iiij.calami aromatici,myrrhæ gari.ſpicæ,folij ſquinãti,darſini,ana dra.ij.conficiãtur cum vino bono,eſt optima,vt dicit. Et ſi aliud non poteſt fieri,palliẽtur cum pilulis de garioph. Aui. Cuius forma Re.gari galãgę,ana vnc.ſ.pyrethri,drag.iij.aloes,drag.ij.ſinapis.drag.j.muſchi, cãphoræ.ana drag.ſ.fiãt pilulæ cum vino,de quibus quolibet mane trãſglutiantur duæ,& aliæ duæ in ore teneãtur. Gordo. addit in eis maioranã,baſiliconem,nuceſmuſ. cinnamomũ, lignum aloes,loco aloes & ſtyracę calamitã,atque ambram: & eas conficit cum aqua roſ.Odorem vini paliat maſticatio cyperi:Ceparum,& alliorum ruta,vt Raſis teſtatur. De polypo & fluxu ſanguinis,in de vlceribus eſt dictum.

Pars quinta de ægritudinibus oris, & partium eius.

QVemadmodum dicit Gale.in quarto de ægritudine & ſymptomate in prædictis cõſtitutio particularũ oſtẽdit cauſas ſymptomatum:ita & in ore.Cognoſcentibus nobis quod in ipſo ſunt duæ principales particulæ complentes duos actus,ad quos ordinatũ eſt,linguavidelicet guſtationi, & dẽtes maſticationi:reliquæ vero ſunt coadiuuãtes:& cum hoc adeſt virtus eius à cerebro deriuata.Quę quidẽ ſympto mata,vt aliarũ actionũ,ttiplici differentia ſunt partita:in actione debilitata,& ablata,ac etiã permutata ſeucorrupta ex ęgritudinibus homiomeribus,organicis,& cõmunibus vtri que,quæ ſolutiones ſunt imparitatis,ſecundũ magis & minus varietatis ſaltim debilitationis & ablationis, nõ autem permutationis,vt Gal.& Auic.& doctor ſubtilis declarãt in pleriſq; locis.Quarũ quidẽ cauſæ aliquãdo ſunt priuatę:aliquãdo vero communicatæ,vt de aliis dictum eſt & dicetur.

De ægritudinibus linguæ.

Aegritudines linguæ impedientes eius actum,ſunt dyſcraſiæ,vlcera,alcolę,apoſtemata inflatio ſeu magnificatio,ranula,& ſubcarnatio,ſpaſmus ſeu curuatio,paralyſis ſeu mollificatio,& balbuties. Et licet quamplurimæ iſtarum ægritudinũ pertineãt doctrinæ phyſicali:nihilominus quia pro ipſis ad chirurgos aliquoties habetur recurſus:dicetur quid & de

ipſis

ipſis aliquibus:non apoſtematibus, & vlceribus & alcolis: quia de ipſis ſuperius fuit dictum.

De inflatione & magnificatione linguæ.

Quæ quidem ſi fuerit ex calidis humoribus ſuppoſita bona diæta & purgatione cũ pilulis cochiis, conſulit Gal.14.thera.gargarizare ſuccum lactucę.Cum enim ipſo ſolo curatus fuit,vt dicit homo quidã,vt non vltra alio indigeret medicamine:nihilominus diuerſio materiæ cum ventoſis retro collum,& phlebotomia venarum linguæ conſuetæ, ſunt mihi in hoc caſu.Si vero euenerit ex humoribus frigidis & groſſa ventoſitate,volũt Raſis & Aui.quod materia educatur per os,ſaliuando cum fricatione ſalis ammoniaci, & ceparum: & quod lauetur os cum aceto. Et ſi cũ eo iungeretur zinzib. & piper ad reſoluendum,eſſet melius. Et in hoc caſu deſiccare caput cum deſiccantibus rheuma eſt valde vtile.

De ranula & ſubcarnatione.

Ranula ſecundum Auic.eſt quædã carnoſitas oblõga ſub lingua impediẽs eius actum ad formã ranæ, aut alterius linguæ generata. Et oportet in curãdo ipſam vt experiatur ſecundum Auic.ſi poterit conſumi cum medicinis ſtypticis & reſolutiuis,velut ſunt cortices granatorũ cũ origano& ſale, dragaganthum vſtũ, & hermodactyli miſta cum albumine oui detẽta ſub lingua eſt expertum pro infantibus, vt dicit. & poſt iſta eſt trãſeundum ad fortiora,ſicut eſt fricatio cum ſale ammoniaco:aut cum flore æris,& dragãtho:aut cũ trochiſ.aldarõ,aut calidicon:& caueatur ne aliquod iſtorum ad inferiora deſcendat. Et ſi non poteſt curari cum illis,nõ erit excuſatio ab operatione manus,vt etiã ipſe dicit.Quã operationem Albuc.ita ponit: oportet vt aperiatur os infirmi coram ſole,& conſideretur ranula:& ſi eſt nigra, aut fuſca, & dura,& ſine ſenſu non tangatur:quia cancroſa eſt.Si vero non fuerit talis, ſed alba, & bene tractabilis:tunc capiatur cum vncino,& ſcindatur cum ſpatumine ſubtili,& liberetur ab omni parte,& extrahatur. Quia ſi ſuperuenerit ſanguis, abſtergatur cum ſpõgia. Et ſi eſt neceſſe,ponatur zegi quod eſt vitreolum: & dimittatur operatio quouſque fuerit reſtrictus. Et tunc ſi operatio non eſt completa, redeatur ad ipſam vſque ad ipſius complemẽtum,deinde colluatur cum

aceto per vnum vel duos dies. Et post dicit Guliel. de Saliceto cum vino decoctionis myrrhæ colluatur, donec fuerit sanatus.

De spasmo & filo contrahente linguam.

Spasmus est retractio & curuatio linguæ ad suam originem, qua impeditur eius actus.

Cuius causa est humiditas replens: aut siccitas inaniẽs, aut ligamentum retrahens.

Cura autem humiditatis replentis est euacuatio vniuersalis & particularis. Vniuersalis fit cum pilulis cochiis. Particularis cum caputpurgiis, & masticationibus, & collutionibus cum calamentho, origano, sinapi, & fœnugræco, pipere, & pyrethro, & aliis quæ dicentur statim in paralysi. Ad quod etiam conferunt vaporationes radicis colli cũ eis quæ sunt sicut chamomilla, melilotum, stœchas, & anethum.

Cura autem siccitatis & inanitionis, est bona humectatio, & resumptio cum laudabili cibo, & cum temperatis collutionibus, & inunctionibus colli & capitis cum oleo nenufarino, & viol. & cum infusione aquæ calidæ & lactis & similium.

Sed cura fili seu ligamenti contrahentis linguam, est incisio per latitudinem, donec soluatur lingua à retentione sua, vt dicit Albuca. & ponatur lichynium per aliquos dies cum vitreolo, vt non reconsolidetur. Et si dubitatur propter venas, consulit Aui. quod intromittatur filum cum acu: & ligetur donec per se rumpatur. Aut secundum consilium Lãfranci cum rasorio argenteo ignito incidendo cauterizetur.

De paralysi & balbutie.

Balbuties licet possit venire à spasmo, vlceribus, & ab aliis passionibus linguæ: vt plurimum tamen venit à paralysi, & ab humiditatibus in neruis & musculis, & substantia linguæ imbibitis.

Cuius autem causæ & signa sunt quæ paralysis communis: & cum hoc adest fluxus saliualis absque voluntate: neque directe potest loqui, neque pronunciare: vt Gal. declarat in illo aphorismo. Trauli à diarrhœa maxime capiuntur longa. Iudicatur communiter quod balbuties occidentalis præconizat paralysim. Iudicatur quod sicut febris curat spasmum,

ita

ita & balbutiem ex humiditate. Iudicatur etiam quod naturalis balbuties & paralysis chronica nunquam perfecte curãtur: nihilominus in pueris cum peruenerint ad adolescentiam, sæpissime rectificantur, vt dicit Auicen.

Cura autem eius licet in genere sit ea, quæ paralysis communis: nihilomiuus in ea præter viã & purgationem, sunt tres speciales & potissimæ intẽtiones, vt hebẽ Mesue ponit. Prima est in diuersione materiæ. Secunda in desiccatione cerebri. Sed tertia in consumptione humiditatis cõiunctæ. Prima completur cum clysteribus acutis, & fricationibus, & vẽtosationibus retro collum. Secũda cõpletur cum emplastris desiccantibus supra totum caput cum his quæ sunt velut sinapis & stercus colũbinum, milium, & sal torrefactum, baccæ lauri, anisum, marathrum, piper, gar. & alia quæ confortando caput desiccant rheuma. & cauteria supra caput & lateribus & retro spondyles colli, sum laudanda. Et hoc emplastrum supra collum ad confortãdum neruos præcipit Halyab. Re. chamomillæ, meliloti, maioranæ, zinzi. cuiuslibet, drag. v. sinapis, pyrethri, fol. lauri, an. dra. iij. opopanacis, castorei an. dra ij. terantur omnia, & cum cera & oleo sambucino fiat emplastrum. Et ad eandẽ intentionem valet vnguẽtum factũ cum oleo costino, nardino, rutacino, castorino, & oleum benedictũ in hoc est supremũ. Et oleum terebinthinæ, & distillatio dorsalis Hebẽ Mesue, dicta in paralysi superius, est in hoc pretiosa. Tertiã rem cõplent gargarismata & collutiones oris, ac fricationes linguæ cum eis quæ dicentur graduando res procedendo à debilioribus ad fortiora. Et incipiatur ab oxymelite squillitico: quoniã sublime est gargarizãdo. & quandoque confortãt cum his, quæ sunt sicut halhasce, quod est stœchas, vel hyssopus hortulanus: & cortices capparis, pyrethrũ, zinzi. & tria pipera. Et oportet vt istã gargarizationem præcedat eductio humiditatũ phlegmaticarũ, fricando linguam cũ eo quod est sicut sal ammoniacum, & zinzi. & cæpe. Et postea erit operatio collutionis melior. Ad eãdem intentionem expertus est Heben Mesue, gargarisma quod dissoluit phlegma aggregatum in radice linguæ: cuius forma Recipe organi, sansuci, hyssopi, pyrethri, zinzi. trium piperum, cinnamomi, costi, sinapis, nigellæ: & conficiantur cum oxymelite squillitico: & rob quod est vinum coctum, & gargarizetur diebus continuis. Lanfranc

francus narrat quod ipſe reſtituit loquelam cuidam dominę cum ficubus mũdis,& melle, & ſex granis clari & lucidi euphorbij in ſimul incorporatis & confectis,de quo ponebat ſub lingua paruæ fabę quantitatem. Raſis confectio medicaminis ad paralyſim & grauitatẽ linguæ,Re.ſalis ammoniaci,pyrethri,ſtaphidis agrię,ſinapis,piperis,acori,æquali mẽſura.terantur,& fricetur cum eis lingua ſubtus, & ſupra in die multoties. Halyabb. iubet eam fricare cum hierapicra, ſinapi,pyrethro contritis:& acorus ſecundum teſtimonium Dioſcoridis,& ſecundum omnem modũ adminiſtrationis, eſt medicina propria mollificationi linguę atque paralyſi:& ſaluia,ruta,calamenthum herba paralyſis,roſmarinus,ſe.ba ſiliconis,& cauliculi agreſtis ſummam in hoc habet proprietatẽ. & detentio ſub lingua pilularũ factarũ cum caſtorio,& aſſafœtida, & terebinthina eſt ad hoc ſuprema,vt dicit Aui. Et adhoc pilulæ diacaſtoreæ appropriãtur & theriaca:& cõfectio anacardina per omnes commendantur. Et aſsiduatio loquendi,& fricatio linguę cum ſale gemma feſtinat loquelam puerorum,vt dicit Auic.

De paſsionibus dentium.

Paſsiones dentium numerantur ab Halyabb. in ſermone nono,primæ partis libri regalis diſpoſitionis, quinque vel ſex,vt dolor,corroſio,congelatio,dormitatio, limoſitas ſeu fœtiditas, caſus ſeu commotio. Apoſtema proprie non patiuntur,ſed rem quæ apoſtemati ſimilatur, vt dicit Auic. & intelligitur per illam corroſio,aut putredo, vt tenet ſchola noſtra communis. Vtrum autem habeant ſenſum,& percipiant dolorem,Gal.in quinto miamir, & Auic. in tertio canonis videtur tenere quod ſic,Halyabb.dicit expreſſe quod nullum ſenſum habent per ſe:ſed ratione nerui qui ad ipſos de tertio pari neruorum cerebri delegatur. Et ita declarat ſe Gal.in ſextodecimo de vtilitate particularum. Ex quibus apparet quod non apoſtemantur proprie, neque dolent niſi ratione gingiuarum & neruorum adhærentium eis.

Cauſæ autem paſsionum & nocumentorum dentium eſt mala complexio,& ſolutio cõtinuitatis,& apoſtemata. Quę quandoque fiunt propter cauſam priuatam exiſtentẽ in dente,aut in membris adhærentibus eis:quãdoque propter cauſam communicatam à cerebro,aut à ſtomacho, aut aliunde deriua

deriuatam:& ita in talibus paſsionibus inuenitur fieri & factum eſſe. Et iſtorum eſt cauſa triplex. Primitiua, vt caſus, & percuſsio,& malitia regiminis. Antecedens humores ſuperflui. Coniuncta,ipſamet diſpoſitio in dente facta.

Signa paſsionum dentium ſatis ſunt manifeſta. Omnibus enim euidenter apparet quando perforantur, & corroduntur,& nigri fiunt,& teruntur:aut quando neque calida, neque frigida tolerant: aut quando ex altero illorum accidit dolor, vt in quinto miamir dicit Gal. Et ad hoc iuuant nocentia, & conferentia, tempus, & regimen præteritum,& relaxatio patiẽtis,vt ſupra dictum eſt de gutta. Iudicatur ℞ inter paſsiones corporis totius de qua minus plangitur homo,dolor dentium eſt grauior. Iudicatur etiã ℞ inflatio genarum in dolore dentium,eſt bonum ſignum: eo quod ſignificatur quod materia dimittit neruum & ligamẽtum:& conuertitur ad loca carnoſa:vt de gutta etiam dicebatur.

In curatione paſsionum dentium datur duplex regimen: vniuerſale videlicet, & particulare. Vniuerſale regimen in genere duas habet intentiones:vnam in vita:aliã in euacuatione.ſpecificatur cũ eo vita in ſex ſecundum Auic. Primo quidẽ quod nõ vtãtur putrefactibilibus, velut ſunt piſces & lacticinia. Secundo ℞ euitentur res exceſsiue calidę:& etiã frigidę, prȩcipue immediate vnũ poſt aliud. Tertio quod nõ maſticentur res duræ, vt oſſa:& viſcoſæ,vt ficus:& cõfectiones de melle. Quarto quod nõ vtantur cibariis,de proprietate quorũ eſt nocere dentibus,vt ſunt porri. Quinto quod dentes nõ curentur exquiſite,neque acerbe. Sexto quod fricẽtur cum melle & ſale aduſtis. Et ſi cum eis adderetur acetũ,omni eſſet cõplementũ,vt declarauit Halyab.in ſermone quinto ſecundæ partis diſpoſitionis regalis. In purgatione appropriatur hiera, & phlebotomia de cephalica,& venarũ labiorum & linguæ,& diuertere cũ fricationibus,& ventoſis,& caputpurgiis,& deſiccatione rheumatis, & cõfortatione capitis,vt dictum eſt ſæpe.& educere phlegmaticas humiditates cum pyrethro, maſtiche, & cõſimilibus ſæpe dictis.

Particulare regimen concernit duo. Primo tria documẽta ad operationem dentium neceſſaria. Secundo operationem ipſam iuxta paſsionum diuerſitatem. Primum documentũ eſt quod iſtæ operationes ſunt particulares maxime appropriatæ barbitonſoribus & detentatoribus. Et ideo

medici

medici istam operationem dictam eis reliquerunt. Tutum autem est vt tales operationes per medicos dirigantur.

Secundum documentum est, quod oportet medicum consulentem in talibus: quod sciat quod consilia dentium secundum Auic. fiunt multipliciter: videlicet per collutiones, & per gargarismata, masticationes, impletiones, vaporationes, linimenta, fricationes, suffumigationes, cauterizationes, caputpurgia, distillationes in auribus, & per manuum operationes, vt in suis locis dicetur. Tertium documentum est, quod secundum Albu. oportet dentistem esse monitum de aptis instrumentis, videlicet rasoriis, raspatoriis, & spatu minibus rectis & curuis, & leuatoriis simplicibus, & cum duobus ramis, tenaculis dentatis, & probis diuersis, cannulis, scalpris, & terebellis, & etiam limis, & multis aliis in hoc opere necessariis &c.

De dolore dentium.

Si quidem dolor fuerit cum communitate alterius membri: tũc curetur prius illud membrum. Si autem fuerit propter apostema gingiuarum: purgata materia & diuersa, in primis repercutiatur materia calida cum frigidis & stypticis, velut est secundum Heben Mesue, retentio aquæ calidæ cum aceto in ore, aut aquæ ros. aut plantaginis. Et si poneretur cum eis modicum de camphora, melius esset. Et huius quidem intentionis est oleum de rosis, aut myrtinum, aut omphacinum in ore retentum. Cum autem transit principium, addantur cum dictis aliqua resolutiua, sicut est mastiche, & vuæ passæ. Et si dolor vehementior fieret, addatur cũ eis quid opij, aut aliorũ narcoticorũ, si fuerit necesse. In causa vero frigida in principio ponatur oleũ ros. cum mastiche: deinde vinum aluminatum: deinde decoctio hyssopi, calamenthi. Si vero materia tenderet ad maturationem, iuuetur cum decoctione vuarum, ficuum, se. lini, ac fœnugræci: deinde aperiatur: & cum melle ros. & vino mundificetur: secundũ quod dictum est in vlceribus oris. Si verò causa fuerit in radice ipsius dentis, in eius neruo vel ligamento, & fuerit cum materia: purgetur materia, & resoluatur cum eis quæ dicta sunt & dicentur: & proprie in calida cum oleo ros. & chamomillæ & anethino. & in frigida cum oleo de been, & nardino. Et si fuerit vẽtosa, carminetur cum decoctione cymini,

mini,& baccarum lauri,semine cicutæ,& galbano,& serapino. Si autem dolor ille esset sine materia: alteretur calida cum frigidis:& frigida cum calidis in principio dictis, & etiam dicẽdis. Et humida cum sale,& alumine,& gallis assatis desiccetur:& sicca cum butyro & adipe arietino humectetur. Si autem non esset remedium cũ dictis,cauterizetur cum oleo calidissimo,immergendo probam inuolutam cũ cotone,aut panno in eo,& denti sæpissimæ applicando: aut cauterizetur cum ferro ignito:aut cum instrumentis extrahatur. Et quia medicinæ dentium à multis multę ponuntur, cum distinctione narrabo mihi magis probatas ad sedãdum dolorem per viam alterationis & resolutionis: & alias per viã stupefactionis. Medicinæ autem dentiũ secundũ Gal. in quinto miamir,siue repercutere quis,siue diaphorare voluerit,fortissimæ debẽt esse. Et propterea plures ipsarum cum fortissimo construũtur aceto. Nec valet, quod dicitur,quod acetum nocet dentibus: quia quãdo miscetur cum aliquibus calidis,perdit illud nocumẽtũ. Et propter hoc dicebat Auic. in tertio de curationibus capitis,quod acetũ erat commune omnibus materiis:eius enim infrigidatio possibile est vt leui causa frangatur:& remaneat eius profundatio & incisio: hoc quidem est cũ administratur in materiis frigidis. In materiis autem calidis nõ eligatur super ipsum. Quod etiã in principio simpliciũ pharmacorũ est probatũ.& ĩ primo miamir,cõcessum. Et ideo Archig.vt narrat Gal.in quinto miamir,ponit primam medicinã ad dolorem dentium acetũ calidum cũ galla,in materia intellige calida.In frigida vero à quacunq; euenerit occasione,Re.parietariæ,mercurialis mediocriter vstorũ,drag.xvj.salis,drag.xj.aluminis vsti, drag. v.extremitatũ organi,ireos,piperis,pyrethri,costi, sinapis, ana drag.iij.siseleos,hyssopi,mentæ siccæ,ana drag.ij. cornu ceruini vel caprini, amomi, vel cinnamomi,ana drag.j.fiat puluis de quo fricẽtur radices dentiũ & gingiuarum humidarũ:non autẽ siccarum. Aduersarium autẽ siccis est,vt dicit.

Rasis autẽ ponit confectionẽ medicaminis valẽtis ad dolorẽ dentiũ cum caliditate.Re.seminis portulacæ,coriãdri,sumac, lentiũ excorticatarũ,sandali citrini,ros.pyrethri,camphoræ,omnium,ana partes æquales. fiant trochis.cum succo solatri: & lini dentẽ doloroſum cum vino dissoluto in aqua ros.vt Heben Mesue dicit. In materia autem frigida ponit

in radi

in radice dentis theriacam de quatuor ſpeciebus. Cuius forma. Reci. piperis, aſſæ fœtidæ, opij. myrrhæ, caſtorei, partes equales: conficiãtur cum melle. Halyab. in cauſa calida imperat acetum cũ aqua roſ. aut ſumac, & modico cãphoræ. in frigida acetũ decoctionis ſpolij ſerpentis: & ſi cũ eo adderetur zinzi. pyrethrum, piper, & ſal, fortius eſſet. Alexander: modus cõfectionis de aliis cito ſedãs dolorẽ dentiũ Re. allij ſpicas v. olibani, drag. j. & ſ, myrrhę, drag. j. bulliãt in vino ad formã liquidi mellis, & tepidum teneatur in ore: imò teſtatur Hebẽ Meſue, q̃ Gal. dicit quod ſi teratur allium: & ponatur in radice palmæ manus quæ ſequitur dolorẽ, ſanat dolorẽ eius, & expertum eſt. Auic. autem concedit acetum decoctionis colocynthidos, aut ariſto. aut pyrethri aſſamfœtidã, ſinapim, cortices capparũ, cortices pini, mentaſtri, nigellã, cõdiſi, & ſimilia, & vitellũ oui aſſatũ calidũ, et panem calidũ ſupra dentẽ applicatum, & aqua ardens in hoc eſt optimum: & vaporatio ante cibum duabus horis aut quatuor horis cũ ſale & milio, aut cũ oleo calefacto laudat Auic. et emplaſtrationẽ cum his quæ ſunt ſicut malua, anethum, & chamomilla, ſe. lini, atq; fœnugræci. Et laudat etiam ſuffumigationes cum granis colocynthidos, & granis ſinapis, & ſe. cepe, et ruta, & ſimilibus. Et concedit vna cum Raſi diſtillationem in aure quæ ſequitur dolorem cum aliquo oleorum ſedatiuorum, velut eſt oleum amygdalinum, ſambucinum, caſtorinum, et id genus. Medicinæ autem ſtupefacientes quæ ponuntur in magna neceſsitate, ſunt ſecundum intentionem eandem Auic. ſicut Reci. ſeminis hyoſcyami albi, opij, ſtyracis, galbani, omniũ, ana drag. ij. piperis, aſſę fœtidę, ana drag. j. conficiantur cum ſapa coagulata: & ſuper dentem ponãtur doloroſum: aut ſumatur opij, & caſtorei partes æquales, & diſtemperentur roſ. & iniiciatur in aurem quæ ſequitur dolorem. aut vinum decoctionis radicis mandragorę, aut hyoſcyami teneatur in ore. & quandoque dantur in potu narcotica philonium: aut teneatur in ore vt dormiẽdo & quieſcẽdo maturetur ægritudo: frequens etiam retentio aquæ frigidæ in ore ſtupefacit dolorem, vt dicit Auic.

De dente commoto & debilitato.

Quandoque commouetur dens propter cauſam primitiuã ex caſu ſeu percuſsione: & quandoque ex humiditate lubrificante

ficante neruum et ligamentum:& quãdoque propter ſiccitatem & carentiã nutrimenti:quandoque propter corroſionẽ & diminutionem carnis gingiuarum. Quæ autẽ ex ſiccitate fit & priuatione nutrimenti vt in ſenibus, & phthiſicis, non curatur. In aliis vero cum reſumptiuis adiuuatur. Et cũ hoc vitet maſticationem præcipue rei duræ cum illo dente, & minoret locutionẽ,& non tangat, neque cõmoueat eum. Et ſi fuerit propter corroſionem,curetur corroſio. Quæ autem venit à caſu & percuſsione,facta phlebotomia: & in facta ab humiditate mollificante,purgatione & eductione humiditatis ſaliualis cũ maſtiche & pyrethro narrat Gale,cõſilio Archigenis ℞ ponatur in radice eorum alumen cum thure,& cinnamomo,cypreſſo. Raſis,autem Reci.balauſtiarum, roſarum,galliç,cyperi,ſumac,ana partẽ vnam,aluminis partem mediã:liniatur ſuper gingiuã. Et in alio loco addit acaciam,hypocyſtida,myrobalanos:& aſpergere iubet cũ aceto: & facere trochiſ.& fricare dentium radices. Quod ſi nõ valet,cum ſanis aurea cathenula,vt docet Albuca.ligentur. Et ſi ceciderint aliorum dentes, aut de oſſe vaccæ fabricentur: & cum cautela ligentur,& vtitur eis tempore longo.

De putredine,vermibus,& corroſione, ac perforatione dentium.

Et habet duplex regimen. Vniuerſale de diæta,& purgatione,& confortatione cerebri prout dictum eſt in dolore. Particulare,℞ lauẽtur cũ aqua ardẽte,aut vino decoctiõis vtriuſque mentæ,vtriuſque ſaluiæ,vtriuſque calamenthi, & piperis,ſeu pyrethri. Et poſt repleatur cum gallia,& cypero,maſtiche,myrrha,ſulphure, & camphora, calamo aromatico, aſſafœtida:& id genus: ſi autem iſta nõ valẽt, buccelletur cũ ſcalpro & lima: & fiat ſibi via, vt in foramine non retineatur cibus. Et ſi iſtud non valet,cauterizetur: & ſi eſt neceſſe, extrahatur: ſed cum cautela, quod foramen prius fortificetur cum panno, aut cotone impleatur: eo quia taliter tenaculæ eũ frangerent,& radix remaneret. Si autem in foramine fuerit vermis, poſt lotionem dictam, ſuffumigetur dens cum ſemine porri,& cepæ,& ſemine hyoſcyami confecto cũ adipe caprino:& fiãt pilulæ quælibet vnius drag. & vna qualibet vice ponatur.

De limositate & fœda coloratione dentium.

Supposito regimine vniuersali abluatur os cũ vino decoctionis mẽtastri, & piperis. Et post isto medicamine vtatur per modũ dentifricij. Reci. ossis sepię, cõchularũ marinarũ albarũ, porcellanarũ, spumæ maris, cornuũ vstorum, nitri, aluminis, salis gẽmæ, sulphuris vsti, radicis ireos, aristol. radicis cánæ adustæ, fiat puluis de omnibus: aut de quolibet singulariter. Ad eandẽ intentionẽ magister Petrus aquã probatã sic facit. Re. salis armoniaci, salis gẽmæ, ana lib. ℈. aluminis zucharini quartã ℈. puluerizẽtur, & ponãtur in alẽbico vitreo: & fiat aqua de qua dentes cũ pecia descarlato fricẽtur. Et si istud non valet: quia fuerint ibi limositates induratæ: cũ rasparoriis & spatuminibus radantur.

De stupore & congelatione dentium.

Vinum calidum aut aqua ardens in ore teneatur: aut cũ sale asso dentes fricentur: aut nuces seu auellanæ assæ calidæ superponantur: & similia calefacientia: aut proprie talia velut portulacæ, & se. eius masticetur.

De eradicatione dentium.

Cum ergo dicit Albuc. feceris posse tuum in medicãdo cum medicinis dentes, & non proficit: certificate de dente doloroso: vt non sis delusus, & capias bonũ pro malo. Et tunc posito patiẽte in loco claro inter genua tua, discalcia radicẽ dẽtis circumcirca, & cõmoueas eũ cautelose & cõplete: vt non accidat patienti praua infirmitas de oculo, aut de osse maxillæ: & post accipias eum cũ tenaculis: & eradica, & extrahe cũ cum radicibus suis, aut cum tenaculis similibus illis cũ quibus dolia ligantur: aut eum eradica cum leuatorio simplici, aut bifurcato. Et si aliqua radix remanserit, perquiratur cũ instrumẽtis, & extrahatur. Et post os cũ vino & sale lauetur. Et si vis addere alumen vel vitriolũ propter sanguinis fluxũ, facere potes. Et vltimo cũ vino, myrrha, & thure fixura incarnetur. Si autẽ dens vltra naturã fuerit augmentatus, cũ lima caute quòd non cõmoueatur æquetur, et applanetur.

Multæ autem medicinę ponuntur ab antiquis, quæ extrahunt dẽtes: aut eos alleuiant extractioni cum ferro: sicut lac tithymali cũ pyrethro, & radix mori, & capparis, & arsenicũ citrinũ, in radice dentis impositа: aut aqua fortis, aut pingue

do ranarum nemoralium,& arborearum: multas tamẽ dant promiſsiones, operationes vero paucas.

De paſsonibus labiorum,gingiuarum,gargarionis.

In labijs & gingiuis accidunt nodi,carnes additæ apoſtemata,bothores,ſciſſuræ,atq;vlcerationes,de quibus dictũ eſt ſupra in locis ſuis.Reſtat dicere de qbuſdã paſsionibus gargarionis, quæ actũ trãſglutionis & inſpirationis impediũt.

Et primo de inflatione & caſu vuulæ &c.

Secundum quod Gal.dicit in ſexto miamir, carnoſa quædã pellicula in alto oris apparet,cum aperit aliquis plurimũ os, & linguam depreſsit à Græcis poſterioribus cionis,id eſt columella,dicta, à nobis autem dicitur vuula nuncupationem accipiens non à ſubſtantia,ſed à paſsione ſimili vuæ quæ in ea contingit. Etenim vuula paſsio ſicut vua in extremitate illius columnæ ingroſſatio:& in eius radice ſubtiliatio cum quadam relaxatione, ex qua impeditur actus reſpirationis trãſglutionis.Raro autẽ hæc paſsio fit in ipſa cionide :phlegmonen autem patitur multoties.

Et cauſa huius paſsionis eſt materia calida,aut frigida,deſcendens à cerebro per modum rheumatiſmi.

Cuius ſigna ſatis ſunt manifeſta per deſcriptionem dictam: & probatur per oris operationem & linguæ compreſsionem , verum caliditas materiæ per ruborem, & ardorem cognoſcitur:frigiditas vero per dictorum priuationem.

Iudicatur per Hyppo. in tertio prognoſticorum : quòd eius inciſio eſt periculoſa, præcipue quando phlegmonem patitur: & eſt tota æqualis: quia ad eius inciſionẽ ſequitur ſanies vel fluxus ſanguinis , quæ poſſunt eſſe cauſa ſuffocationis & mortis. Quando autem liueſcit & albeſcit, & eſt inæqualis , & radix ſubtiliatur , & extremitas ingroſſatur: tunc incidendo tantus non eſt timor. Caueatur tamen , vt dicit Albuca. quòd ſi fuerit nigra aut fuſca dura & ſine ſenſu,cum ferro non tangatur:quia periculoſum eſſet ſuper infirmum de incancerando ipſum. Eſt tamen neceſſarium quãdo eſt magnificata,& cũ medicinis nõ curatur , ꝙ incidatur: ad hoc ꝙ ſuffocatio repẽtina euitetur. De duobus enim malis minus eſt eligendum,vt dicunt philoſophantes : & in de vlceribus virgæ ſuperius in quarto therapeu.fuit allegatum.

Qui non habet ad ſalutem, niſi vnam viã, licet ſit fallax, velit vel nolit oportet ꝙ tranſeat per illam. Conſulitur tamen per Halyabb. ꝙ nõ ſcindatur tota: quia nocumẽtũ fieret patiẽti magnũ, circa pectoris officia. Quinq; enim habet iuuamẽta vuula: vt in de voce, & vndecimo devtilitate particularum habetur.

In curatione vuulæ regimẽ eſt duplex, vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta & euacuatione, & diuerſimode eſt dictum in ſquinantia, hoc addito ꝙ ad materiam rheumaticam deſiccandã, & ipſam vuulã relaxãdã, conceditur per Rogerium & ſuos magiſtros maxime in pueris, ꝙ ſupra molle capitis ponatur in quantitate vnius denarij de ſcarlato, in quo ſit modicũ de pice, thure, & maſtiche. In adultis conſulit Hebẽ Meſue, ꝙ trahãtur pili vſquequo cutis dislocetur: aut quòd fiat cauterium in ſummitate capitis: vt in rheumate eſt conceſſum. Mulieres tamen eam cum manibus ſub gutture impingendo relaxant.

Particulare regimẽ fit dupliciter: vno modo cũ medicinis; alio modo cũ inſtrumẽtis. Cũ medicinis, cũ materia eſt calida, iubet Raſis ꝙ gargarizetur aqua roſ. cũ aceto. Aut ꝙ applicetur cũ cochleari in ea cũ quadã eleuatione ipſius, puluis factus de roſ. ſandal. balauſtiis cũ modico cãphoræ. Si autem fuerit frigida, iubet gargarizare almuri, & ſyrupum acetoſum, ſinapim, ſal ammoniacũ, & alumẽ. Rogerius ponit cinnamomũ, piper, pyrethrum, gallas, balauſtias. Gal. autem in ſexto miamir narrat optimũ medicamẽ Aſclipiadæ ad cinoidas relaxatas, Reci. roſarũ ſiccarũ mẽſuram vnius manipuli: ſpicæ celticę vna cũ terra adhærẽte menſurã alterius: nidi hirundinis, drag. iij. mirrhæ, dra. viij. gallarũ viridiũ xv. numero, terantur: & fiat puluis qui inſufflãdo cũ cannula: aut cum digitis ſeu cochleari applicẽtur: habet enim prædictũ medicamen in ſe miſtã virtutẽ diaphoreticam, & repercuſsiuam moderate, vt deducitur ibidem. Ad eandem intentionẽ valent multa auxilia, quæ dicta ſunt in ſquinantia.

Cum inſtrumentis autem inciditur vuula tripliciter. Vno modo ſecundũ Albuca. ꝙ ſedeat patiens corã medico in ſole: & aperto ore & compreſſa lingua cũ paleta ad hoc apta apprehẽdatur cũ vncino: & tunc cũ forficibus obtuſis, aut cum ſpatumine falci ſimili incidatur. Deinde aqua cũ aceto detur ſibi ad gargarizandum: & ſi poneretur galla, alumen, aut vitriolum

triolum propter sanguinē: melius esset. Et si sanguis superflueret, ponantur ventosæ retro collum: vt dicit Auic. Et administrentur trochis. de charabe cum aqua plantaginis: & stet infirmus iacens super faciem suam, vt expuat, & sanguinem expellere possit. Et si sanguinis aliquid descenderit, curetur curatione sua.

Secundo modo inciditur cum ferro calido: & fit secūdum Heben Mesue, & habeatur cannula: in capite cuius in altero laterum sit fenestra in qua includatur vuula: & post per cannulam intromittatur ferrum ignitum ad modum scalpri factum, & cauterizando incidatur.

Tertio modo inciditur cum cauterio potētiali, & fit secūdum Albuca. quòd postquā vuula fuerit cōprehensa in fenestra dictæ cānulæ imponatur cū proba inuoluta circa caput cum pāno aut cotone aqua fortis: aut medicamē acutū factū cum calce, & sapone: aut arsenicum dissolutum cum aliquo liquore. Et teneatur supra vuulā ad medietatem vnius horæ vsquequo ipsa sit alterata: & post gargarizet oleum ros. aut aqua ros. quia infra dies tres cadet, vt dicit Auic. Caueatur tamen ne aliquid medicinarum acutarū descēdat inferius: neque tangat alias partes: quia læderet eas. Post autem incisionem & mūdificationē, cum vino, thure, myrrha sanentur.

Quartum modū aliū assignat Albu. cū suffumigatione aceti decoctionis calamēthi, hyssopi, rutæ, abrotani, & chamomillę in olla cooperta & lutata: in cuius coopertorio applicetur cannula dicta fenestrata. Verum quia iste modus non est mihi consuetus nisi aliquoties pro resoluēdo, ipsum omitto.

De inflatione & magnificatione amygdal.

Ingrossatio & magnificatio amygdalarum & fauciū eodem modo curātur cū medicinis: sicut & vuulæ: & sicut apostemata squinantica superius curātur. Si autē sic non curātur, necessarium est vt incidantur: quia impediunt anhelitū & trāsglutionem, vt Halyab. dicit. Cōsilium est tamen Albu. quòd sicut dictū est de vuula, si sunt fusci vel nigri coloris, & duræ sine sensu, non tangantur cum ferro. Et quādo sunt albæ & molles & bene tractabiles: quòd corā sole ponatur caput infirmi in sinu medici: & aperto ore prematur lingua cum paleta ad hoc apta: & capiatur vna de amygdalis cum vnco, & trahatur modicum ad exteriora, & cauendo à panniculis &

particulis adiacentibus cum forficibus obtusis, aut instrumẽto falci simili incidatur, & post vnam ad aliam pergatur. Et dicebat Halyab. & facta incisione gargarizetur aqua ros. & acetum, & reliqua fiant, quæ dicta sunt in vuula.

De eius medela si aliquis impediens transglutiuerit.

Si os aut arista infixa sunt in gutture, si ad sensum videntur, cũ tenaculis curuis ad hoc appropriatis, cõpressa lingua capiatur, & extrahatur. Si autem non potest extrahi, cũ virga plumbea modicum curua inferius impingatur, vt dicit Albuc. Si autem non potest videri, vult Albu. quod dẽtur sorbitiones viscosę, vt cum eis sorbendo & transglutiendo descendat, & gargarizare sappã aut decoctiones ficuũ confert: & inungere collum cum oleis calidis viol. amygda. & butyro, laudatur. Et si nõ descendit cum hoc, detur sibi ad transglutiendũ bucella panis sicci, aut frustum napi, & dẽscẽdet. Et si non valet, prouocetur sibi vomitus omni die potando vnc. j. nasturcij contriti cum aqua calida. Ipsum enim vomẽdo expellit quod retinetur, vt dicit Aui. Et si hoc non valet, ligetur frustum carnis bouinæ malæ coctæ, aut spongiæ, cũ filo forti, & semitrãsglutiatur, & subito extrahatur, & egredietur quod retentum est siue sit panis, siue arista, siue phlegma inuiscatum. Quod si durum aliquid fuerit magnitudinem habens: tunc premantur spatulæ, & collum retro fortiter percutiatur. Quod si sanguisuga fuerit, patienti allia & acetum forte dentur, vt Halyab. præcipit. Et si aperto ore videtur, cum forficibus educatur, vt dicit Auic. & Albuc. aut cũ assa suffumigetur. aut cum cannula fenestrata comprehendatur, & cauterizetur.

De ægritudinibus colli, & gibbositate dorsi. *Cap.* *III.*

AEgritudines colli proprie sunt squinantiæ & botium: de quibus in de apostematibus dictũ est supra: attributæ tamen sunt ægritudines gargarionis iam dictæ. Restat ꝙ quia cum collo numeratur dorsum & spondylia, ꝙ de gibbositate dicatur, quę propriè est passio dorsi, quãuis etiã aliquando fiat in thorace. Est enim gibbositas eleuatio spõdylium ad extra, ex qua curuatur homo, & læditur in motu.

Cuius causa est aliquando primitiua, vt casus & percussio.

Et prop

Et proprie dicitur dislocatio spondyliumvnius aut plurium de qua dictum est supra. Aliquãdo causatur ab aliqua causa intrinseca,vt ab humiditate cruda viscosa lubrificãte,aut ab aliqua ventositate percutiẽte,aut ab aliquo apostemate impellente,aut à tussi molestante,aut siccitate contrahente.

Significatur quod gibbositas est ex casu & percussione,indicatione patiẽtis. Significatur quod est ex siccitate,per corporis siccitatẽ,& per febrium cõsumptiuarum præcessionẽ. Significatur quod est ex humiditate lubrificãte,per regimẽ, & per tactum humidũ & mollẽ.Significatur apostema, per dolorem & calefactionem. Significatur ventositas,per præsentiã doloris motiui cum extensione absque febre. Iudicatur etiã per Hippo.in vj. aphorismorum quod quicũq; sunt hybi,id est gibbi ex tussi,& asthmate,ante pubescentiam(dicit græca translatio,& non iuuentutem,vt arguitur)pereũt: & causam reddit Gal.in commento licet intricatum sit cõmentum in græca trãslatione,quia propter debilitatem eorum non possunt sustinere molestationem stricturæ pectoris consequentem gibbositatem:& non solum ante pubescentiã,sed in omni tẽpore si molestãtur à tussi vel asthmate,gibbosi & habentes pectus strictum,periclitãtur,vt notatur ibidẽ & primo epidimiarum libro.Iudicatur etiã quod quando gibbositas curatur absque mundificatione, transit quandoque ad coxã & ad neruos:& facit accidere nates gibbosas,& paralysin,vt dicit Aui.Iudicatur amplius per ipsum Auic.quod cura habentium gibbositatẽ,subtiliatur propter illud quod facit gibbositas de oppilatione quorundã meatuum in quibus penetrat cibus. Iudicatur per Rasim, quod gibbositas completa & confirmata non curatur. Cætera indicia in dislocatione sunt dicta &c.

In curatione gibbositatis siccæ intendatur humectationi cum cibis & potibus nutritiuis,& balneis,& inunctionibus, & clysteribus humectatiuis,sicut est oleũ violaceũ,amygdaradicis althææ,& maluæ,seminis lini,lac, atque triparũ brodium,& cætera quæ in hectica,& spasmo sicco administrantur.Si autem fuerit ex materia, aut apostemate indurato,curetur cum his quæ in scliros seu sephyros fuerunt dicta.

Si fuerit ex tussi,sedetur tussis cum lenitiuis. Et si causa fuerit humor crudus mollificans , aut grossa ventositas:duplex conuenit regimen, Vniuersale de diæta & euacuatione:

ſicut dictum eſt de paralyſi & ſpaſmo humido, vt dicit Auic. & ſicut dictum eſt in apoſtematibus phlegmatìcis & gutta. Particulare intendit reſoluere materiã & cõfortare locum. Et ideo oportet quod auxilia ſint cum caliditate ſtypticitatẽ habentia moderate, velut ſunt nuces cypreſsi, & folia eius, & folia lauri, ſauina, calamus aromaticus, enula campana, acorus & ſimilia: de quibus poſſunt fieri embrocationes, vnguenta, & emplaſtra. Et Auic. facit iſtud medicamen. Re. ſauinam, ſeham quod eſt abſinthium ſecundum Serapionem, & ſtœchada, ſecundum Raſim, enulam, pyrethrum caſiam lignea, nucem cypreſsi, ſanſucum, cordumenum, ſquinanthum. decoquantur cum aqua & oleo vſque ad conſumptionem aquæ, & colentur, & reiterẽtur herbæ aliç cũ illo oleo, & tantundem aquæ, & poſt conſumptionem coletur, & ſuper colaturam ponatur caſtoreum, euphorbiũ, & ammoniacum. Et fiat vnguentum. Et ſi cum iſtis adderetur ruta, ſiſymbrium, ſpica, & acorus, ſtyrax, & bdellium, fortius eſſet. & ſi loco aquæ poneretur vinũ, adhuc fortius eſſet. Et de iſto vnguento poteſt fieri emplaſtrum cum cera, pice, & terebinthina. Verum de conſilio Aui. eſt quod poſt balneum & embrocationes tractetur & reducatur illa gibba cum manibus vngendo cum prædicto vnguento, & poſt emplaſtretur cũ emplaſtro, & deſuper ponatur plumbũ, aut haſtella ad hoc præparata, melius quàm erit poſsibile, & ligatura reducente ligetur. Ad vltimum ſi prædicta non ſufficiunt, cauterizetur cum cauterio circulari, vt docet Albucaſis.

De ægritudinibus omoplatæ & brachiorum. Cap. IIII.

IN omoplata non ſunt ægritudines propriæ niſi quantum ad brachia & digitos. Nam aliquoties inuenitur digitus ſuperfluus, de quo quomodo debet remoueri, dictũ eſt in de membris ſuperfluis extirpandis. Quandoque vero fit inuiſcatio digitorum, quorum curatio eſt inciſio & ſeparatio cũ raſorio, & poſtea cum petiis interpoſitis, & vnguentis deſiccatiuis fiat conſolidatio ſeparatorum.

De vnguibus.

Nonnunquam accidit vnguibus attritio & concuſsio: quãdoque ex attritione ſub ipſa fit ſanguis mortuus aut ſanies: quandoque in eis accidit gibboſitas & curuitas, quandoque fiſſura:

fissura: quandoque vero coloratio fœda, & maculosa.

Curatur attritio secundum Aui. cum foliis myrti, & granati. deinde liniatur cum basilicone, aut cerotis lenibus de adipibus communibus. Sanguis autẽ mortuus, aut sanies si est subtus eas, resoluatur cum adipe caprarũ, & sulphure, vt dicit Haly. Et si nõ potest resolui, findatur vnguis cum facilitate fissura obliqua. vt dicit Aui. & egrediatur quod est sub ea. Gibbositas & curuitas earũ corrigitur suppositio regimine & purgatione melãcholiæ, quod primo mollificẽtur cũ adipe ouiũ, aut cum diachylon. Deinde erigãtur donec æquentur, vt dicit Rasis. Et si est necesse, quia pungũt, scindãtur, & lamina plumbi superponatur, vt premat carnẽ, & teneat vngue eleuatũ. Si fuerit sciſſura & corrosio, cum diachylone & oleo amygdalarum. cum mastiche & oleo de been, & vuis passis à granis suis mundatis. Et consilio Haly. cataplasmetur, & cepa muris assata cum oleo omphacino laudatur ab Aui. Vngues vero fœdas & maculosas rectificat Rasis cũ eruca & aceto. Et Aui. laudat gluten pisciũ, & selini cũ nasturtio, & proprie cum arsenico rubeo. Si autẽ prædicta nõ possunt corrigi cum medicinis, & nocet notabiliter, auferatur vnguis. & de medicinis fortibus ad eradicandum est oleũ cum opopanace, & serapinum, vt dicit Aui. Aut secundũ Haly. sume visci quercini par. j. cãtharidum partes quatuor, thapsiæ dimidiam partẽ j. cõfice & appone. & si cum eis poneretur arsenicum & acetũ, esset melius. Aut cum spatumine discarnetur. Et postquã ceciderit, oportet secundũ quod dicit Auic. quod ingenietur donec magnificetur, & nõ tãgatur. Sed custodiatur cum pileo de ere, aut de argento perforato: vt habeat respiramentum. Infra enim mensem nascetur vnguis bona.

De ægritudinibus pectoris, & mamillarum. *Cap. V.*

PEctus ab extrinseco nõ habet ægritudines proprias, nisi quæ mamillarum. Mamillæ autẽ quãdoque patiũtur apostemata: quãdoque cõgelationẽ lactis, de quibus dictũ est in de apostematibus supra: quãdoque enim habẽt exuberãtiam lactis, & quãdoque paucitatẽ: de quibus tractãt physici. Gratia tamẽ doctrinę Gal. in de facili acquisibilibus docet attrahere lac dãdo in potu vinũ dulce decoctionis raphani & radicis fœniculi cum furfure. Et id docet extinguere fomen-

tando mamillas cũ aqua marina:& aliis quæ possunt desiccare & stypticare. Quãdoque patiuntur nimiã augmẽtationem,quãdoque nimiã papillæ profundationẽ, de quibus ad chirurgos sæpissime habetur recursus. Vt autẽ nimis nõ crescant mamillæ in iuuẽculis,nõ tãgantur, neque fricẽtur:sed teneãtur bene strictę. Et liniãtur cum aqua frigida & aceto. Et si in illo dissolueretur argilla,aut terra molaris, bonum esset,& si poneretur alumẽ, & gallæ & psidia,fortius esset. Et secundũ Gale.vbi supra quod acceptat Rasis,si accipiatur cyminũ puluerizatũ & cũ aqua & aceto puluerizetur, & superligetur per tres dies.& per alios tres emplastretur cũ radice lilij,melle,& aceto,ligãdo,& hoc faciẽdo ter in mense, summe valet.Si hoc tamẽ in viris accidit, oportet eas iuxta cõsilium Albuc.incidere super & subtus sectione lunari vna vel duabus sectionibus si est necesse. Et post excoriãdo incidatur,& extrahatur illa pinguedo,& suatur:& vt cętera vulnera curentur. Quando autem papillus est ita profundatus quod puer non potest eum comprehendere, ponatur vẽtosa parua aut cupula glãdium calefacta:aut cum cannula fugendo exterius extrahatur.

De ægritudinibus parietis ventris. Cap. VI.

PAries ventris nullã patitur ægritudinem propriam nisi augmentum seu vmbilici eminentiã : quia de hydropisi dictũ est supra. Eminentia vmbilici seu hernia vẽtralis quasi sequitur iudicium herniarum testiculorum : sicut dictũ fuit de illis in parte,& dicetur in sequentibus. Quod quædam est zirbalis,quædam intestinalis, quædam aquosa,quædam ventosa. & vltra hoc, quædam est emboriſmalis sanguinea propter rupturam alicuius arteriæ seu venæ ibi sanguinem mandantis.

Causa talium eminentiarum & signa sunt quæ herniarum & emboriſmi. Indicatur tamen quod in emboriſmali cum ferro non tangatur,timor enim magnus induceretur super infirmum:vt dicit Albuca.Et non solum in hac,sed in omni hernia ventrali & vmbilicali est periculum operando cum ferro. Melius enim videtur mihi quod præseruentur cum emplastris,& ligatura,quam ponere se in periculo inciſionis. Nam loca illa male coniunguntur propter naturam musculorum imò sunt aptissima ad prohibendum,& ad procidentiam

dentiam inteſtinorum quæ difficilia ſunt ad relocandum: vt ſexto therapeu. dicebatur.

Curatio tamen eſt duplex, vna cum medicinis: alia cum ferro. Cum medicinis autẽ curatur & præſeruatur, vt dicit Raſis. quod ſumatur thus, & conficiatur cum albumine oui & cum cotone vel ſtuppa inuoluatur, & ſuper vmbilicum ligetur. Et ſi adderentur gallæ, pſidia, acacia, alumen, antimonium, carabe, & ceruſſa, & alia quæ dicẽtur in ruptura inguinali, eſſet melior cura. Et cyminum & baccæ lauri reſoluũt ventoſam, & ſulphur, & alia quæ dicta ſunt in hydropiſi & herniis: curant aquoſam & ventoſam & carnoſam. Cum ferro curatur zirboſa & inteſtinalis ſecundum Albuc. & Haly. & Auic. quod erigatur patiens corã medico, & retineat anhelitum, vt exeat quantũ poterit eminentia. & tũc ſignetur in circuitu eminẽtiæ cum incauſtro, & reſupinetur patiens, & reuertãtur inteſtina & zirbus ad intus: & incidatur in circuitu ſignati ſecundum primã partem: deinde vncino forti affixo in medio circuli ſignati & inciſi eleuetur totum mirac, & ligetur cum forti filo: aut ſuatur, vt dictum fuit in ſutura ventris bene & fortiter, cauendo ne comprehendatur aliquid de inteſtinis. Et ſi ad maiorem ſecuritatem infigantur duæ acus in crucem, & ſub acubus fiat ligatura in quatuor partibus: firmius ſe tenebit prędicta ligatura. Et ſic dimitte cum ſedantibus dolorem, donec cadat per ſe. Et poſt vt alia vulnera ſanetur. Verum tamen ipſi propter periculũ inteſtini prȩcipiunt quod poſt primam ligaturam aperiatur medium eminentiæ, & cum digito perquiratur de inteſtino ſi eſt reductum. Tædioſa vero eſt operatio, & ego nunquam feci eam: quare eam ſubtilitati operantis derelinquo.

De ægritudinibus ancharum & partium procedentium ab eis. Cap. VII.

AEgritudines partium ancharum, quæ proprie pertinẽt ad chirurgos, ſunt ruptura in didymo, lapis in veſica, paſsiones virgæ, vt priapiſmus, clauſio præputij, & circũciſio, caſtratio, hermaphrodita, paſsiones matricis, velut clauſio, & eius amplificatio, tẽtigo, & extractio fœtus, & ſecundinæ & mollæ, ægritudines ani, & eius clauſio, & exitus, & etiam matricis exitus.

De rup

De ruptura didymali.

Ruptura secundum intentionem Gal. in primo & secundo de ægritudine & symptomate, est inflatio hernialis in qua intestinũ aut zirbus dislocatur: & egreditur ab interioribus ad carnem miracis: proprie in didymo & oscheo seu testiculorum bursa: Et sæpius in ea descendit monoculum intestinum, quoniam est solutum nõ ligatum: vt dicit Auic. Cuius tres sunt species: vt testatur ipsemet Gal. in de tumoribus præter naturam, epiploalis, & zirbalis. alia est intestinalis: & cum his composita ex ambabus: & quælibet istarum quãdoque est parua, quæ non transit inguen. & talis vulgariter dicitur relaxatio. Aliquando vero magna: quæ vsque ad oscheum seu bursam testiculorum descendit: & talis dicitur crepatura ab Halyabbate sermone nono partis primæ.

Causæ autem immediatæ rupturarum, sunt scissura aut dilatatio: vt dicit Auic. quæ sæpius contingit: vt Gal. in secundo de ægritudine testatur. Scissura autem proprie, quæ fit à casu, & percussione, aut motu, & conamine laborioso, aut clamore valido, aut coitu inordinato. Dilatatio autem fit propter humiditatem lubrificantem & mollificantem: vt dicit Halyabbas: aut propter debilitatem eorum vt Auic. Et ista possunt moueri in corpore à causis primitiuis iam dictis: vt vult Albuca. adiuuante repletione & vsu cibariorum grossorum humidorũ & ventosorũ, vt Theodoricus.

Signa autem communia rupturarum secundũ Auic. est additio sensata, & apparens descẽdens, seu discensus rei alicuius in didymo proprie apud motum & cõpressionem anheli tus, & tussis & reuersio cum resupinauerit, aut cum digitis compresserit locum: vt dicit Rasis. Signum autẽ proprium eius quæ est propter dilatationem meatus est, quod apparet paulatim in inguine: deinde de oscheo descendit absq; motu laborioso. Signum autem quod propter scissuram est, & subito & cum dolore venit, & multoties descendit ad alium locum quàm per didymum inter carnẽ miracis, aut ad bursam testiculorum, aut ad coxam, & iuxta vuluam, & superiora ventris, vt in vmbilico dictum est de ruptura ventrali.

Significatur autem quod illud quod descendit, est intestinum, quia reducitur cũ velocitate & quadam gurgulatione.

Significatur quod est zirbus, quia non reducitur ita velociter,

ter, neque cum aliqua gurgulatione.

Iudicatur quod qui habet ruptarum, non viuit sine periculo: quia si cõtingeret quod intestina caderent in oscheum cũ fæcibus induratis, nunquã retro cederent, & ita patiens moreretur: vt ego vidi. & Albuca. testatur. & ideo est securum quod faciat se curare: aut nunquam dimittat regimẽ neque bracale. Indicatur per Auic. quod fissuralis ruptura non curatur per desiccantia: neq; aliquo modo, vt dicit Halyab. ix. sermone partis secundæ. Dilatalis vero aliquando curatur per desiccantia, proprie quando est tenera, & recẽs: & in pueris. Non tamen quando est dura & antiquata & in senibus. Qui autem eam dicunt sanare in quadam ætate cum medicis deceptores sunt, vt dicit Theodoricus: neq; ego nunquã vidi saltim magnã & completam. Et propter hoc miror de Lanfranco, qui dicit se curasse cum medicinis vnũ sexagenarium & alium quadragenariũ de magna & cõpleta ruptura.

Indicatur amplius quod curatio rupturarum cum incisione, licet sit possibilis: est tamen ambigua & periculosa: vt dicit Albuca. de spasmo, propter dolorem: de fluxu sanguinis, propter incisionem: de læsione intestini, propter corrosionẽ: de amissione generationis, propter testiculum. Et ideo dicit Lanfrancus quod multi sapientes, quamuis curam scirẽt, se intromittere recusarunt. Cauendum tamẽ est quod non attentetur cura per incisionem in homine debili & sene & male complexionato & tusciculoso. Sufficit enim tales prẽseruare cum medicinis, & dimittere eos viuere cum sua claudicatione. Cauendũ etiã est: vt dicit Brunus & Guli. de Salicето, quod non attẽtetur cura per incisionem nisi per hominẽ qui viderit eam per bonum magistrũ facere. & cum hoc habeat bonum ingenium, & iuxta se habeat instrumenta ad hoc apta, velut rasoria, & spatumina, vncos grossos & subtiles, cauteria diuersa, acus, stuppam, cotonem, oua, pannũ, pulru. & omnia necessaria in hoc casu. Tempus conueniens isti operationi est ver & autumnus. Consilium etiam Gal. est quod antequã attentetur ista operatio, corpus sit bene mundificatum cum clysteribus & medicinis.

Curatio rupturarum fit dupliciter. Vno modo cũ medicinis. Alio modo cum chirurgia, & manuali operatione.

Curatio aut saltim præseruatio cum medicinis intendit de siccando aggregare scissuram & dilatationem; cum tribus.

Primo

Primo si patiens est repletus, quod euacuetur. Secundo vt repletio & materia replens ad generandũ inhibeatur. Tertio vt fissura seu dilatatio constringatur. Primum completur per phlebotomiã si est necessaria: & per medicinas quæ purgando & laxando constringunt: sicut sunt myrabolani, & pilulę ipsorum. Secundum completur per debitam administrationem sex rerum non naturalium, & triũ quæ sui generalitate sunt eis annexæ, vt sunt aër, cibus, & potus, inanitio, & repletio, somnus, & vigilia, motus, & quies, & accidentia animæ obuiatio rerum extrinsecus occurrẽtium, balneatio, & sub diuo statio, declinãtes ad calliditatem & siccitatẽ temperatam cũ quadam subtiliatione & carminatione ventositatum & proprietatum consolidandi & aggregandi dilatata & disiuncta. Et quia de istis satis dictum est in de apostematibus phlegmaticis & aquosis, atque ventosis, & satis dearticulatũ fuit in quodã tractatu quẽ de ruptura feci: pro tãto de exquisita ordinatione prædictarũ rerum supersedeo de præsenti. In summa tamen vult Auic. quod rupti dimittant repletionẽ & cibaria inflatiua, vt fabas, faseolos, lentes, & olera: vt exemplificat Rasis. dimittant etiã fructus recentes, rapas, panẽ crudũ, & azymum, carnes porcinas, & pisces, caseum, lac: nõ potent aquã puram neq; vinum nouũ. Aqua ferrata & vinum grossum stypticũ cõpetit eis. Balnea aquarũ dulciũ nocent eis. Auster, & pluuia grauant ipsos. Nõ saltent, neque clamẽt: non coeant, neq; bracale dimittãt: teneãt ventrem lenem cum suppositoriis, clysteribus, casiafi. tamarindis, aut diacatholicon. Sobrie & quiete viuãt, maxime in brodiis, offis, & potu. In omnibus cibariis ponant saluiam: post eorum comestionem vtantur drageta seminũ in qua sit nasturcium & coriãdrum: & id genus. Tertium completur per reductionẽ intestini cum manu, & clysteri, & balneo, & ventosis, & emplastratione cũ lenitiuis, & euaporatione cũ pannis calidis, & suspẽsione & eleuatione cum tibiis vel per tibias & anchas si est necesse. Et ipsis reductis fomẽtetur locus cũ aqua, vino, & aceto decoctionis gallarum, nucum cypressi, & aluminis: deinde apponatur desuper emplastrũ in loco, in quo apparebat eminentia extensum in aluta ad formam scuti. Et remutetur de ix. in ix. diebus. Et in eleuatione emplastri teneantur digiti supra locũ: & mirac non eleuatur propter adhærentiam emplastri. Et fiat remutatio de mane ante

ne antequam surgat de lecto. Et post emplastrũ ligetur cum bracali artificialiter facto de pãno triplicato cũ scuto paruo secũdum inguinis quãtitatẽ: & habeat bindellũ ligatũ retro & subtiliãtem ante, aut ecõuerso: & ligetur stricte. Et si bracale cũ excoriaret, defendatur cũ pãnis & cotone & vnguẽto albo, Et quando voluerit assellare, portetur, & teneat manũ desuper, & nõ coartet se nisi minus q̃ poterit. Quolibet autẽ mane administretẽ ei potio sua cõsolidatiua cũ vino grosso. Et ita quiescat per 50. dies. Et postea incipiat incedere pau latine: & nõ dimittat bracale de aliis 50. diebus. Emplastrũ cõstrictiuũ rupturæ in quo omnes cõueniũt, est de pelle arietina. Cuius forma: Re. picis naualis, vnc. v. colophoniæ, vnc. iij. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, mastiches, terebinthinæ, ana vnc. j. boli ar. sang. drac. gypsi, thuris, sarcocollæ, aloes sucotrini, mũmiæ, arist. cẽtaureæ vtriusque, cõsolidæ, sumac, berberis, nucis cypressi, gallarũ. psidiç, vermium terrestriũ ana, vnc. ij. sang. humani, vnc. j. glutinis pisciũ, visci quercini ana, vnc. j. & 5. pellis arietinę coctę cum aqua pluuiali & aceto vsque ad dissolutionẽ lib. 5. dissoluantur gummæ cum aceto: & conficiantur omnia cum glutinis liquefactis: & fiat emplastrũ. Emplastrũ aliud Rasis & Auic. & id acceptat Brunus & Theodoricus, & est de pulueribus. Re. nucis cypressi, acaciæ, gallarũ, balaustiarum, ana drag. v. dragagãthi, myrrhæ, sarcocollæ, thuris gũmi ara. ana drag. iij. san. dra. boli armeni, aluminis, aloes, mummię, ana drag. ij. puluerizentur subtilissime, & cum aceto incorporẽtur, & fiat emplastrũ, & applicetur cum pãno aut stuppa. Potio ruptorũ fit de tribus cõsolidis, sigilli sanctæ Mariç, vtriusq; lateę, vtriusq; plãtaginis, valerianæ pimpinellę, ana vnc. j. nuc. cypressi, nucis muscatę, cinnamomi, reubarbari assi, fructus tamariscı, se. nasturcij, cymini præparati cũ aceto, coriandri, ana drag. ij. sang. dra. thuris, mastiches, mũmiæ, terræ sigillatæ, boli ar. picis, sarcocollæ, dragagãthi, ana drag. j. fiat pul. de quo vtatur de mane, drag. j. cum quar. 5. vini grosi. Est etiam alter modus curandi rupturas in magno secreto mihi per quendam virum magnum reuelatus. Et est quod supposito bono regimine, vt est dictũ, iacente & quiescente patiẽte per xxx. dies & reductis intestinis, accipiat quolibet mane & sero vnũ scropulũ, quæ est tertia pars vnius grosi, delimatura chalybis cũ vino decoctiõis hepaticę terrestris, & super

locum

locum rupturæ per 50.dies de tertio in tertium remutando ponat emplastrum factum de diamante grosso modo pulverizato,& cum apostolicon malaxando incorporato. Et post per alios 50.continuet emplastrum dictum de ruptura,& ligetur cum bracali dicto. Et iussu Dei erit curatus. Fundamentum istius curæ est tota spes :quia in primis 15. diebus adamas attrahit in loco rupturæ limaturam. Et in aliis 15. diebus emplastrum. Et ideo reperitur super locum nodosa carnositas,quæ est signum perfectæ curationis.

De cura per chirurgiam.

Modus autem curandi cum operatione manuali intendit incidere carnem & didymum totaliter aut secundum maiorem partem: & postea cõsolidare,& in meatu carnem generare duram & callosam , vt nihil descendere possit. Et talis intentio complerur per diuersos diuersimode. Primus modus est cum incisione rasorij: vt ponitur ab Alb. & Halyabbate,Rogerio,& à suis magistris , & à suo sectatore Iamerio,& à Bruno,& Theodorico,& ipsum Guli.acceptat. Et fit ꝙ inuersato patiente supra discum aut supra bancũ & bene ligato & reductis intestinis findatur didymus secundũ longitudinem,& discarnato didymo,& testiculo eleuato versus ventrẽ suatur,& ligetur firmiter didymus, ita alte sicut erit possibile. Post incidatur,& proiiciatur testiculus,& ad maiorẽ securitatem cauterizetur pars didymi ligata,& reponatur interius:& capita filorũ remaneãt extra. Et cũ albumine oui in primis. & post cũ curatione aliorum vulnerũ curetur.

Secundus modus est cũ cauterio actuali:& ponitur etiã ab Albuca.& Auic.& à Rogerio,& sectatoribus suis , & à Bruno & Theodorico. Et fit ꝙ collocato patiẽte modo dicto , & ducto testiculo vsq; super eos pectinis,signetur locus secundũ quantitatẽ testiculi cũ in caustro,& reducto testiculo per mediũ signi trãsuersaliter cauterizetur cũ cauterio recuruo toties,quousq; ad os pectinis perueniatur. Et post cum albumine oui & cura aliorũ vulnerũ curetur. Tertius modus est cũ cauterio potentiali:& ponitur à Theodorico & operatus est per magistrum Ioannem de Crepatis Bononiæ,& per magistrum Andream in Montepessulano , & magistrum Petrũ de Orliato in Autnione,& per me secundũ quod dicetur in sequentibus. Quartus modus est cum ligamento : & ponitur

nitur à Rogerio. Et fit ꝙ cum acui imponatur cordula ſub didymo ſecundum tranſuerſum per medium loci ſignati: & paruo ligno ſuppoſito ligant totũ didymũ cũ ligno,& ſtringendo quotidie non ceſſant, donec cordula libera exeat, & didymus cum carne fuerit inciſus. Quintus modus eſt per eleuationẽ didymi & cauterizationem oſsis pectinis, & ponitur à Lanfrãco,& proſequitur à magiſtro Petro de Dya. Et fit quòd inciſa carne miracis apprehenſa cum tenaculis latis, eleuãt didymũ. Et cũ ligamẽto eum denudãt, & cauterizant ſubtus didymũ firmiter os pectinis. Et poſtea vt cætera vulnera curant. Sextus modus eſt cum filo aureo:& eũ facit magiſter Berãdus Metis. Et fit quòd inciſa carne miracis ligant didymum aliquãtulum ſtricte cũ filo auri, & ſuunt vulnus, & dimittunt intus filũ. Et ita longitudine cõſtrictionis corrugatur,& cõſtringitur didymus. De iſtis modis videtur mihi quòd primi quatuor ſunt completi & abſq; fallacia. Alij vero non ſunt cum ſecuritatis fiducia. Quod probatur ita: quia illi modi ſunt perfecti & abſque fallacia,in quibus non poteſt reuerti ægritudo:& illi non,in quibus poteſt reuerti 14.therapeu.vt in proœmiali capitulo ſuperius fuit allegatum. Sed per quatuor modos primos nullo modo poteſt reuerti ægritudo:& cum aliis duobus poteſt reuerti: quia per primos modos deſtruitur tota via,& loco ipſius fit mediũ alterius generis in quo nullũ eſt foramen: vt patet per operationem ex facti euidentia:in duobus aliis remanet via cum foraminibus:licet ſtrictificata:nõ tamen indilatabiliter, ſed dilatabiliter,cum ſit carnoſa magis quàm oſſoſa. Sequitur ergo concluſio quòd primi quatuor modi ſunt perfecti: alij duo imperfecti. Bene tamen credo,quòd in parua ruptura bene valerent,& forte in magna ad tempus, ſed nõ ſemper. Vt etiam valeret cauterium didymi cum cauteriis punctalibus triplicatis:vt docet Albuca. quòd poſt eſcharam dimittatur ita groſſa,& dura cicatrix, quòd in loco ſtat ſcutalis ſtrictorij. Et iſta fuit intẽtio Theodorici & antiquorum omnium, quòd non valet operatio niſi peruenerit vſque ad pectinis oſſa:taliter quod tota via ſit adnihilata:& ſi ipſi propter ſaluationẽ teſticuli operãtur fallaciter,nõ habent excuſationẽ. Cũ vno enim teſticulo vidi multos generare: & cũ hoc de duobus malis minus malũ eſt eligendũ. Et credo bene quod aliqua virtus ſuſtentatiua remanet in teſticulo ſaltim ſpiritua-

lis & influxiua ſecundum partium vicinarũ traditionẽ, vt de trãſglutitis in quinto therapeu. dicebatur. Remanet autem vtplurimum cum quadam deſiccatione, vt experientia docet. De illis autem quatuor modis credo ꝙ præfati magiſtri reputauerũt ſecuriorẽ illum de cauterio actuali: illũ autẽ de raſorio nõn faciunt, niſi in magna ruptura. Et hinc fuit ꝙ Auic. de ipſo non facit mẽtionem, imò, quod eſt fortius: dicit ꝙ nullo modo approximetur huic ferrũ. Verũ quia ignis eſt terribilis, & multi in opere infirmantur præ timore ipſius ignis: elegi mihi illũ de cauterio potẽtiali, in quo ſumme eſt cauendum, ꝙ homo ſit dominus de corroſiuo. Plus enim valet multiplicare vices quàm quantitatem. Et arſenicũ in hoc obtinet principatum. Operatio enim ipſius, vt de ſcrofulis dictum fuit, eſt fortis & valida: & ſi indocte applicatur, commouet feb. & accidentia mala. In parua enim quantitate facit operationẽ magnã, maxime iuxta mẽbra principalia. Et ideo oportet ꝙ defendatur bene cũ aceto & ſolatro & aliis infrigidantibus rebus, & cũ bona diæta, ac ſi haberẽt feb. Et eius operatio durat per tres dies: & propterea ſufficit ꝙ de tertio in tertiũ remutetur: & ſi ipſum corrigeretur, aut cum opio, aut cũ ſolatri ſucco', aut cauliũ, vt dicetur, tutius eſſet. Et modus medius operandi cum ipſo talis eſt: ſuppoſita diẽta bona & purgatione, reſupinetur patiens, & reducatur inteſtinũ, & radatur tota inguinis pars illa, deinde adducatur teſticulis ſuperius quãtum erit poſsibile ſupra os pectinis, & ſignetur cum incauſtro aut carbone circuitus teſticuli, & reducto teſticulo in burſa ponatur ruptorium ad quantitatem vnius paruæ caſtaneæ: quod fit de calce viua & ſapone molli cum modico de ſaliua ſuper locum ſignatum in medio oſsis pectinis prope virgã ad digitum vnum, & circunda eum cum aliquo circulo de pãno incerato, aut de aliquo glutinoſo frigido taliter, vt non trãſeat vltra ſignatũ, & ligetur: & firmetur cum bona binda voluente anchas & dorſum ad modum bracalis: vt non moueatur de loco vbi ponitur, vel vbi poſitũ eſt. Et dimittatur ibi per vnum diem naturalem. In craſtinũ ſoluatur ligatura, & remoueatur cauſticum, & inuenietur eſchara nigra: & tũc incidatur per medium vel in medio ſecundũ tranſuerſum ad quantitatẽ vnius grani hordei vel ſiliginis: & fiat cauerna vel fouea in qua ponatur quantitas medij grani frumenti, arſenici pulueriza ti repreſsi cum ſuccis

eis aut cum opio tantundem quantum erit arsenicum per se: aut inuoluto cum modico cotone madefacto cum saliua: deinde cooperiatur cum cotone, aut carpia: deinde inungatur circumcirca cum populeone. Et desuper totum ponãtur panni infusi & expressi in aqua & aceto, aut cum ouorum albumine. Et ligetur cũ binda scutali in bracali simplici de duabus telis suta, & post firmata retro in bracali: & iaceat supra dorsum in lecto de mataratio. Et licet qualibet die possint panni renouari, & semper probari q̃ intestinum sit reductũ: corrosiuum tamẽ nõ remoueatur de duobus aut tribus diebus vsquequo dolor fuerit quietatus. Et tunc corrosiuum remutetur iterum augmentando foueã magis lacerando quàm incidendo, propter sanguinẽ: & ponatur de puluere vt prius. & remoueatur de eschara in circuitu quantum erit possibile: vt libere videatur, & operetur in profundo: & ita continue fiat quousque caro miracis tota sit corrupta vsque ad didymum, quod cognoscitur per inflationem bursæ testiculorum, & per dolorem partium posteriorum, & quòd in fissura videbitur substantia alba, & erit didymus ita strictificatus, quòd digitus non poterit intrare per bursam ad didymum, vt solebat: neque ex tunc intestina possunt descendere, si incidere vellet. Et hoc communiter est factum in duabus septimanis. Post vero, si placet, procuretur casus escharæ & carnis cum axungia porci, aut butyro, seu aliquo vnctuoso per vnam septimanam. Et quando ceciderit eschara, videbitur didymus albus ad modum vnius canalis. Et tunc facta proba intestinorum, & munitis circunstantiis carnis, vt non tangantur à corrosiuo, ponatur de puluere arsenici magis depressi & in minori quãtitate cum cotone super didymum. Et defendatur, ac etiam mitigetur cum fortioribus, vt est oleum papaueris, hyoscyami, mandragoræ: eo quia didymus est magis sensibilis, quàm caro, & maiori indiget mitigatione: & magis cauta operatione propter venas & neruos quæ sunt in eo. Et ipso ita præparato stet vsque ad secundam remutationem. Et tũc findatur secundum longum: & in fouea imponatur de pul. cum cotone: & hoc ita continuetur quousq; totus didymus, aut maior pars eius sit corrupta: quod communiter erit in duabus septimanis. Et cognoscetur per maiorem tumorem testiculorum, & maiorẽ dolorẽ dorsi & partium posteriorum. Et

si necessariũ est propter magnitudinẽ didymi, vt melius corrodatur, facere duas aut tres fissuras, fiãt secundum lõgitudinem, in quibus ponatur de corrosiuo cum cotone semper. Et si tunc cõsideraretur, quòd aqua descẽdisset in oscheum, imponatur proba per mediũ didymi versus bursam, & ab ipsa cum manu eleuata aquæ extrahantur. Et post procuretur casus escharæ, vt dictum est. Et quãdo locus erit mundatus, & apparebit caro rubea, incarnetur locus, & curetur curatione vulnerũ aliorũ. Et postquã erit vulnus incarnatũ, incipiat incedere paulatine, & portet brachale & ligaturã per xxx. dies Magister autẽ Petrus qui in mei præsentia curauit xxx. nullum faciebat quiescere, sed ire per villã cõtinue, vt obliuiscerẽtur molestiã corrosiui, quod nõ laudo nisi intestinum penitus esset retẽtum. Et in operando licet incideret in circuitu escharã, quãtum sibi erat possibile, nullo modo procurabat casum ipsius vsque in finẽ quæ cadebat per se, nihil ponendo in foramine à principio vsque ad finẽ nisi carpiã cum pannis & ligamine. Erat enim intẽtio sua quòd eschara defendebat carnẽ à corrosiuo: quod non reputo securũ: quia stante eschara, satis est difficile scire quãdo erit realiter operatio in didymo: quãdo autem est remota eschara, tactus & oculus testificantur veritatẽ: tempus vero totius suæ operationis erat octo septimanarum. Ego vero abbreuiaui sibi eã de tribus septimanis saluo pluri. Si semper remanet eschara carnis. Verum post ipse audiẽs quòd ego ad maiorẽ certitudinẽ in cura domini Ludouici de Brisiato Delphinatus Viẽnẽsis, post primã didymi aperturã posuerã cauteriũ curuum cultellare. ipse vsus fuit à principio totalis operationis in qualibet remutatione: vel de tertia in tertiã cũ cauterio. Et dicebat quòd iuuabat ad tria, ad fluxũ sanguinis, & ad profundãdum magis sine absciscione escharæ: quia cauteriũ cõsumebat eam: & cum hoc dicebat quòd dolorẽ corrosiui mitigabat: quod non multum improbo nisi quantum ad hoc, quòd nõ est artificiale neque honorabile operationes perfectas commiscere, in commento primi aphorismorum. Nihilominus tantum est periculum in operatione, quòd de omnibus se debet homo iuuare de his quæ iuuare & nocere non possunt: præsertim quia eschara defendit quod cauterium nõ sentitur: duntaxat quod fiat caute quòd patiens nõ videat. Si vero accidẽtia mala superuenerint: ita sunt corrigẽda in cura. In primis si nimis

mis est positū de corrosiuo, aut si nimis molestaret: lauetur, & fomētetur locus cū oleo ros. Si bursa testiculorū est inflata & dolorosa, mitigetur cum emplastro maluarū & furfure: aut maturetur cū radice maluauisci, semine lini, & axungia porci, gallinæ, anatis, & cōsimiliū. Et si faceret saniē, aperiatur in basiori loco, & mūdificetur, & sanetur vt alia vlcera. Et si cōtingeret fluxus sang. restringatur cū pul. rub. & albuminibus ouorū, & cum vitriolo: aut cū puluere ipsiusmet arsenici, & dimissione operis vsquequo sit restrictus. Et si superueniret febris, regatur cum syrupo ros. & nenufarino, & vocetur physicus. Si tussis, detur diadragāthi, aut penidiæ: & inungatur pectus cum butyro, & oleo violaceo. Si esset constipatus, detur casia fistula, aut fiāt clysteres & suppositoria. Si superueniret fluxus ventris, dentur trochis. constrictiui, & id genus &c.

De lapide in vesica.

Licet secundum Auic. in tertio, renes & vesica communicēt in generatione lapidis, necnon aliæ particulæ multæ & iunctuaræ Gal. testante 14. therapeu. & primo elemētorū: quādoque & intestina primo & sexto interiorum: aliquādo pulmo interiorū quarto, & Colliget tertio: nihil minus & hepar, vt de ipso & de aliis mētionem facit Halyab. ix. sermone partis primæ. Nihilominus chirurgus directe non habet considerare de lapide renum nec aliarum intrinsecarum particularum cum nō contingat ipsum curare beneficio chirurgiæ: vt Brunus, Theodoricus, & experientia docet. Gratia tamen communis necessitatis, & propriæ aliquid de vtroque dicetur. Generantur autem secundum Halyabbatem vbi supra, lapides in corpore humano suo modo, sicut lateres efficiuntur extra in furno & in caldariis balneorū ex materia grossa & viscosa materialiter coadunāte meatuum strictura eam seruante instrumentaliter, & à caliditate loci effectualiter: quod plane declarat Gal. primo alimentorum. Crudo inquit chymo assumente quid viscosum, quādo meatus qui secundū renes strictiores quidem extiterint natura, moram faciens ibi, quod grossum & viscosum est, paratum est generare porum, qualis adnascitur vasis, in quibus aquam calefacimus, & qualis etiam circūnascitur secundū plurimas partes aqua-

rum calidarum, facit autem ad hoc maxime & renū ipsorum complexio, quando velut igneum & pungitiuum quod secundū ipsos fuerit in ea, euaporato enim à tali calido vniuerso leptomeri coagulatur reliquū de grossa & viscosa materia 14. thera. his autem duobus maximis viris attestantur Aui. in tertio canon. & Alexāder secundo suæ practicæ. Auerrois tertio colliget. Non obstante Serapione in quarto breuiarij sui dicente, quod caliditas commoderata cum materia grossa est sufficiens causa generationis pororum: quā commoderationem intelligo non in natura, sed in egressione à natura, habet enim gradus multos egressus à naturalitate. de differētiis febrium primo. Et propter hoc, sicut caliditas innaturalis excessiua multum, in iuuenibus renum est causa subitæ generationis lapidis: Ita & caliditas innaturalis excessiua non multum, in senibus & in vesica in diuturno tēpore habet lapidem generare, vt in primo canone dicitur. Senioribus autē dyspnœæ tertio aphorism. Et certe sexto epidemiarum ita intellexit Gal. Tātum enim facit debile agēs in multo tempore: quantum forte in pauco in de sim. phar. & de ægritudine & symptomate quartis. Est ergo supercaliditas ignea secundum gradus suos causa effectiua generationis lapidum. Grosities tamen materiæ est causarum maior, vt dicebat valens Serapio vbi supra, & ita nulla est contradictio inter doctores, vt apparet.

Causatur autem materia ipsius secundum Aui. à crapula, & indigestione, & regimine grosso, vt infra dicetur de diæta. Causa autem retentionis materiæ est debilitas expulsionis, & viarum oppilatio. Causa autem caliditatis excessiuæ, est labor renum, & vesicæ, & calefacientium vsus.

Signa lapidis renum secundum Halyab. sunt egressus paulatinus vrinæ turbidæ & arenosæ arenulis rubeis, cum quodam ardore, & dolor mansiuus renum, & ilium, qui multoties pertingit ad testiculos, crura, & pedes cum quadam obdormitione à parte renis infirmātis. Si autem mingitur retentum quid lapidosum, per naturam, aut per propria pharmaca, quomodo vero relinquitur vltra? Digestio enim habetur & curæ principium, sexto interiorum.

Signa autem lapidis vesicæ sunt dolores vesicæ, pruritus virgæ, & maxime circa caput ipsius. Et sæpissime eius erectio & declinatio, vrinæ cruditas, albedo, & tenuitas, arenarum albedo,

albedo,& vrinandi difficultas. Et cum hoc si dubitatur,resupinetur patiens,& eleuatis coxis concutiatur & minget. Aut catheter quod est immissorium,in virgam intromittatur,& lapis tãgatur,& retrocedet,& minget. Hæc enim omnia notitiam dant lapidis,& vias curationis ostẽdunt,vt in primo interiorum deducitur in exemplũ,adhuc patiente bene curuato. & cum altera manu pectine bene impincto, si digitus in ano ponatur,sentietur lapis durus non mollis,& retrocedet & minget. Et cum hoc dicit Auic. lapis in vesica quãdoque perducitur ad tenasmonem & exitũ longaonis. Et quoties mingit lapidosus, statim mingere desiderat. Dolor renum in principio multũ assimilatur dolori colico, propter quod doctores inter ipsos multam fecerunt distinctionem. Nihilominus quia secundum illud non est magna differentia auxiliorum,puta mitigatiuorum,licet in hoc quod post differentibus indigeant,non est multum in hoc insistendũ. interiorum sexto.

Differunt autẽ lapides renum & vesicæ:vt etiã ipsemet dicit Aui. nã lapis renum leuior est,& minor,declinãs ad rubedinem:vesicæ vero durior,& maior valde declinãs ad albedinem. Iudicatur per Hippo. in vj. epidemiarum. Nephriticos non vidi sanatos supra 50. annos. & sexto aphorism. Nephritici & qui circa vesicam dolent,labortote in senibus sanantur:debiles enim sunt,& ideo cum his passionibus cõmoriuntur,vt dicit Gal. in commento. Iudicatur per Gordo. quod qui habent vrinam grossam & arenosam, raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis, significat lapidẽ generatũ cum aliis signis. Amplius dicit Aui. quod lapis renum & vesicæ est ex his quæ hæreditãtur. Propterea dicit ℞ senibus plus aduenit lapis renum quã vesicæ. Et infantibus & qui sequuntur eos,contrarium. vt maxime tamen euenit inter infantiã & pubertatem. Amplius dicit quod partũ accidit lapis mulieribus in vesica,& lapis renum,vt dicit. Et etiã est de ægritudinibus habentibus paroxysmum, & spatium eorum est de mense ad annum. Amplius dicit quod lapis paruus in vesica magis est promptus ad retinendum vrinam: quia figitur citius in meatu,quàm magnus qui velociter remouetur à meatu. Qui habet lapidem in renibus aut vesica nõ viuit sine periculo. nam si retinetur & claudit meatus,ducit ab hydropisim & ad mortem. Et in renibus non debet

rum calidarum, facit autem ad hoc maxime & renū ipsorum complexio, quando velut igneum & pungitiuum quod secundū ipsos fuerit in ea, euaporato enim à tali calido vniuerso leptomeri coagulatur reliquū de grossa & viscosa materia 14. thera. his autem duobus maximis viris attestantur Aui. in tertio canon. & Alexāder secundo suæ practicæ. Auerrois tertio colliget. Non obstante Serapione in quarto breuiarij sui dicente, quod caliditas commoderata cum materia grossa est sufficiens causa generationis pororum: quā commoderationem intelligo non in natura, sed in egressione à natura, habet enim gradus multos egressus à naturalitate. de differētiis febrium primo. Et propter hoc, sicut caliditas innaturalis excessiua multum, in iuuenibus renum est causa subitæ generationis lapidis: Ita & caliditas innaturalis excessiua non multum, in senibus & in vesica in diuturno tēpore habet lapidem generare, vt in primo canone dicitur. Senioribus autē dyspnœæ tertio aphorism. Et certe sexto epidemiarum ita intellexit Gal. Tātum enim facit debile agēs in multo tempore: quantum forte in pauco in de sim. phar. & de ægritudine & symptomate quartis. Est ergo supercaliditas ignea secundum gradus suos causa effectiua generationis lapidum. Grossities tamen materiæ est causarum maior, vt dicebat valens Serapio vbi supra, & ita nulla est contradictio inter doctores, vt apparet.

Causatur autem materia ipsius secundum Aui. à crapula, & indigestione, & regimine grosso, vt infra dicetur de diæta. Causa autem retentionis materiæ est debilitas expulsionis, & viarum oppilatio. Causa autem caliditatis excessiuæ, est labor renum, & vesicæ, & calefacientium vsus.

Signa lapidis renum secundum Halyab. sunt egressus paulatinus vrinæ turbidæ & arenosæ arenulis rubeis, cum quodam ardore, & dolor mansiuus renum, & ilium, qui multoties pertingit ad testiculos, crura, & pedes cum quadam obdormitione à parte renis infirmātis. Si autem mingitur retentum quid lapidosum, per naturam, aut per propria pharmaca, quomodo vero relinquitur vltra? Digestio enim habetur & curæ principium, sexto interiorum.

Signa autem lapidis vesicæ sunt dolores vesicæ, pruritus virgæ, & maxime circa caput ipsius. Et sæpissime eius erectio & declinatio, vrinæ cruditas, albedo, & tenuitas, arenarum albedo,

albedo,& vrinandi difficultas. Et cum hoc si dubitatur,resupinetur patiens,& eleuatis coxis concutiatur & minget. Aut catheter quod est immissorium,in virgam intromittatur,& lapis tãgatur,& retrocedet,& minget. Hæc enim omnia notitiam dant lapidis,& vias curationis ostẽdunt,vt in primo interiorum deducitur in exemplũ,adhuc patiente bene curuato.& cum altera manu pectine bene impincto, si digitus in ano ponatur,sentietur lapis durus non mollis,& retrocedet & minget. Et cum hoc dicit Auic. lapis in vesica quãdoque perducitur ad tenasmonem & exitũ longaonis. Et quoties mingit lapidosus, statim mingere desiderat. Dolor renum in principio multũ assimilatur dolori colico, propter quod doctores inter ipsos multam fecerunt distinctionem. Nihilominus quia secundum illud non est magna differentia auxiliorum,puta mitigatiuorum,licet in hoc quod post differentibus indigeant,non est multum in hoc insistendũ. interiorum sexto.

Differunt autẽ lapides renum & vesicæ:vt etiã ipsemet dicit Aui.nã lapis renum leuior est,& minor,declinãs ad rubedinem:vesicæ vero durior,& maior valde declinãs ad albedinem. Iudicatur per Hippo. in vj.epidemiarum. Nephriticos non vidi sanatos supra 50. annos.& sexto aphorism. Nephritici & qui circa vesicam dolent,laboriose in senibus sanantur:debiles enim sunt,& ideo cum his passionibus cõmoriuntur,vt dicit Gal. in commento. Iudicatur per Gordo. quod qui habent vrinam grossam & arenosam, raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis, significat lapidẽ generatũ cum aliis signis. Amplius dicit Aui. quod lapis renum & vesicæ est ex his quæ hæreditãtur. Propterea dicit ℞ senibus plus aduenit lapis renum quã vesicæ. Et infantibus & qui sequuntur eos,contrarium,vt maxime tamen euenit inter infantiã & pubertatem. Amplius dicit quod parũ accidit lapis mulieribus in vesica,& lapis renum,vt dicit. Et etiã est de ægritudinibus habentibus paroxysmum, & spatium eorum est de mense ad annum. Amplius dicit quod lapis paruus in vesica magis est promptus ad retinendum vrinam: quia figitur citius in meatu,quàm magnus qui velociter remouetur à meatu. Qui habet lapidem in renibus aut vesica nõ viuit sine periculo.nam si retinetur & claudit meatus,ducit ab hydropisim & ad mortem. Et in renibus non debet

diuertit,ſed euacuat materiam antecedentem phlegmaticã generatam in ſtomacho,quæ in diurno acceſſu ad renes parata erat lapidem cauſare.Iſtum vomitum Hippo. ſemel in menſe decernit quinto vtilita.Gal.teſtante,& Aui.in pleriſque locis.Per ſeceſſum vero fiat euacuatio in vere & in autumno:vt quando eſt neceſsitas prædigerendi materiã phlegmaticam,cum ſimplici oxymelite in tertio regimenti,aut cum ſquillitico ſeu diuretico,vt Heben Meſue ponit. Et ſi fortius vellet cum ſyr.radicum v. herbarum capillariũ:atq; ſaxifragiæ,tribuli marini,& campeſtris,clauellariæ,calamẽthi,hyſſopi,granorum iuniperi,baccarũ hederæ, ſe.fœniculi,apij,petro.ameos,dauci,cum ſeminibus frigidis maioribus,nardo,ſquinantho,aut floribus chamomillæ,geneſtrę, cum aceto ſquillitico ſeu paſſulato,& de melle vel zucha.ad libitum fiat ſyrupus,quod cum aqua cicerũ adminiſtretur. Digeſta materia euacuari poteſt cum pilulis de agarico, aut cum benedicta,ſeu cũ diacatholicon. Poſt autẽ euacuationẽ eundum eſt ſecure ad lauantia & aperientia meatus.Sunt autem duplicia in genere pharmaca ad hoc apta. Quædã autẽ ſunt moderatæ virtutis,velut ficus,amygdalę,fiſtici,fructus capparis,paſſulæ,& ſimilia quæ in pluri vſu & in principio tute poſſunt adminiſtrari,de mente Gal.nono therap. & alimentorum ſecundo:eo quod non habet virtutem properantem intẽpeſtiue cibum ad hepar & mẽbra vrinatiua. Et eodem modo poſſunt adminiſtrari creſſones.nam virtutem habent diaphoreticam,vrinatiuam,atque lapidis veſicæ frãgitiuam in octauo pharmacorum. Et vrticas laudat Aggregator,& hoc Auenzoar cõfirmat.Alia vero ſunt magis violentæ virtutis,velut ſunt pulegium,fœniculum,ius cicerum nigrorum,& ſimilia quæ in raro vſu,& correcta, & longe à cibo debent adminiſtrari,ne adurendo ſang. & renes calefaciendo,lædant.Et ne velocitate lationis cibum indigeſtum deducatur ad hepar,& loca vrinatiua:vt eſt de mente Galen. quarto,& ſexto ſanatiuorum. Huius autem intentionis eſt pureta cicerum magiſtri Arnoldi quæ remollita per noctem in dulci aqua cum eadem de mane duobus feruoribus bulliantur cum pauco petroſelino:& addito modico de pul. nardino,& croco,& vino albo coſato adminiſtretur. Multi vero addunt de gramine mundato : alij de cymino in hyeme:nonnulli in æſtate ſuccum limonum,aut arantiorum,& ſe.mel

se.melonum. Mundificat enim talis pureta[m] venas capillares hepatis,& renum meatus:& ita prȩseruat à calculo, vt affirmat. Ad istam etiam intentionem fiunt vina diuretica in quinto sanatiuorum cum betonica & cestro quod saxifragiam vocant Latini:quidam vero studiose immittunt spicã nardi:alij vero alia quædam vrinationem mouere queuntia.

Composita autem pharmaca ad hanc intentionem, sunt diacalamenthum, & diaspoliticum in quarto sanatiuorum quod Auic.in quinto,& Serapio in septimo breuiarij diacyminum vocant. Interim autem caliditas locorũ potest corrigi cum oleo ros.violaceo,& scorpionũ: & epithemate sandalino: & aquarum frigidarum à nimio excessu cauendo.

Tempus autem iam est aggredi curatiuam descriptionẽ cum medicinis. Per medicinas autem easdem hæc curatiua intentio completur:quę & prȩseruatiua,Gal.in introductorio testante. Quæcunque,inquit,sanant passiones iam fientes, hæc & antequam fiant prohibent consistere. Et quarto sanatiuorum. eadem est custodia futurorũ laborum & correctio iam generatorũ: licet gradualitas varietur: fortioribus tamen indiget lapis vesicæ quàm renum: vt dicit Auic. Ante omnia igitur in actu curatiuo incipiendum est à clysteri lenitiuo. Post hoc dolore infestante præparetur balneum eucratum,in quo decocta sint mollientia temperate rarificãtia,& dolorem sedantia: qualia sunt secundum Arnoldum linguæ canis.M.iiij.berulæ.M.ij.senationis.M.j.apij. M.5. leniter quassata bulliantur vnico feruore in aqua simplici: deinde totum in concha proiiciatur: & addatur vini albi li. j.& cum fuerit citra tepidum, sedeatur sic, quod aqua fere attingat vmbilicum: hoc enim notabiliter operatur mitigando dolorem,& vias atque meatus dilatando,& lapidem educendo ,dum tamen approximetur moderate. Post hoc autem vt tutius pharmacis comminuentibus maxime fortibusvti possit,laudo lenitiuam euacuationem materiæ antecedentis qualis est casiafistula, aut diachatolicon: silendo pro tunc de medicinis attractiuis: vt consulit Auic. Euacuato & linito ventre, danda sunt comminuentia lapidem. Et melior hora approximationis eorum est in exitu balnei: de quorum catologo est decoctio cicerum, &decoctio graminis in sexto simplicium. Et quæ non sunt multum calida cum hoc quod incidere possunt, meliora sunt

quemad

quemadmodum exemplificatur in quinto eorundem radic. ſparagorum,& rubus,ac betonica,polium,& rubea,& vitrũ combuſtum quod ſumme in hoc cõmendauit magiſter Bertutius Bonon. Auic. vero enumerat radic. coſti, radic.rubi, ſe.altheæ,radices tribuli,apium,cardum,ſcolopem,capillos veneris,virgam paſtoris,pentaphyllon, polium, chamæpityn,radicem raphani,& acori,& cyperi,grana piperis,& lapidem iudaicum,cinerem ſcorpionis,leporis, & ſanguinem hirci,& fimum galli atque columbi:& ſcarabeos exſiccatos, & cantharides:multi vero commendant grillos & cicadas. Caueatur tamẽ in iſtis quod ſint bene correcta, & quantitas ſit parua:quia vlcerant veſicam.Et ex iſtis poſſunt fieri compoſita,duntaxat(vt docet Auic.)quod in compoſito aggregẽtur quinque virtutes: mollificatiua videlicet,& penetratiua, & moratiua,confortatiua,& comminutiua, velut ipſe ordinat ſyrupum ad hoc iuuatiuum, quod Re. milij ſolis, drag. v. capilli veneris,drag.vij.petroſelini,drag.iiij. ficuum alb. vij.numero decoquantur cũ vij.libris aquæ donec remaneat lib.j.& bibatur lib.ſ.poſt exitum à baln. Et nobilis Serapio dictauit expertum & ſublime medicamen ad frangẽdum lapidem. Cuius forma Reci.ſe.melonũ mund.milij ſolis,dauci, vitri combuſti,ana partes æquales.terantur,& cribellentur,& dentur ex eo,drag.iij.cum aqua decoctionis ciceris nigri. Dominus Napulio Cardinalis pro iſta diſpoſitione vtebatur tali aqua.Reci.philipendulæ lib.vj.radic.acori.lib.iij. ſaxifragiæ cum radic.quantum de omnibus,conquaſſentur, & ponãtur in alembico, & fiat aqua,detur vnc.j. Auenzoar vero vir magnæ experientiæ facit hoc electuarium.Reci.lapidis iudaici,gummi ceraſorum,lapidis ſpongiæ, corticum melonum,liquiritiæ,ana vnc.iiij.auellanarum,vnc.j. dauci, vitri vltramarini cõbuſti cum akitram aut albaſce. ana dra. x.pinearum mũdatarum,amyda.excoriatarum ana drag. vj. ſyrupi de liquiri.quod ſufficit.fiat electuarium. & in qualibet lib.ponãtur,drag.ij.optimi balſami qui in hoc, vt dicit, eſt de melioribus medicinis. ſeruetur in vaſe vitreo. Doſis eſt omni mane, drag.vj. cum ſyrupo violaceo & quadruplo aquæ calidæ. Magiſter Arnoldus pro iſto caſu hanc medicinã domino de Bellioco dictauit. Reci.milij ſolis, ameos, aniſi,marathri,carui,dauci,petro.apij,cymini,anethi, leuiſtici, cardamomi, piperis longi, ſileris montani,ſe. papaueris,

ueris, ſe. melonum}, ſe. maluæ, granorum iuniperi, bacarum hederæ, ſe. ſpargi, nucleorum perſicorum, ana.par. j. radic. ſaxifragiæ zinzi. galangæ, cinnamomi, ſpicę nardi, calami aromatici, liquiri. raſæ, cyperi, acori, ſandal. al. ru. lapidis iudaici, lapidis ſpongiæ, raſuræ eboris, maxillarum lucij, ana partem mediam: cicadarum præparatarum quartã vnius partis: ſan. hirci ſecundum doctrinam Alexandri præparati partes. ij. fiat pul. de quo detur de mane drag. j. cum vino albo. Raſis autem talem confectionem ad hoc dictauit & eſt fortis. Reci. ſe. melonũ carpobalſami, ſe. raphani, dauci, petroſelini, ana partem. j. corticis radicis capparum, corticis radicis opopanacis, amygdalarum amararum, baccarum lauri, ſquinanthi, cyperi, ſpicæ, caſiæ. ſcolopen. harmel. gentianæ, ariſtolochiæ rot. aſari, cordumeni, bdellij, ammoniaci, ſerapini, myrrhæ, piperis, acori, ana partem mediam. diſſolutis gummis in vino ſubtili fiant pilulæ. doſis, drag. ſ. cũ aqua ciceris. Et quandoque fortificatur illud medicamen cũ balſamo. balſamus enim frangit lapidem, vt teſtatur Gal. ſexto ſimplicium. Et Auic. dat fortius medicamen quod expertum eſt, vt dicit. Reci. cineris vitri, cineris ſcorpionum, cineris radicis cau. communis, cineris leporis, lapidis ſpõgiæ, ſan. hirci, cineris corticis oui, lapidis iudaici, gummi nucis, acori partes æquales: petroſelini, dauci, pulegij, gummi ara. ſeminis althęæ, piperis, ana partem j. & ſ. conficiantur cum melle, & conſeruentur. doſis ſit vſque ad drag. iij. cum aqua decoctionis tribulorum, & cicerum nigrorum. Et herbæ & radi. diureti. cum pauca quantitate cantharidum ſyrupatæ, laudantur à Guli. de Saliceto. Et aqua illarum diſtillata erat conſueta magiſtro Odoni de Lugduno. vſus autem communis cum vino calido lithontripton adminiſtrat. Poſt autem adminiſtrationem medicinæ frangentes & educentes lapidem laudantur: & inunctio cum oleo ſcorpionum, quoniam, vt dicit Aui. in quinto canon. ſcorpiones in ſuis naturis ſunt lapidibus generatis in renibus, & veſica ſicut carnes viperæ venenis reptilium venenoſorum. Et emplaſtra fiant deſuper, vt dicit & præcipit Thadeus cum ſenationibus, parietaria, foliis cucumeris ſylueſtris, maluarum, caulium, porrorum, morſus gallinæ & id genus. Aut cum cerato ſedatiuo dolorum, vt ponit Theodoricus. Re. olei chamomillæ, vnc. ij. olei roſ. vnc. j. vitellorum ouorum crudorum, vnc. iij.

cõficiantur: & cum panno applicentur. Et commotiones per equitationem, & assensiones & ventosationes ab ilio vsque ad vesicam. Et euaporationes cum oleis calidis rutæ, castorei laudantur ab Auic.

De arte mingendi cum medicinis.

Prouocatur vrina denegata cum prouocantibus dictis maxime in quibus cãtharides ponuntur iuxta doctrinam Gal. tertio pharmacorum & complexionum. Et Rasis nono Almansoris in balneo administratis & cum embrocis, emplastris, vnctionibus, & humectationibus applicatis supra pecten, virgam, & perinæum, & in virgam, & in vesicam intromissis proprie quando causa denegationis est in vesica. Et magister Iordanus faciebat iniectiones, & syringationes infra vesicam cum balsamo: & Theodo. cum petroleo: Auic. cum oleo scorpionum. & nonnulli cum stercore colombino in lixiuio dissoluto aut colato. Alij vero prouocant vrinam denegatam inungẽdo pectẽ, & renes cũ axungia cuniculi aut cũ galbano posito super caput virgæ, aut alliis, aut cepis: aut fiat suppositoriũ de sale gemmæ: aut imponẽdo pediculõ seu cimicẽ in foramine virgæ. Item radix raphani & lapathij, petroselini, & vrticę cocta cum vino & cum oleo frixa, & super pecten applicata communiter laudantur in vrinę prouocatione. Et si cum medicinis non potest mingere: recurrendum est ad instrumenta, vt statim dicetur. Nunc iam vereor vlterius ampliare sermonem in medicinis. hora autem est transire ad actum curatiuum cum manuali operatione.

De cura cum manuali operatione.

Duplex autem est cura quæ per actum manualem fit. quædam est palliatiua: quædam vero proprie curatiua. Palliatiua proprie habet locum quando lapis est nimis magnus: ita quod non potest duci ad collum vesicæ: in quo salubrius potest fieri incisio cum sit carnosum: vesica vero est neruosa & locus vrinæ, & nõ consolidaretur: imò ipsius incisio est mortalis, Hippocrate in sexto aphorismorũ testante: aut si est in antiquo aut in corpore non potente neque volente sustinere incisionem. Et completur quod patiens ponatur in balneo mollificatiuo: deinde cũ cathetere, id est, intromissorio aut argalia seu syringa inuncta cũ butyro aut aliquo suaui oleo intro

intromissa per virgam impingatur de collo vesicæ vsque ad fundum ipsius: aut cum digitis præparatis & inunctis intromissis per anum, idem fiat. remanere enim potest in fundo per 40. annos, vt dicit Theodoricus, aut per lõgum tempus, vt dicunt alij. Est autem catheter intromissorium longum & subtile sicut proba, in fine cuius potest esse nodulus, vt intrinsecus non offendat. Argalia seu syrinx est cannulla illiusmet longitudinis & gracilitatis forata in puncta & in lateribus. in summitate eius est lata ad modum emboti: in qua potest ligari bursa corij seu vesica porci vel arietis: & quædam est cũ vite: quædã sine vite: aut ad modũ clysterum.

De arte mingendi cum instrumentis.

Modus autem mingendi cum instrumentis est secundum Halyab. nono sermone partis secundę: & secundum Auic. & Albuca quod posito patiente super sedem & ipso balneato aut fomentato cum aquis & oleis, intromittatur instrumentum, deinde per virgam extensam versus ventrem suauiter vsquequo sit prope anum: deinde declinetur virga cum toto instrumento versus inferius, vt dirigatur instrumentum versus vesicam, quæ facit hic reduplicationem, donec sentiatur eum cadere in vacuum. & tunc intelligatur esse in vesica. Et si cum isto instrumento fuerit virgula, aut filum lanę: extrahatur & egredietur tunc vrina & humor ille, si quid impediebat vrinam. Quòd si propter fricationẽ læsa fuerit via, & euenerit sanguis, collyrium album cum lacte mulierum immittatur.

De incisione lapidis.

Curatio vero lapidis per incisionem fit secundum præfatos magistros: & illud quidem ego vidi quod in primis euacuẽtur intestina cum clysteri. Et in crastinum ieiuno stomacho patiens faciat vnum saltum vel duos: vt lapis descendat. Et tunc situato patiente reuerso super discum vel super genua alicuius fortis ministri, curuentur coxæ & ligentur fortiter cũ collo, & teneantur ampliatæ, ne possint se mouere hora operationis: & tunc impresso ventre super vesicam cum pręgno & impositis digitis per anum, vt dictum est, ducatur pro posse lapis ad collum vesicæ inter anum & testiculos, & tũc secũdum incessum rugarum loco remoto & aliquantulum à parte sinistra à cõmissura: quia in ipsa est locus mortalis, vt

dicit

dicit Auic. incidatur cum raſorio vſque ad lapidem tantum quòd lapis cum vnco concauo poſsit extrahi cum facilitate: & ipſo extracto & purificato loco, ſuatur vulnus: & ſuper ipſum pul. rub. ponatur & albumen oui: & ligetur firmiter: & collocetur in lecto: & non ſoluatur vſque ad tertium diē: vt pręcipit Rogerius: & cum diapalma, vt cætera vulnera, curetur. Ita autē curatur in viris. In mulieribus vero raro accidit lapis in veſica: & quādo fit, per impoſitionem digiti in matricem, vt dictum eſt, curatur. Nōnulli verò vt Rogerius poſt inciſionem ponunt vitellum oui in hyeme, & albumen in æſtate. Et quatuor magiſtri farinam cum ſtuppis. Tempore autem curę parū potent, & vinum non albū, ſed rubeū, ſtypticum cum aqua ferrata lymphatum: & comedāt ſobrie, & cibaria electa paucarū ſuperfluitatum. Si autem contingit quod lapis propter eius paruitatem venerit ad virgam, ligetur verſus veſicam, vt non recedat: & poſtea ſugendo extrahatur, aut tenaculę longæ & graciles imponantur, & capiatur, & extrahatur: aut gracile terebellū, vt dicit Albuca. imponatur: & cum illo frangatur: & fruſtatim extrahatur: aut virga in parte inferiori vbi magis eminet lapillus, incidatur ſecundum longū: & extrahatur, & ſuatur: & poſtea ligamentum remoueatur: & vt ſupra curetur. In omnibus tamē apoſtematio prohibeatur. Et ſi dolor infeſtaret, conſulit Auic. quod ponatur in balneo eucrato, & inungantur cum oleis lenificantibus, quale eſt chamomillinum & anethinum: & ſuper vulnus butyrum tepefactum. Et ſi videantur mala accidentia euenire, ſit deus auxiliator.

De paſſionibus virgæ: & primo de frigidatione, & malefactione.

Iſta enim ſunt peccata quæ contingunt in membris generatiuis: maxime in viris. Nam ſicut ſterilitas maxime contingit ex parte mulieris, (vt tenet Serap. in quarto breuiari) ita infrigidatio & malefactio quæ eſt priuatio coitus à parte virorum: eo quia in mulieribus non priuatur coitus: niſi propter vuluæ oppilationem. In viris verò priuatur propter malam complexionem frigidam, quæ aufert erectionē: & propter malam complexionem abbreuiantem & adnihilantem virgam & teſticulos. Propter autem malefactionem contingit in vtroq;. Differt autē infrigidatio à malefactione: quia

ne: quia realiter infrigidatio concernit complexionē: malefactio animum & cōplexionē: licet vulgariter dicatur ℘ infrigidatio fiat propter naturā corporis: malefactio vero propter rem diuinam: vt quando aliqua facinora sunt facta, aut mala fuerit cogitatio inter virum & mulierem.

Signa autem infrigidationis & malefactionis propter peccata corporis sunt manifesta, quando est castratus, quādo virga est breuis, & nihila, & male cōpositā: quando est frigida, & paralytica, sine pilis, rugosa, & male colorata: ℘ si comederet omnes species totius mundi & pigmenta, & fricaretur, & calefieret cū omnibus calefaciētibus, & excitantibus quæ possent fieri: nō erigeretur, neque exiret in actum coeundi.

Signa autem quando est propter rem diuinam aut malum animum, sunt: quando omnia stant bene: & tamen nō potest exire in actum debitum coeundi præcipue cum vxore: licet possit cum aliis: & ℘ reducitur ad actū per orationes & remotiones maleficiorum & malarum cogitationum. Iudicatur per Gal. authoritate Platonis in commento illo. Mulier si non conceperit, ℘ qui non potest coire & generare, nō iungat se cum muliere: deluderetur enim natura, & perderetur genus. Iudicatur etiam ℘ si tales essent cōiuncti per formā, ℘ fiat diuortium per iustitiam. Verum quia iustitia cōsueuit committere examen medicis: pro tanto ponitur hic modus examinandi. Et est ℘ medicus habita licentia à iustitia examinet primo complexionem & compositionem mēbrorum generatiuorum: deinde habeat matronam in talibus cōsuetam: & præcipiatur ℘ iaceant insimul per aliquos dies ipsa matrona præsente cum eis. Et det eis species & pigmenta: & eos calefaciat: & inungatur cum oleis calidis: & fricet iuxta ignem fermentorum, & iubeat eos confabulari & amplecti. Deinde qđ viderit referat medico: & quando medicus fuerit bene informatus: coram iustitia cum veritate deponere potest. Caueat tamen vt non sit deceptus: quia multæ fraudes in talibus consueuerūt committi: & maximum periculū est separare quos Deus coniunxerat: nisi iustissima causa requirente.

De priapismo.

Priapismus est inuoluntaria virgæ erectio. Et in hoc differt à satyriasi, in qua est voluntas & desideriū illius. Causa

autem eius ſecundũ Gal.14.therapeu.eſt ventoſitas vaporoſa in neruo cauernoſo introducta à cibariis ventoſis & à frigiditate cutim denſante exire prohibita:fit etiam quamplurimum ſecundũ mentẽ eius ſexto interiorum ab arteriarũ virgæ dilatatione. Et ſigna diſtinctiua ponuntur ibidẽ: non tamẽ eſt multũ in hoc inſiſtendũ.Sed eius cura ſit ſuppoſito regimine vniuerſali ꝙ in dẽſatione fomentetur locus cũ ruta, & agnocaſto.In operatione infrigidetur cũ ſuccis frigidis & camphora et ceroto Gal.et appoſitione laminæ plumbi.

De calefactione & fœditate in virga,propter de cubitum cum muliere fœtida.

In primis lauetur cum oxycrato: et deinde cum vnguento albo camphorato,vt puſtulæ vlceratæ curentur.

De præputij clauſura.

Curatur ſecundum Haliab.et Albuca. aperiendo cũ vngue aut cum ſpatumine:deinde ponendo tentam cannulatam de ligno, aut de plumbo, vt poſsit vrinare linita cum butyro, aut oleo amygdalino.

De circunciſione.

Circunciſio ſecundũ legem fit Iudęis et Sarracenis et aliis: quæ multis eſt vtilis: propterea ꝙ nõ congregãtur ſordities in radice balani,quę calefaciunt ipſum. Et tunc cum vnguibus trahatur præputium quantum erit poſsibile,& cauendo de balano incidatur:& poſt cũ pulueribus ru.aut cũ cauterio ſanguinis reſtringatur:& more aliorum vlcerum ſanetur.

De caſtratione.

Caſtratio fit ſecundum Albuca.ſecundum duos modos. Aut per attritionem, aut per ſciſſuram. In illa quæ fit per attritionem, oportet quod ſedeat infirmus in aqua calida donec mollificentur teſticuli eius.Et poſtea cum manibus comprimantur,& conterantur donec reſoluantur. Per ſciſſuram fit ſecando cutim,& apprehendãtur teſticuli,& ligentur, & incidantur,& extrahãtur:deinde ſuitur cutis, & curatur vt cętera vulnera.

De mollificatione oſchei & elongatione eius.

Incidatur quod eſt nimium, ſaluando teſticulos:& ſuatur:

& vlce

& vlcerum aliorum curatione curetur,& ſanetur.

De hermaphrodito.

Hermaphroditus eſt natura ſexus duplicata:& eſt ſecũdum Albuca.in virs ſecũdum duos modos:quia quandoq; eſt vlua piloſa inter teſticulos duos:quandoque in ſpatio quod eſt apparens ſubtus.In muliere autem eſt vna ſpecies in qua ſupra vuluam apparet virga & teſticuli, & multoties curantur per inciſionem,vt dicit Auic. Non autem illa quæ facit vrinam:vt dicit Albuca.

De paſsionibus matricis.

Multis modis clauditur matrix, vt oſtendit Albuca. Curatio eſt vna tantum inciſio, ſi fuerit caro addita cum raſorio, aut ligamine cum filo. Si autem fuerit pellis,cum vnguibus aperiatur,aut raſorio,& tenta cannulata de ligno,aut de plũbo linita cum butyro,aut oleo vt mingere poſsit: aut ſolida de panno ad modum paruæ virgæ ponatur:& ſæpe eã remutet:aut coitu vtatur vt non reclaudatur.

De amplificatione matricis.

Amplificatio, conſtringitur matrix ſecundum Auic.vt pulueris corticis pini partes iiij.aluminis partes duas,ciperi partem j.decoquãtur cum vino ſtyptico & madefiat in ipſo pannus lineus,& applicetur.

De tentigine matricis.

Tentigo. Quandoque illa additio carnoſa quę vocatur tentigo,in vulua creſcit in tantum,ꝙ facit diſplicentiam & nocumentum. Et cura eius eſt ſecundum Albuca.ꝙ incidatur cũ ligamento,aut raſorio:& non vſque ad fundum timore ſanguinis:deinde aliorum vulnerum curatione curetur.

De extractione fœtus.

Fœtus naturaliter egreditur ſuper caput ſuum facie verſus terram euerſa.Omnis autem alter exitus eſt innaturalis, & difficilis. Fit etiã difficilis partus propter pluralitatẽ fœtuũ. Nam aliquoties ſunt duo:& ſecundum Auic.quinq; vel plures:ſecundum vero Albuc.plures quã ſeptem:quia decem vt dicit. Et quia iſtud negotium exercetur per mulieres vtplurimum, non oportet in ipſo multum immorari. Incantaudæ tamen ſunt obſtetrices,ꝙ ſi forma exitus ſit naturalis

& difficilis,cum fomentationibus & inunctionibus mollificantibus partes illæ mollificentur. Et ꝙ mulier iuuet se cũ expresione & retentione anhelitus,& prouocatione sternutationis cum puluere piperis,aut euphorbij, & id genus. Et buthormare & agrimonia ligata in coxa facilitant partum, vt dicunt experti.

Si vero forma exitus non est debita & naturalis, quod toto posse eleuando coxas mulieris,reducatur ad naturalitatẽ.

Et si à casu fœtus esset mortuus: quod cognoscitur per minorationem mammillarum, & per immobilitatẽ fœtus, qui ante mouebatur,per frigiditatem ventris, per fœtorem anhelitus,per profunditatem oculorum,& mortificationem labiorum & totius faciei,per inflationem ventris,& per prẽcessionem alicuius acutæ ægritudinis aut offensionis. Tunc obstetrix debet attentare cũ manibus inunctis : & locis illis cum mollificãtibus,mollificatis,fomentatis, & pessarizatis, & prouocatione sternutationis,& medicinis prouocantibus abortum,velut est castoreum,& myrrha,cum ruta, & similia,si poterit eũ extrahere:si nõ intromittatur instrumẽtum dictum speculũ factum cũ vite torculari,& aperiat matricem quantum erit possibile:& postea cum manibus & vncinis & tenaculis integrũ aut frustatim extrahatur, & nõ remaneat, licet Albu.dixit se vidisse mulierem quæ super impregnata, est super fœtum mortuum dimissum. Et post longum tẽpus per apostema vmbilici exiuerunt ossa : & sic longo tempore vixit. Esttamẽ cautela:ꝙ si in capite fœtus mortui,aut in pectore seu ventre vel in secũdina fuerit aqua tumore exitũ impediens : ꝙ cũ vngulis, aut spatumine incidatur:& aqua extrahatur:& sic melius exibit. Si autem contingeret mulierẽ ipsam esse mortuam : quod cognoscetur per signa dicta superius de mortuis : & suspicaueris quòd fœtus esset viuus: quia vetat lex regia mulierem prẽgnantem humari,quousq; fœtus exiuerit,tenẽdo mulieris os & matricẽ apertã vt volũt mulieres,aperiatur mulier secundũ longitudinẽ cũ rasorio in latere siniſtro:quia pars illa est magis libera quã dextra, propter hepar:& digitis interpositis extrahat fœt⁹. Ita enim extractus fuit Iulius Cęsar; vt in gestis legitur Romanorum.

De extractione secundinæ.

Extractio secundinæ:quando retinetur secundina:tunc secundum

cundum Albuca. oportet vt præcipias infirmæ, vt iuuet se cũ sternutatione & retentione anhelitus super os & nares: & si non egreditur, suffumigetur matrix cum emboto decoctionis calamenthi, rutæ, centaureæ, chamomillæ, anethi, & cassiæ ligneæ, & id genus: & prouocetur sternutatio: & dentur prouocantia abortum. Et si non egreditur, præcipiatur obstetrici, vt submergat manũ suam in oleo sisamino, aut in mucilagine althææ. Et intromittat eam in matrice, & capiat eã suauiter. Et si fuerit annexa, extrahatur quod erit possibile extrahi: & reliquum cum remollitiuis vt est iniectio vnguẽti basilicon, sanetur, ipsum enim putrefaciet eam post dies, & egredietur &c.

De mola matricis.

Mola enim est fructum carnis in matrice generatum, & generatur duobus modis, vt dicit Auic. Vno modo ex multitudine materierum effusarum cum vehementia caliditatis. Et secundo modo in coitu, in quo matrix comprehendit aquam mulieris, & extendit eam cum nutrimento. Et propter defectum virtutis masculinitatis non concipit, sed illam carnem generat. Cuius signum est: quia non habet motum per se vt fœtus, & extrema sunt ei mollia: & transiuit tempus partus. Et curatur cum mollificantibus sternutationibus & prouocantibus abortum, & cum pessariis, & aliis instrumentis, & operationibus, cum quibus extrahitur, secundina &c.

De exitu matricis & longaonis.

Fomentetur locus cum vino stiptico: & post sinapizetur cũ puluere de radice consolidæ, mastichę, in plus sang. draco. bolo arme. mummia, myrrha, nuce cypressi, balustiis, & alumine, ac cerussa in minus: & de eodem puluere cum albuminibus ouorũ fiat emplastrum: & cum plagella de cotone ligetur: & quiescat coxis eleuatis: & comedat cibaria delicata, ne exprimere se cogantur.

De hæmorrhoidibus & attricibus fissuris & vlceribus ani & matricis dictum est supra sufficienter: & cum hoc capitulum septimum finit.

De propriis ægritudinibus coxarum & tibiarum, & pedum. Cap. VIII.

IN tibiis seu pedibus magnis præter ægritudines communes accidunt multæ ægritudines propriæ, de quibus fuit dictũ supra, vt elephantia, varices, claui, ægritudines vnguiũ, & id genus. De malo mortuo posset homo dicere filaterias multas: sed generaliter curatur sicut scabies, de qua dictum est supra, cum nihil sit quam fœda & arida scabies, & si habet quid corrosionis pro qua dicatur cauerna, vel vlcus fœdum: dictum est etiã supra. Nihilominus causa collationis, in malo mortuo seu phlegmate salso post vniuersale regimẽ laudatur lotio cum aqua fabrorum, & aceto decoctionis fumiterræ, lapathij, & chelidoniç. Et post liniatur cũ linimento facto de succo mali terræ, bryoniæ decoctione cum oleo rosa. aceto & sapone molli. Deinde inungatur cum vnguento facto ex axungia porcia antiqua dissoluta cum aceto per nouem dies: acetum de tertio in tertium renouando: & ex vnguento albo, sulphure, alumine, bolo ar. & argento viuo pistatis in mortario plumbeo.

De dolore & mula quæ in calcaneo accidunt.

Quandoque ista accidunt ex obuiatione calciamenti: quandoque ex frigore. Et sanat ipsum, vt dicit Auicen. embrocha tio cũ aqua frigida plurima facta, & epithema de memitha, & bolo ar. resoluto: & cum doctrina data per eum in quarto, ad excoriationem calciamẽti. Et dicta superius superficialiter de contusione carnis. Haliab. autem præcipit ponere corium ochreæ puluerizatum: aut vna cum Gale. xj. pharmacorum, pulmonem arietis seu porci combustum & puluerizatum: & sedato dolore gallam & acaciam cum aceto distemperatam. Vsus autem communis ad sedandum basilicon ponit: ad desiccandum vero vnguentum album. Hora enim est dare quietem huic sexto. Ille qui dedit motum corporibus, quietem veram det animabus.

Tractatus

Tractatus septimus qui antidotarium dicitur, duas continens doctrinas.

Prima est de vniuersalibus antidotis seu auxiliis. Secunda erit de particularibus.

Prima habebit duo capitula.

De phlebotomia, ventosis, & sanguisugis, &c. Cap. I.

DEceret prolongare sermonem, si de antidotis cum quibus ducitur finis intentus in chirurgia ad loca subiecti, tractarem exquisite: maxime cum per totum librum tractando modum ducendi finem illum, per curatiuas intentiones exemplificando multa & magis propria sint inserta. Et qui non erit contentus, & plura habere voluerit, quærat, & accipiat in toto continente: & in antidotario magno Azaramij: in quibus mille millia auxiliorum antiquorum inueniet aggregata. Empirias & incantationes parum acceptaui, de quibus in gilbertina & thesauro pauperum copia inuenitur multa. Verũtamen vt non videar exire tramitem aliorum breuius quam potero aliqua, magis tamen cõmunia & mihi vsitata rememorabo. Et non displiceat reiteratio: quia multoties repetita prosunt vtilia. Et cum hoc se corrigi possunt duplicata. Verum quia phlebotomia inter omnia est magis commune & generosum auxilium (Nã inefficax omne reliquum in ægritudinibus sanguineis fit ab ea in ix. thera.) incipiendum est ab ipsa. Phlebotomia est incisio venæ euacuãs sanguinem & humores cũ sanguine in eis decurrentes. Ita describit eam Arnaldus in libro de opere particulari, in quo opus phlebotomiæ adducit in exemplum. Et ideo dicebat Aui. in quarta primi quod erat euacuatio vniuersalis multitudinem euacuans. Et in prima tertij, quod erat communis humorum euacuatio. Et Ga. vj. aphoris. quibuscũq; phlebotomia &c. Phlebotomia nanq; cõmune auxiliũ est ægritudinũ plethoricarũ. Et est secundum Rasim in iiij. Alman. multum cõferens in sanitate cõseruanda, & ad ægritudines curandas, si fiat vt oportet. Si vero fiat aliter, est causa debilitatis virtutis, & generationis hydropisis, & aliarum malignarum ægritudinum, & antici-

pationis senectutis. Phlebotomia enim magna fuit vt probat Galen. in libello de phlebotomia in illo romano qui in oculis patiebatur: ita quod ex hoc Erasistrateus qui inhibebat phlebotomiam, sanguisuga vocabatur. Est enim securius auxilium quàm pharmacia: quia hoc bonum maxime in phlebotomia existit, vt dicitur ibidem: quia quando volumus eam sistere, sistimus, quod semel autē ad ventrē trāsglutitum est, operatur, neque possumus sistere, vt volumus.

Circa hoc generosum auxilium Gal. in libello prædicto de phlebotomia quærit quinque problemata. Primum, qui sunt qui euacuatione indigent. Secundum, qui cum phlebotomia. Tertium, qui sunt illi qui possunt eā sustinere. Quartum, per quas venas est facienda. Quintum, de mensura phlebotomiæ. Deinde determinat de tempore. Et alij doctores de regimine ipsius addiderunt.

Primum autem requiritur per vtriusque repletionis prę-sentiam. secūdum vasa videlicet, & virtutem, prout in libro de multitudine, & quarto sanatiuorum est distinctū. Quæcunque enim repleta euacuare oportet vt in aphorismis clamat Hippoc. doctrina, siue sit de parte sanatiua, siue de præcustoditiua: vt in nobis absque causa non conteratur sermo sicut dicit Gal. in commento.

Secundum ostenditur per venarum repletionem in commento, dolores oculorum, & quarto sanatiuorum, & vbique si est ex omnibus humoribus æqualiter, siue ex sanguine abundante: quod facienda est euacuatio per phlebotomiā, eo quia venæ loca sunt sanguinis & aliorum humorum maxime naturalium, vt in anatomia fuit dictum. Sex enim sunt intētiones propter quas fit vtilis phlebotomia. Prima est ad euacuandum. Secunda ad diuertendum. Tertia ad attrahendum. Quarta ad alterandum. Quinta ad præseruandū. Sexta ad alleuiandum. De prima dixerunt methodici & alij plurimi, vt deducitur in iiij. therap. quod euacuatio pro obiecto solum respiciebat plethoricum concursum, de quo ibidem reprehendit eos Gal. & in libello allegato de phlebotomia. quod phlebotomia nō solum fit propter multitudinem, sed propter passionis fortitudinem sine multitudine, incipiente phlegmonatione propter percussionem, vel dolorem, vel imbecillitatem particularum. ista enim operātur phlegmonationem absque ea quę secundū corpus multitudine. Fortitudin

tudinem autem passionis vocat tripliciter, aut propter principalitatem passæ particulę: aut propter magnitudinem dispositionis, & tertium propter ipsius malam morigerationē. De secunda dicebatur in libello dicto: quod assumitur phlebotomia aliquando vt euacuatiuum: aliquando vt antispaticum, id est diuersiuum auxilium: vt in fluxibus ipse declarat ibi, & in quinto therap. hæmorrhagizante nare dextra, in dextra manu: altera vero, in sinistra. Et hæc est Hippo. in v. aphorism. cantilena posteriora capitis dolentibus quæ in fronte recta vena incisa iuuat, nō solum vt commendat Gal. ingeniatur Hippo. euacuare vbi oportet euacuare: sed cū antispasi. De tertia dicitur in eodem libello quod si menstrua prouocare velimus, venas inferiores aperimus, vel suras scarificamus tempore assueti motus. De quarta dicebat Gal. in nono therap. & in commento 23. primi aphorismorū exeuntia non in multitudine coniectari, quod phlebotomia vsque ad lipothymiam refrigerationem totius habitus confestim operatur, & extinguit febrem ac si occidisset eam. De quinta ostendit in eodem libello, Et in vj. aphoris. commēto illius aphorismi. Quibuscunque phlebotomia confert: quod phleboromia multos paratos incidere in ægritudinibus, præseruat vt nō cadant in eisdē: quod declarat de paratis ad spuēdū sanguinē, ad peripleumoniā, squinantiā, synantiam, & epilepsiam, apoplexiam: qui faciendo phlebotomiam in vere fuerunt præseruati ab eisdem. Etiam in casibus, & percussionibus, & vulneribus præmittitur phlebotomia, vt aduentus phlegmonis, vt dictum est, prohibeatur. Melius est enim anticipare phlebotomiam, quàm multitudinis expectare symptomata. De sexta loquitur Galen. in xj. thera. cap. 15. versus medium: igitur quidem optimū, vt dictum est, venā incidere non solū in synochis febribus: sed in aliis omnibus quæ in putredine humorum, quando vel quæ ætatis vel virtutis non prohibuerint, alleuiata enim quæ dispensat nostra corpora natura, & deponet quod aggrauat eam velut aliquod onus, dominabitur reliquo facile. itaque & digeret quod digeri potest, & extrahet quod extrahi potest, recolens propriarum actionum.

Tertium, qui sunt illi qui eam possunt sustinere concluditur in eodem libello, quod sunt habentes virtutes robustas venas, grossas & amplas, habitudinem non multum maci-

lentam, & colorem non album, & carnē non mollē. Contrarie autem dispositi nequaquā salubriter eam sustinere possunt. sanguinē enim modicum habent, & facile euaporabilem carnē, & secundum istam rationē infantes nō sunt phlebotomandi ante quatuordenalē ætatē, neque senes vltra 70. annos, nisi præsente magna necessitate, & tunc cum præuisione & cautela. Et secundū ipsummet Gal. vt assumitur per Rabbi in principio ad Glauco. quod insueti phlebotomari non sustinent phlebotomiā, neque habentes stomachū debilem, neque corpora diarrhæis occupata, neque crapulā seu indigestionē patientes quæ secundum ventrem vt etiā in xj. thera. dicebatur. Et Hippo. prægnātes excipit saltē quātum ad extremos vel postremos mēses. Quicquid sit, tamē significatio in prohibendo phlebotomiā quæ sumitur à virtute, omnes alias superat in ix. thera. Multi enim propter debilitatem virtutis in phlebotomiis perierunt. Cōmune autē est in vtroque opusculo, custodire virtutē. Et hinc est quod omnia illa quæ debilitāt virtutē, prohibēt phlebotomiā, vt fluxus ventris, ac purgatio alia, nimius sudor, colica, spasmus, tremor, lōga ægritudo, superfluus coitus, nimiū balneū, angustiæ: solicitudines, vigiliæ, labores, & id genus. Rasis autē quarto Alman. addit quod qui multa carne & nimis rebus dulcibus vti cōsueuerūt, phlebotomari optime possunt. Qui vero passi sunt abstinentiā, & interiora habēt debilia, & qui phlegmatici sunt, & ægritudines cōsueuerunt habere frigidas, ac qui habitāt in regione & aere calidissimo ac frigidissimo, nō debent phlebotomari. Ebrius & fastiditus nō phlebotomentur donec omnino ista ab eis fuerit remota, nisi ex tarditate phlebotomiæ magnus immineret timor in septimo Alman. Particulariter autē & exquisite omnes significationes cōcedentes & denegantes phlebotomiā pertractauit optime magister Arnaldus in libello suo superius allegato de phlebotomia per cōsiderationē rerum naturaliū & nō naturaliū & cōtra naturā docendo eas mēsurare & ponderare, & de eis facere vnū capitulū, & dare magis inflātia secundū possibilitatē alias non negligēdo, vel per quantitatē phlebotomiæ vel per alias eas corrigendo secundum quod dicetur. De pharmaciis infra, quia tamē istud est magis phisicū, quàm chirurgicū, dominis phyſicis dimitto quantum est de præsenti. Quartū per quas venas est phlebotomia faciēda

est

eſt notificatum per vniuerſum tractatũ. In ſumma tamẽ po-
nit Haly. in ix ſermone partis ſecũdæ libri regalis. quod ve
næ quæ minuũtur in hominibus, ſunt xxxiij. quarũ duode-
cim ſunt in brachiis, duæ: ſcilicet medianæ, duæ cephalicæ,
duæ baſilicæ, duæ aſcellares, duæ cubitales, duæ ſeynales. In
capite ſunt xiij. duæ poſt aures, duæ in angulis oculorũ, duæ
organicæ duę verticis, & vena frontis, vena puppis, vena na-
ſi, duæ venæ ſub lingua. In pedibus ſunt octo, duæ in geni-
bus, duæ ſaphenæ, duæ ſciaticæ, duæ pectinis pedis. Albuca.
vero nõ ponit niſi xxvj. quarum decem ſunt in capite, & de-
cem in brachiis, & ſex in tibiis & pedibus. Gale. autem in
libello ſæpe allegato dicit quod venæ quæ phlebotomãtur
ſecundum cubitum, ſunt tres, quæ intus, quæ extra, & quæ
intra. Illa autem quæ intus, partibus à collo inferius con-
vert, quæ vero extra, in his quę ſupra, media vero iuuat vtra-
que. Venæ vero quæ inferius, ſunt duę, ſcilicet illa quę eſt ſe-
cundum inguina, id eſt plicaturam genu. alia ſecundũ ſuras
et cauillas, quæ propter paſsiones renum, matricis, & veſicæ
phlebotomãtur. Ita etiam & ſecundũ oculos tantũ phlebo-
tomare, paſsiones oculorum iuuant. Et quæ ſecundum lin-
guam, phlegmonis pharyngis conferunt, aliarũ tamen com
munium præcedente phlebotomia. Conueniens enim eſt
vniuerſales euacuationes præcedere particulares, vt clamat
tota iſta doctrina. Arterias autem multi dubitauerunt in-
cidere propter periculum ſanguinis, & aneuriſmatis ſeu
emboriſmatis. Veruntamen Galen. per rationem motus in
paſsionibus ſpumoſis præcipiebat incidere ea quæ ſecũdum
tempora & quæ poſt aures. Et per ſomnium habuit eas quę
extrema manu ſunt incidere. Totalem autem inciſionem
horum minus verebatur, quàm ſecundum partem phleboto
miam. Communis autẽ in his omnibus ſermo eſt: quoniam
incipiẽtes phlegmonas antiſpatice cõuenit euacuare, perfe-
ctas vero & diuturnatas ex ipſis particulis euacuare cõuenit,
ſi eſt poſsibile. ſi vero non eſt poſsibile, ex proximis in v. the
ſpeu. Et hæ erant duæ Hippocra. intentiones communes,
omnis immoderata euacuatio deriuatur & euacuatur ad
loca propinqua, antiſpatur ad oppoſita & longa, capitu-
lum libelli de phlebotomia ſeruando, quod omnis anti-
paſis fiat ſecundum cat euthy ſeu ixin, id eſt rectitudinem,
non tranſcendendo duas diametros vt in fluxibus narium,

hæmor

hæmorrhoidum,& mẽſtruorum.declaratur de ſuperiori ad inferius,& de dextro ad ſiniſtrum,de anteriori ad poſterius. Euacuatio vero & deriuatio ad proxima,vt de hepate ad manum dextram:& de ſplene ad ſiniſtram. Intelligẽdo ſane de ſplene quantum ad materiam groſſam ipſi paratam nocere, quæ magis ſtat & euacuatur per partem ſiniſtram : Non autem quantum ad directionem venarum:cum nulla quæ dirigatur ad manum , oriatur ab eo : vt in anatomia clare manifeſtatur. Et intelligitur euacuatione deriuatiua & aſſumptiua:quia de antiſpatica quæ competit durante & timente fluxum,ſemper fit per oppoſitam partem.Et ita intelligitur dictum Auenzoar in ſuo teyſir libro primo:tractatu xvj. de pleureſi,quod fiat phlebotomia ex baſilica brachij oppoſiti: quamuis vt dicit quidam nouus medicus noſtri temporis, videatur quod ſit fienda minutio ex eadem parte ægritudinis,inducendo ſuper hoc verba logicalia & ſophiſtica:quod mihi nullatenus videtur eſſe rationabile,neque verum:imò credo certiſsime quod facere illud omnino eſt mors infirmi. Timore tamen ſecurato de fluxu,fiat de eadem parte ſicut præcipit Hippocrates in ſecũdo regimenti. Quando dolor ad ſpatulas aſcendit , & quarta therapeu. & xiij.& vbique. Et iſta fuit intentio Auic. dum dixit quod in principio morborum repletionalium , penitus dimittatur phlebotomia ſcilicet euacuatiua & deriuatiua ſeu aſſumptiua per eãdem partem:quæ non debet fieri niſi poſt ſtatum , dum maturatio apparuerit:quę autem fieri poſsit,& debeat antiſpatica,& ſubtractiua per partem oppoſitam & longinquã,non negat : imò concedit in principio apoplexiæ,ſynantiæ,& in magnis apoſtematibus pernitioſis,& fortibus doloribus.Et ſi eſt neceſſe vſq; ad ſyncopem excluſiue:vt tenet ſchola noſtra communis:hoc tamen non debemus facere niſi conſtet nobis de virtute. Redeundo ad propoſitum licet Auic. magis ſpecificauit ad quas ægritudines ſingulares inciſiones venarum competunt & conferunt : ſufficit tamen chirurgo in genere quod dictum eſt per Galenum . Albuca. vero triplicem tradit modum incidendi venas communes, per longitudinem:venas particulares,per tranſuerſum:arterias per ligaturam & cauterium : vt dictum eſt in tractatu. Et dat tres formas phlebotomorum cum cultellari , quæ eſt lanceta communis : cum murtino , quæ eſt lata lanceta : cum

frixor

frixorio, quod est instrumentum equorum: & hoc sufficiat de quarto problemate. Quintum de mensura phlebotomiæ dicitur quod non potest dari certa regula: cum omnia medicinalia sunt coniecturatiua, vt dicitur in libello, & tertio therapeu. Nihilominus mensura regulatur secũdum Arnaldum sequendo doctrinã Hippoc. quod quæ egrediuntur, non quantitatem solum, sed & tollerantiam coniecturare oportet, addendo complexionem temporis, regionis, ætatis, ægritudinum in quibus curam dare oportet. Sunt enim inter ista potiora ad mensurãdum quantitatem phlebotomiæ, quantitas ægritudinis, & virtus. Nam si necessitas est magna, & fortis est virtus: fiat magna in vna vice & vsque ad syncopem dictam. Si verò virtus fuerit debilis, non fiat tanta in simul: sed per sedationes & vices diuidatur. Attendere autem debet vel oportet debilitatem per pulsum: quemadmodum Gal. assueuit in phlebotomiis semper tangere ipsum. & quando percipiebat inæqualitatem & minorationem, statim iubebat cõstringere phlebotomiam. Sanguis autem, dum exit, est attendendus: quoniam si mutatur in meliorem dispositionem, illico est constringendus: vt in primo regimenti dicebatur. Magna phlebotomia apud Gal. & Auic. confirmantem est de vj. lib. minor de media lib. media & communis de vna lib, Et secundum Damascenũ consulitur, quibus in iuuentute semel tantum in anno phlebotomari consuetudo affuerit, vbi in ætate quadraginta annorum erunt, tertio quoque anno semel. In 50. aut 60. sexto quoque anno semel conferendum est: vlterius verò ex toto dimittendum est.

Sextum est de tempore phlebotomiæ. vbi sciendum secundum doctrinam Auicen. quod phlebotomia habet duas horas scilicet necessitatis, & electionis. hora necessitatis est in qua fieri oportet, & quæ tardari non potest: & in qua res prohibitoria non attenditur absolute & omnino: licet aliqualiter, vt dicit Arnoldus, & bene. si illud prohibens magis nocumentum faceret, quàm iuuamentum. Et tunc illud nocumentum corrigeretur: aut ad aliam euacuationem permutãdo: vt in puero pleuretico fieret scarificatio, loco phlebotomiæ. Non obstante quod Auenzoar filium suum trium annorum phlebotomauerit, & euasit per hoc à morte: vt testatur Auerrois in septimo Colliget: non tamẽ hoc laudat.

Et

Et si fecit, erat forte magna synocha: & constabat sibi de virtute: & si fuit sanatus, hoc fuit de raro contingentibus. Omni enim hora diei & etiam noctis præsente forti ægritudine, & robore virtutis, exceptis infantibus potest fieri phlebotomia: vt dicit Gal. in lib. præallegato. Hora autem electionis attenditur penes radicem inferiorem & superiorem quæ in corpore agũt: vt in tertio de creticis dictum est per Gal. Radix autem inferior attenditur secundum Gal. & Auic. quod in ventre sit digestus cibus, & exterius sit expulsa superfluitas à secunda hora diei vsque ad tertiam, & dies sit quieta, & luminosa non turbata, neque pluuiosa: vt dicebat socius concordantiarum: tempus vernale, vel autumnale: & si declinaret ad hyemẽ, quod eligeretur dies austrina, & consimilia. Radix superior attenditur quod luna habeat bonam lucem in 7.9. aut ij. die ascendendo 17.19.21. descendendo, euitando coniunctionem & oppositionem. Et sit in loco & signo bono, libera à malis: vt in tractatu de astronomia declaraui. In casu tamen in quo secundum te qui debes aliquantulum astrologari, non cõuenirent ambæ radices in vnum & idem, nõ obstante quod causa primaria plus influat quàm secundaria: eo tamen, quia radix inferior est effectus superioris: & cognitio effectuum est nobis medicis certior quàm causarum: & cum hoc idem est iudicium ex secundis stellis & primis: siue sint cometæ siue quæcunque aëris impressiones, per quas intellexit Hippoc. cœleste signum: pro tanto melius est quod teneatur certum, & dimittatur incertum. Anxionalis & dubia est scientia iudiciorum: & ob hoc solennes physici, vt Auic. & Auer. in medicina in ipsa non multum curauerũt. De diebus verò ægyptiacis licet non sit multum curãdum: nihilominus propter gentium imaginationem, & locutionem, obseruãtur. De illis versiculis, Luna vetus veteres, iuuenes noua luna requires, non multũ curo. Magister tamen Arnoldus in suis aphorismis deducit quod circa medium tertiæ quadræ melior absolute est phlebotomia: eo quia tunc humiditates non nimis sunt condensatæ, neq; rheumatizantes. Neque de horis motoris humorum, quam secuti sunt multi Salernitani, præfatus magister curauit: bene tamen voluit quod paruæ venæ, quia melius apparent hora vespertina quàm matutina, in hora illa phlebotomentur. Etiam vult quod in hyeme phlebotomentur sinistræ

nistræ venæ: in æstate, dextræ: eo quod humores quos quærimus in illis temporibus euacuare, promptius in partibus illis situantur. Vnde versus: Ver, æstas dextrum: autumnus hyémsq; siniſtrum. De regimine phlebotomiæ quod erat septimũ, considerantur tria. Primo de regimine phlebotomatoris. Secundo de regimine phlebotomati. Tertio de regimine & iudicio sanguinis extracti. De primo ostẽdit Gal. & Halyab. affirmat in nono quod phlebotomator debet esse iuuenis, aptus, & bene videns, & in phlebotomando consuetus: & quod sit munitus de bonis lancetis diuersarũ cuspidũ, & quod fricato loco, & à parte superiori cum instita ligato, auisata & inuenta bene vena: cum pulpa indicis, tenendo lancetã cum duobus aut tribus digitis, suauiter aperiat eam, non totaliter perforando, sed aliqualiter eleuãdo, vt nõ lædatur arteria, neq; neruus. Et facta euacuatione sufficienti, & disligato membro, diligenter claudatur vulnus cum cotone & ligatura. Sit tamẽ munitus semper phlebotomator de cotone & bindis & pulue. rubeo propter hæmorrhagiam si accideret: vt dicit Auic. Regimen phlebotomati tripartitũ est, in regimine ante phlebotomiam, & in actu, & post actũ. Antequã fiat phlebotomia, regatur phlebotomandus si suspicetur quod sanguis est grossus, aut tẽpus est frigidum: ℞ debet modicũ præambulare, aut in præcedenti die balneũ intrare, præcipue in phlebotomia paruarũ venarum manus & pedis. Et si venę non bene apparerent, cõsulit liber Elhandi per diem & horam præsentẽ locum venarũ emplastrare cũ fermento. Et si dubitaremus de virtute, danda est ante phlebotomiã vippa in vino. Et sedeat si est fortis: si debilis, iaceat aliquantulũ eleuatus. In actu verò phlebotomię, debet remouere zonã, & lapides, si portat in bursa: aut in annulis, quæ habent virtutẽ sanguinẽ retinendi. Et facta apertura teneat baculum in manu: & ducat digitos, & tussiat, & percutiatur modicũ cum manu per spatulas. Et si tempus est frigidum, aut suspicatur sanguinem esse grossum, fiat larga plaga: & in oppositis stricta: Verum secundatio largã etiam requirit: subtractio & antispasis & debilitas virtutis strictã & cum apophorasi. Non tamen est mirandum si apophores & stricta plaga faciunt apparere pulchrũ sanguinem: quia, vt dicit Auicen. talis plaga interdum clarum sanguinem & subtilem fluere facit, & spissum & turbidum retinet. Debet

etiam

etiam esse parata aqua frigida, & vocetur, & fricetur,& cætera fiant quæ in syncopi sunt dicta. Post verò phlebotomiã si est calefactus, detur granatum cum aqua frigida: vt dicit Galen. Si verò non est calefactus,dentur folia saluiæ in vino madefacta:vt dicit Arnoldus. Et reponatur in lecto iacente, vel iacendo reuersus ad partem non phlebotomatam modicum declinando: & claudantur ostia, ne exuberans claritas offendat visum:vt idem consulit Arnoldus. Post autẽ vnam horam comedat moderate,& non ingurgitet se:vt non more gallicano iterata procuretur phlebotomia: vt idem dicit Arnoldus. Et cibus sit bonæ substantiæ,& qualitatis,vt bonum sanguinem generet,& prauum, si remanfit, rectificet. Potus autem augeatur respectu cibi: non respectu consuetudinis: vt dicit Ioannes de Sancto Amando. Si dormire consueuit, post duas aut tres horas modicum dormiat authoritate Galen. nono therapeu. sit tamen cautus in custodiendo venam. Immediate tamen post phlebotomiam dormire prohibet Auicen. ne ex motu humorum ad extra propter phlebotomiam, & ad intra propter somnum,in membris fiat confractio. Et tale regimen per tres dies ad minus teneat phlebotomatus. De iudicio & aspectione sang. post phlebotomiam multi tractauerunt, maximè Gordonius, & Henricus qui in hoc sequitur eum: & dixerunt multas filaterias, quæ non sunt in vsu, quas dominis physicis dimitto quantum est de præsenti. Sufficit enim chirurgo lætificare phlebotomatum, dicendo quod fuit bona. Nam si sanguis extractus est bonus, signum est, quod ille qui remansit, est melior: si autem est malus,bonũ est quod exiuerit. Sanguis bonus est ille:qui in substantia non est nimis grossus,neque subtilis: sed est frangibilis,competenter temperatus,in colore rubeus, purus, in odore & sapore amicabilis. Sanguis malus est ille qui deuiat ab isto:vt ille qui declinat ad subtilitatem,& citrinitatem,& amaritudinem,& odorem habet acutũ,dicitur cholericus. Qui verò ad grositiem,& nigredinem, aut citrinitatem, & ad acredinem, & odorem habet acetosum, est melancholicus. Qui verò ad viscositatem, & albedinem, & saporem, & odorem habet dulcem & aquosum, est phlegmaticus. Qui verò multum habet de aquositate & vrina, significat multitudinem potus,aut renum debilitatem. Qui verò est granulosus & cinerosus, significat

lepram

lepram. Et modus lauandi in capitulo de lepra fuit dictum. Color niger & viridis, cinerosus & pauonicus, est malus: quia significat corruptionem humorum, & promptitudinem ad febrem, & apostemata & ad pustulas malas. Et spissitudo & fortitudo illius cutis superioris quæ cum difficultate rumpitur cũ virgula, cũ qua semper debet fieri proba: significat prõptitudinem ad oppilationes. Color autem sepositus aliquãdo significat frigiditatẽ: aliquãdo adustiones: vt dicũt. Distinctio tamẽ habetur per corporis habitudinẽ. Et humor qui non potest coagulari, significat innaturalitatem, & qui potest coagulari in debito tẽpore saltim mediæ horæ quãdo est infrigidatus, est naturalis authoritate Gal. in de cholera nigra. In his enim omnibus consulendum est ꝙ vocentur domini physici qui ordinent eis bonum regimen & purgationem decentem. Alias status eorum est periculosus.

De ventosis.

Ventosatio est appositio ventosarum per quam materia intercutata euacuatur. Est autem ventosa instrumentum pyxideum cum orificio stricto & ventre spatioso. Et secundum Albuca. fiunt ex cornibus, & ex ære, atque vitro: & aliquãdo cum scarificatione & aliquando sine illa: & quando fiũt cum scarificatione, extrahũt materias sensibiliter. Illa vero quæ absq; ipsa, insensibiliter. Et dicit Auic, ꝙ ventosæ magis extrahunt sanguinem subtilẽ quã grossum, & superficialẽ magis quàm profundũ. Vnde Halyabbas in nono sermone partis secundę faciens cõparationem inter phlebotomiã & ventosam ac sanguisugas: quas hirudines vocat: dicit ꝙ phlebotomia magis euacuat à profundo: sicyia, id est ventosa, quæ confinia sunt cuti: hirudines, quæ inter corporis profundum & cutim, extrahunt. Et propter hoc phlebotomiæ fortior est euacuatio quã sicyiarum: sicq; & hirudinum quã sicyiarum. Et quia in conseruatione sanitatis, & curatione ægritudinis in multis subueniunt, duntaxat quòd fiat vbi & quãdo oportet, & post vniuersales euacuationes, de ipsis duo inquiruntur. Primo propter quid fiunt. Secundo quomodo fiunt. Primo dicitur ꝙ principalis intentio ventosarum cum scarificatione est euacuare sensibiliter, & tenere locũ phlebotomiæ: quando ipsa propter aliquid prohibens fieri nõ potest: vt in pueris ante 14. annos, & senibus vltra 70. & sic de aliis.

Et illud fuit consilium Gale. in commento regiminis acutorum, & hinc est q̃ Auicẽ. vocat eas vicarias venarum. Ad quã vtilitatem complendam, licet consuetæ sint poni per operationes in multis locis: Nihilominus loca quinque vel sex sunt magis in vsu. Primo ad euacuandum materiam à capite & à partibus eius iubet eas ponere in fontanella colli. Et illic tenent locum cephalicæ. Et ideo valent ægritudinibus oculorum, & infectionibus faciei, & fœtori oris. Secũdo ponuntur in medio spatularum ad euacuandum materiam quę in membris continetur spiritualibus: & tenẽt locum medianæ. Et ideo valent ægritudinibus pectoris, asthmati, pleuresi, sputo sanguinis. Tertio ponuntur super renes & anchas ad euacuandum materiam, quæ est in membris nutritiuis, & tenẽt locum basilicæ. Et ideo valent ad oppilationes, & apostemata, & dolores hepatis, renum, & scabiei, & totius corporis. Quarto ponuntur in medio brachiorum propter guttã & partium illarum dolorem. Quinto ponuntur in medio coxarum & tibiarum, & iuxta cauillas, & tenent locum saphenarum. Et ideo prouocant menstrua, & sanant stranguriam, & dolores matricis, & vesicæ, & conferunt podagræ & viceribus malis. Sed ventosarum siccarum sine scarificatione intentio principalis est attrahere: propter quam vtilitatem complendã ponuntur in vndecim locis. Primo ponuntur super hypochondria ad reducendum & diuertendũ san. à naribus in quinto therap. Oportet aũt quado fluit ex dextra nare, in hepate firmare: quando vero ex siniſtra, super splenẽ. Secundo ponuntur sub mamillis ad distrahendum & diuertendum fluxum menstruorum: vnde in quinto aphorismorum mulieri menstrua si velis retinere, licyiam maximã ad mamillas appone, non in ipsis mamillis: sed sub eis ex inferioribus partibus, vt dicit commentum. Nonnulli vero & tertio ponunt ventosas super proram capitis ad eleuandum vuulã & sistẽdum rheuma. Attrahitur enim materia de profundo ad exteriora, quod est consilium Galen. tertiodecimo therapeuticæ. Et propter istam intentionem sæpissime ponuntur in apostematibus emunctoriorum: in quibus toto posse præcipit Auicenna, extrahere materiam. Et si non cum alio, saltim cum ventosis, ponuntur etiam secundum Galen. vbi supra in coxis ad menstrua prouocanda: nec non & prope apostemata iuncturarum, vt apostema remoueatur,

moueatur, & elongetur de iunctura.

Quarto ponuntur ventoſe in paralyſi ſuper originem neruorum ad calefaciendum ipſos in tertio canonis, capitulo de paralyſi: & tertio interiorum de quo contra Archigenem probat Galen. quòd cerebrum ſit principium virtutis animalis. Quinto ponuntur ſupra ventrem in colica, vt euaporando ventoſitatem ſedetur dolor vndecimo therapeu. Dolor demum qui ex ſpiritu ventoſo fit præcipuam ſanationem habet per ſicyam cum copioſa phlebotomia: ſiue ſit ſecundum inteſtina, ſiue ſecundum aliam particulam. Sexto ponuntur ſuper matricem & inteſtina ad reducendum ea in locis ſuis iuxta conſilium Auicen. in tertio canoñ. in capitulis ſcitis. Septimo ponuntur ventoſæ in plicatione coſtarum & conſimilium oſsium ad reducendum, & rectificandum ea. Octauo ponuntur ſuper vias & poros per quos trãſit vrina de renibus ad veſicam, ad faciendum deſcendere lapidem ad veſicam: vt in tertio canoñ. conſulit Auic. Nono ponuntur ſuper aures et foramina vlcerum profundorum ad extrahẽdum ſi quid alienum fuerit in ipſa. Decimo ponuntur ſupra collum ad ampliandũ viam anhelitus, & cibi in ſquinãtia. Vndecimo ponũtur ſupra morſuras & puſtulas venenoſas, vt extrahatur ab eis venenum.

Circa ſecundum quomodo fiunt & circa regimẽ ipſorum ſunt tria conſideranda: videlicet quòd ſit faciendũ ante operationem: quid in actu, quid vero poſt actum.

De primo eſt Auic. intentio q̃ ventoſatio, ſecundum quod dicunt antiqui, fiat electiue in plenilunio & non in defectu lunæ. Nam, vt ipſe dicit, & Gale. concedit in tertio de criticis, & Albumaſar probat in magno introductorio, luna augmentata in lumine augmentat, & trahit humores ad ſuperficiẽ corporis. Et ipſa diminuta, humores diminuit, & ad interiora claudit: & cum hoc eſt bonum quòd dies ſit auſtralis ab hora ſecunda vſque ad tertiam. Præterea eſt intentio omnium operantium quòd ante ventoſationem per horam vnam balneetur & fomentetur cum aqua calida locus ventoſandus: quod verificat Auicenna. ſi ſangui. fuerit groſſus. In ſanguine autem ſubtili non eſt neceſſe: nam timendum eſſet de nimia reſolutione & debilitate. Eſt etiam præuidendum q̃ nunquam fiat ſcarificatio niſi præceſſerit appoſitio ſiccę ventoſę: eo quia oportet ſanguinẽ an-

te trahere quã euacuare. Circa autem ventosationẽ est sciendum q̃ ventosæ quæ apponuntur sunt duorum modorum, vt dictum est: quædam sunt de cornu quæ applicantur suggendo: quædam de vitro quæ applicantur igniẽdo. In primo applicatur cornu cũ foramine, & sugitur, & trahitur cũ ore aër, & attractionem aëris sequitur eleuatio carnis: vt natura repleat vacuũ: quod semper euitat, vt philosophi probauerunt. In secundo modo ponit infra ventosam parum de stuppa sicca carpinata: & cum candela incensa inflammatur, & subito applicatur, & consumpto aëre natura, vt succurratur vacuo, trahit carnẽ, & materiam in carne coniunctam. Albu. autem assignat alium modum applicandi ponendo modicũ de candela ignita in virgula existente in medio ventosæ. Post vero applicata semel aut bis ventosa sicca, vbi est necesse, in spatio comprehẽso fiant multæ scarificationes ordinatæ, & secundum cutem, profundæ cũ pilo aut rasorio. Et statim post exsiccato loco, cum spongia reapplicetur vt prius ventosa. Et stet ibi per mediam horã quousq; sanguine fuerit semiplena: & ipsa remota, & euacuata, & mandata per eundem modum iterum applicetur, & stet plus. Et post alia quousq; fuerit sufficienter euacuatio facta de media libra vsq; ad lib. j. secundum tenorem virtutis, & quantitatem repletionis. Et post primam appositionem si non sanguisugat bene fricetur locus scarificatus cum orificio ventosæ: aut cum percussione vnguium: aut iterum scarificetur quousque bene fluant. Cauendum est tamen ne applicentur supra mamillas: neque supra membra mollia, quia tantæ carnis substantia subintraret, quòd ventosa non posset remoueri sine difficultate. Modus tamẽ remouendi est quòd fomentetur locus circumcirca cum aqua calida, & taliter ducatur, vt aër possit aliqualiter subintrare, & ipsam eradicare. Et etiam cauendum, quòd nimis non continuentur iuxta mineras virtutum: quia retro collum, nocent memoriæ: retro spatulas, cordi: & in dextro hypochondrio, hepati. Et ideo aqua rosata est in eorum facie spargenda: aut vippa seu mala granata sunt eis danda: ducendus est sanguis in actu ventosandi à circunferentiis ventosæ cum manibus suauiter versus ventosam. Facta autem ventosatione exsiccetur locus, & inungatur cum oleo ros. aut aliqua axungia sedatiua. Et regatur, vt phlebotomatus.

De

De sanguisugis.

Sanguisugatio est extractio sanguinis cum sanguisugis. Quid sint aũt sanguisugæ, est notũ, ꝙ sunt quidã vermes nigri ad formã caudę muris cũ lineis citrinis secundũ dorsum, & quadam rubedine circa ventrẽ. Et illæ sunt meliores quæ in aquis bonis reperiuntur. Caueantur tamen illæ quæ sunt horribilis coloris, & habent caput grossum, & quæ in malis aquis fuerint nutritæ: quia venenosæ sunt. Circa quod auxilium inquiruntur duo, primo quibus subueniunt ægritudinibus: secũdo quomodo applicãtur, & regãtur. De primo dicit Albuc. ꝙ sanguisugæ nõ administrantur in pluribus nisi in quibus non est posibilis positio ventosarum, vt esset labium, nasus, & gingiuæ, & sicca denudata carne, sicut digiti & iuncturæ. Et Auic. vult ꝙ sunt vtiles serpiginosis, & vlceribus malis, non supra, sed circũcirca: & multoties ponuntur super apostemata emũctoriorum, & difficilis maturationis: vt dicebat Theodo. Nonnulli vero ponunt ipsas ad hæmorrhoidas aperiendas. Magis enim trahunt à profundo, quàm ventosæ, vt supra per Halyabba. fuit allegatum. De secundo est dicendum quòd tales euacuationes particulares non fiant in corporibus plenis: nisi sufficiens præcesserit euacuatio. Post hoc autem est intentio Auicen. quòd non administrẽtur dum recenter sunt captæ: seruentur in aqua munda per diem, vt euomant quod in earum existit vẽtribus. Et post fricetur locus, & lauetur donec rubeat, aut liniatur cum aliquo sanguine, aut scarificetur locus modicum: & ab eo aliquis sanguis fluat. Et applicentur cum manibus, aut cum canna. Et ponãtur duæ, vel tres, vel quot erunt necessariæ ad extrahendum tantã sanguinis quantitatem, quãtam erit necesse. Et postea quando erunt ingrossatæ, cadent per se: aut infundantur capita eorum cum aceto, aut cum sale trito, aut cum aloẽ, aut separentur cum filo, aut pilo equino vel consimili. Et post esset vtile fugere locum, & lauare cum aqua & aceto. Et si sanguis multiplicaretur, emplastretur locus cum bolo armeno, & gallis, seu balaustiis, & aliis quæ sanguinẽ restringunt. Et regatur post, vt phlebotomatus. Et si modicũ post de theriaca administretur propter earum venenositatẽ, esset bonum: vt dicit Arnoldus.

De medicinis purgantibus humores. Cap. II.

QVanquam Gale.in multis locis,& non minus in iij.techni, & in commento illius quarti aphorismi. Qualia oportet &c.numerauerit multos modos euacuandi, velut sunt per phlebotomiam,per pharmaciam secessiuã,atq; vomitiuam per nares,per palatũ,per tussim, per vrinas,per matricem,per hæmorrhoidas:nedum & per exercitia,fricationes,sudores,& balnea,& secundũ accidens per incibationes:Nihilominus quantum est de præsenti,non fiet memoratio nisi de illa quæ per secessum,vomitum,& quæ cum clysteribus,quontam de illa quæ per phlebotomiã dictum est supra. Isti enim duo sunt modi euacuationũ qui magis occurrunt in arte chirurgicali. Et de istis pauca dicentur:quia magis pertinet ad dominos physicos quã ad chirurgos, nisi essent misti.Multa enim pericula imminent in medicinis laxatiuis:vt Heben Mesue ostendit,qui de eis euangelice tractauit.Medicina autem purgatiua secundum intentionem Galen.in de pharmacis & per totum, est quæ cacochymiam euacuant.Vnde in commento illius primi aphorismorum. In perturbationibus.Purgatio est euacuatio eorum quæ cõtristant secundum qualitatem.Medicina autem ventris solutiua ad sanitatis conseruationem si vtatur, vt oportet,maximum præbet adiutorium in quarto Alman. Et bene dicit vt oportet,quia vbi non oportet, vel secundum quantitatẽ, vel secundum qualitatem,vel tempus, solutionem tantam facit,vt dicit Haly.in secundo sermone secundę partis libri regalis,quod perit homo, aut malam in eo facit infirmitatem. Omnis enim medicina purgat, & inueterat: vt dicit Auic.in fen.tertia sui primi.Ad ægritudinum autẽ curationem est vna trium rerum medicationis,vt totus testificatur cœtus medicorum.Est ergo,pharmacia vtilis & necessaria. Circa quod generosum auxilium sex inquiruntur problemata.Primum qui sunt cum medicina purgandi. Secundum qui sunt illi qui illam sustinere possunt. Tertium cum quibus pharmacis est facienda. Quartum de mensura. Quintum de tempore.Sextum de regimine. Primum autem inquiritur per Gale.in libello de pharmacis contra Asclipiadicos & Erasistraticos ostendens quod omnes humores superflui præter sanguinem per pharmaciam sunt purgandi,

sing

singulariter & electiue, & non omnes indistincte. Soli enim humores tristantes sunt purgandi: & non alij in commento prælegato primi aphorismorũ, & hoc ipse declarat ibidem dicens. Phlegmate superabundante hoc euacuandum est. Cholera vero xantha vel nigra molestante dimittẽdum quidem est phlegma, tristans autem cholera euacuanda. Et si serosum quid fuerit illud, euacuandum est & non aliud. Si vero sanguis fuerit, quod superabundauerit, illius facienda est euacuatio, per phlebotomiam, vt superius est ostensum. Et idem dicebat in de vsu pharmacorum per hæc verba. oportet primo tradere cholericis quod choleram purgat, phlegmaticis quod phlegma, hydropicis quod aquam, melancholicis quod choleram nigram. Si vero extra hoc purgas, conuenientia purgas, & dimittis inconuenientia, quare ad vtrasque peccare est, vniuersaliter igitur dicendum, quod humores naturales dicta nutritione superabundantes per phlebotomiam sunt euacuandi: innaturales vero per pharmaciam. Medicinam autem mox sanguinis eductiuam, licet non sit in rerum natura, possibile est inuenire, vt in libello de pharmacis narratur de quodam iuuene qui porcellum de suburbio portabat de casu eum super herbas quasdam applicans, videns sanguinem de eius hepate emanare, considerabat quod sanguinem euacuabant illæ herbæ, dedítque aliquibus gratia experientiæ qui deperditi fuerunt, dixit ad certum quod nullum alterum docuerat. Et sic per præsidem fuit condemnatus. Ita quidem, vt dicit, licet talis medicina in rerum natura sit, tacere tamen de ipsa rationabile est. Sicut alia venenosa tacentur ab hominibus habentibus intellectum. Quatuor enim sunt intentiones propter quas dantur pharmaca laxatiua. Prima est propter cacochymiam expurgandam. Secunda propter ægritudinis fortitudinem. Tertia ad distrahendum. Quarta ad alleuiandum. De prima cantat Hippocra. illam communem cantilenam secundi aphorismorum. A plenitudine quæcunque ægritudines fiunt euacuatio sanat. Duplex est autem plenitudo in quanto & in quali, in libro de multitudine, & vbique. Quæ vero est secundum quantitatem, phlebotomia sanat, quæ secundum corruptionem purgatio per pharmaciam in commento, vbicunque cibus præter naturam intrat in ij. aphorismorum, &

in sexto. Quibuscunque phlebotomia & pharmacia cõfert. De secunda allegatur illud quarti therap. Quia secundum eundem modum sicut phlebotomia fit non solum propter multitudinem sanguinis, sed propter fortem ægritudinem, ita & purgatio propter multitudinem alicuius alius humoris, & fortitudinem ægritudinis. Et ad hanc intentionẽ adducit dicta Hippo. in libro de vlceribus, qui non solum considerauit ad multitudinem, sed ad ægritudinis fortitudinẽ, in purgando vt in triplici ægritudinum fortitudine exẽplificauit, propter principalitatem particulæ, vt in capite vel ventre percussio, propter magnitudinẽ dispositionis, vt in vulneribus ita magnis quod sutura indigeant, & propter malã morigerationem, vt in articulis quassatis & in quibuscũque sphacelizein, id est corrumpere periculum est. De tertia dicitur, ibidem quod non solum indigent laborantes purgatione, vt tristantem superfluitatem euacuent, sed vt antisparẽt & euacuent. Si enim, inquit, rheuma feratur sursum, inferius purgabimus. si deorsum, superius antispando. Iam autem cessante & firmato rheumate, per particulam eãdem aut proximam euacuare melius. Et est verbum notabile. De quarto ad alleuiandum datur sæpissime medicina purgatiua incipientibus ægritudinibus iuxta doctrinam Hippo. in ij. aphorismo. minorando supple & non eradicando, vt vult Auic. in iiij. de curatione feb. putridarum. Natura enim alleuiata facilius digeret residuum, vt dicitur in commẽto, & in de phlebotomia fuit allegatum xj. therap. supra.

Ad secundum qui sunt qui purgationes cum medicinis cõuenienter tolerare possunt, Respondet Hippo. in ij. aphoris. quod illi qui circa vmbilicũ & pectinen habent spissitudinẽ fortes enim oportet esse, vt dicit Gal. in commento, particulas inferiores ad bene purgandam materiam per vẽtrem inferiorem, quemadmodum qui habent partes superiores fortes, non lædũtur à vomitu. Et propter hoc dicebatur in iiij. aphorism. quod phthisicos non duces ad superiores purgationes, sed macros supp. secundum mẽbra carniformia, non tamen secũdum radicalia & spermatica: vt ibidem notat Albertus Bonon. In talibus enim est aptitudo vomẽdi vtpluri mum propter choleram quæ in eis generatur: vt dicitur in commento. Sunt etiam apti ad purgationes secundum Rasim in quarto, corpora quæ in regimine sunt peccantia per

mul

multam & inordinatam comeſtionem,& quæ pauco vtũtur exercitio, pharmacis indigent,in primo de cuſtodia ſanitatis,& in tertia fen.primi. Et qui eam aſſueti ſunt,melius eã tolerant,& propter hoc dicebat Gale.de vſu pharmacorum, quando igitur debes alicui tradere medicinam, interrogare ipſum oportet,ſi conſueuit bibere eam,& qualiter ſe habet venter cum eis.Nam ſi conſueuit,melius tolerat,ſi non conſueuit,ſcire oportet qualiter aſſellabat,dum erat ſanus. Et ſi in ſanitate:aut quando conſueuit recipere medicinas, venter eius fuerit obediens,& bene ſolubilis, leuioribus & minoribus indiget pharmacis, ſi vero durus & inobediens, fortioribus.Tales enim conditiones tolerant medicinas.Cõtrariæ vero diſpoſiti,nequaquam.Et ideo non ſunt pharmacandi niſi cum prudentia. Primo habentes ea quæ circa vmbilicum tabefacta & macra,fallaces ſunt ad inferiorem purgationem ſecundum Hippo.vbi ſupra. Secundo corpora ſana non habent purgari,quia cum medicina operetur per ſimilem ſaltim in forma proportionali,vt noſtra tenet ſchola,non inueniens malum humorem nocitiuum,conuertit ſe ad carnem,& humiditates radicales,& eas colliquat,& moleſtat,vt dicit commentator. Tertio etiam non ſunt purgãdi,qui malo vtuntur cibo.Intellige conuerſo in habitum,ſicut in lepra cõfirmata,declarat magiſter Alber.in qua pharmacia anguſtiat,& exoluit accipientem. Sed ſi mali humores in habitum corporis nondum ſunt conuerſi, non eſt inconueniens purgare,imò neceſſarium. Quarto non debent purgari crudi & indigeſti iuxta Hippo.primo aphoriſmo. digeſta pharmacare,& mouere,non cruda, neque in principiis,eradicando ſupp.quicquid fiat alleuiãdo,vt dictum eſt, niſi laſciuiant,& materia ſit furioſa.Et licet Gal.in commẽto non dicat materiam furioſam, niſi à motu:nihilominus ſchola communis accipit furioſam à parte quantitatis loci & accidẽtis.Et propter hoc dixit ſynocham cum colica, cauſon,ſquinantes,& anthrax,materias crudas euacuare iubet. Materiæ enim motæ & transfluentes de vna particula ad aliam,vt non faciant impetum ad membra principalia,ſunt euacuandæ citius quàm homo poterit.Illæ autem quæ non ſunt firmatæ ſecundum aliquam particulam, non oportet mouere antequam digerantur, vt dicit Commentator: ſed poſtquam ſunt digeſtæ niſi natura ſit ſufficiẽs ad expellen-

dum. Tunc enim debemus eam auxiliari, alias dimittatur ipsa operari. Quia (secundum Gal. in primo interiorum:) solæ enim illæ passiones indigent exteriori auxilio, quarum propter magnitudinem nequit dominari natura. Et Auicē. in quarto de cura febrium putridarum authoritate Hippo. Medicus est adiutor naturæ non impediens eam. Et ideo dicebatur in tertio techni. omnium natura operatrix, medicus vero minister. Quinto non sunt purgandi inaniti, neque debiles, quia vbi indigentia, non oportet laborare, vt dicit Hippo. & Auicen. dicit quod omni euacuationi annexus est casus virtutis. Sexto præparati ad fluxum, vt trauli qui cito à diarrhœa capiuntur, in sexto aphorismorum. Septimo pueri & senes non sunt purgandi per pharmaciā: pueri, quia propter fortitudinem sufficientes sunt ad expellendum superflua per insensibilem resolutionem, vt dicit Ioannes de sancto Amando, & sunt resolubiles per naturam. senes, quia debiles, iuxta illud Gale. in quinto de custodia sanitatis neque aloe neque hiera, vt quidam concedunt, debet dari senibus sup. in via cōseruatiua, vt dicebat magister Paulus: in via autem curatiua non negat: imò concedit iam imminēte necessitate ibidem. Et secundum illam rationem omnia illa quæ debilitant virtutem, prohibent pharmacias, vt sudores, balnea, coitus, & alia euacuatio, & id genus. Octauo non debes dare purgationem secessiuam apostemate aut excoriatione in ano existente. 13. therap. ventre aut intestinis incipientibus phlegmonem pati, subductiuo non conuenit vti. Nono laborantibus non conuenit nec competit, quia satis in eis consumitur humor. Et cum hoc habent conclusiones effrænes, & brutales, & barbarinas, in septimo colliget qui ex fortibus ægritudinibus euadunt sine medico & medicina. Decimo prægnantes non sunt purgandæ: quia propter commotionem & dilacerationem ligamētorum abortirent, nisi expediat propter materiam venenosam, de quo esset timendum quod reperet ad membra principalia, & interficeret matrem & fœtum insimul, aut quando est materia faciens abortum: & tunc securius fit à quarto vsque ad septimum mensem. Et certe non cum quacunque medicina, sed cum suaui & lenitiua. Et propter hoc reprehensio Auer. contra Hippo. habet suum intellectum, vt notatur in aphorismo illo. Non tamen vult Gal. quod tales indicationes

nes cum necessitate penitus cassent pharmaciam. Sed, vt dictum est, de phlebotomia quod secundum eundem Gale. in octauo therapeu. oportet exercitatum mente de ipsis facere vnum capitulum adinuicem omnes, videlicet indicationes comparando, & si aduersantur dicit in septimo quod non oportet alterius extremitatem cupientem alterius obliuisci penitus, sed amborum semper reminiscentem & inquantum possibile est miscere eas, aut minuendo quantitatē, aut speciem medicinæ, aut ad aliud genus euacuationis mutando intendere.

Ad tertium cum quibus medicinis faciēda est purgatio, nō cum atrocibus, sed cū familiaribus & correctis, vt dicit Gal. in de vsu pharmacorum. Iuxta quod est intelligendū, secundum intētionem Heben Mesue, & Aui. quatuor sunt modi medicinarum laxatiuarum. Vnus & proprior modus est habens proprietatem attractiuā, vt scāmonea, & turbit. Alius modus proprietatem habet compressiuā, sicut myrabolani. Alius proprietatem lenitiuā, vt tamarindi, casiafistula. Alius modus habens proprietatem lubrificatiuā, vt mucilago psilij. Veruntamen quia exampliare singulariter de istis nimis esset longū, dimitto dominis physicis exquisitā ipsarū pertractationem quantū est de præsenti. Gratia tamen familiaris doctrinæ est sciēdum iuxta doctrinā Heben Mesue, quod medicinæ magis vsuales simplices euacuātes choleram sunt Scāmonea. cuius dos. est à v. gra. vsque ad duodecim. Reubarbarum à drag. ij. vsque ad quatuor. Aloe à drag. j. & ʒ. vsque ad ij. Myrobalani citrini à drag. iij. vsque ad vnc. j. Luppulus, fumus terræ, violæ, aquæ casei, succus rosarum, pruna tamarindi, & casiafistula, vsque ad vnc. j. & ʒ. Compositæ sunt electuarium de succo rosa. cuius dos. est vncia ʒ. Dyaprunis, & diacytoniten laxatiuum, quorum dos. est vncia vna. Diadactylatum cuius forma erat semper apud me. Recipe dactylorum enucleatorum quar. j. elixentur in aqua decoctionis anisi, marathri, & ameos, deinde pistentur fortiter, & colentur, & cum quar. j. zuchari coquantur, donec incipiat inspissari: quod cognosces per inuiscationem cum digitis, deinde deponatur ab igne, & scammoneæ grosso modo tritę vnc. j. misceatur: & cum spatula agitando recondatur. dos. est vsque ad dragm. j. Medicinæ simplices euacuantes phlegma sunt turbit. cuius dos. est drag. ij. Agaricus

drag.

drag.j.& ʒ.cartamus, vnc.ʒ.colocynthis, ana ſcrup.j.vſq; ad iij.myrabo. kebuli, vnc.j. Compoſitæ ſunt hierapicra Gal. cuius doſ.eſt drag.iij. Blanca,vnc.ʒ.Benedicta, vnc.ʒ.Pilulæ cochiæ, drag.j.& ʒ. Diacartamus, cuius forma ſuperius in gutta fuit poſita,drag.iiij.vel v.Pilulæ etiã de agarico.quarum forma ſecundũ Heben Meſue eſt talis. Recipe agarici, drag.iij.radicis lilij cœleſtis,praſsij,an.drag.j.turbit,drag. v.hierapicræ, drag.iiij.colocynthidos,ſarcocollę,ana drag. ij.myrrhæ,drag.j. confice cum rob doſ.drag.ij. Hierapicra qua ego vtor ſuper omnes,nobilis medicina ſumitur à Gal. in 7.therapeu.& quarto miamir: & continet centum partes aloës,& de cinuamomo,& de xylobalſamo,caſiafi.aſaro,ſpica,croco,& maſtiche,ſingulorum ana partes vj.vt qui vellet facere vnc.ij.de aloë, poneret de qualibet ſpecie ſcrup. ʒ.& in vnc.j.gra.v.Auicen.verò & Heben Meſue ad pondus omnium ſpecierum ponũt pondus duplicatum de aloë. Antidotarium verò cõmune,ſolum vnicum pondus:& eſt debilior. non obſtante quod hieram acuũt cum turbit,agarico, & colocynthide: quia tamen ponuntur in parua quantitate,non multum vigorant eam. Et ideo conſueui vigorare eam cum tantundem de ſcammonea, quantũ eſt de altera medicinarum. Et quandoq; facio de ipſo pilulas cum ſucco abſinthij: quandoq; do eam in puluere cum aqua hordei mellita. doſ. eius eſt à drag.j.& ʒ.vſque ad drag.ij. Medicinæ ſimplices euacuãtes melancholiam ſunt,Sene.cuius doſ. eſt in puluere,drag.j.In infuſione,vnc.j. Epithymus, vnc.j. Eſula vſque ad vnc.j.cum cuſcuta.Myrabolani indi.Polypodium vſq; ad vnc.j.Lapidis lazuli,drag.j.Volubilis,Luppulus, ſine menſura.Compoſitæ ſunt diaſene,drag.v.catarthicum imperiale,drag.v.hiera Rufi,drag.iij.hiera Logodion,vnc.ʒ.Theodoricon,drag.vj. Et puluis meus communis: qui Recipe liquiri.drag.ij.pulueris ſtomachi confortatiui,vnc.ʒ.epithymi,vnc.j.ſene ad pondus omnium.fiat pul.doſ.drag.ij. Humores aquoſas euacuat tartarum,ſuccus ireos cuius doſ.eſt vnc.ʒ.ſuccus cucumeris agreſtis: panis lacticiniorum quem conficit.Circa inſtans cum farina hordei:& ſocius ille ſuper vinum,vnc.ʒ.dabat radendo:& faciebat mirabilia. Euacuãtes autẽ humores omnes eſt tabula mea quam recepi à magiſtro Stephano Arnoldi in Montepeſſulano, cuius forma Recipe cõſeruæ violarum,boraginis, ana drag.ij. conſeruæ

buglos

bugloſſæ,cortic.citri conditi,ana drag.j. zinzib. albi, drag. ʒ.pulueris diadragaganthi frigidi, drag.ij. diagridij, drag. iij.turbit, drag.iiij.ſenæ, drag.v. panis zuchari, vnc.x. fiat electuarium in tabula. cuius doſ. eſt vnc.ʒ. Ad eandem intentionem eſt diacaſiaſ. magiſtri Tadei. Et eſt quaſi diacatholicon. Recipe caſiaſ.lib.j. tamarindorũ recentium quar. j.mannæ granatæ quar.ʒ. ſenæ,polypodij, ana vnc.ij.eſulæ, vnc.j.diagredij,vnc.ʒ.aniſi,marathri,ſeminis melonum an. vnc.ʒ.cinnamomi,drag.ij.ſyrupi viola.ſyrupi roſ.ana quod ſufficit fiat electuarium. Doſ. ſit vſque ad drag.vj. Caſiaſi. ſimplex datur communiter in colatura, vnc.j. large diſſoluta cum aqua prunorum, viol.&c.

De menſura euacuationis quod erat quartũ dirigit medicum Hipp.in primo aphoriſmorum & in quarto, ℔ quando euacuantur quæ peccant,& debent euacuari,patientes bene ferunt,& eis confert:contraria verò,importune. Quantitas autẽ humoris peccantis & virtus ęgrotantis ſunt regula totius menſuræ. Et ad hoc contemplare tempus, regionem,& ætatẽ:vt ipſe dicit.Somnus autem & ſitis ſunt ſigna perfectę euacuationis in quarto aphoriſmorũ: & mutatio egeſtionũ niſi ad malũ terminentur.In ſecundo eorũdem & ſexto epidemiarũ allegatur à Raſi. Tutius tamen eſt infra ſubſiſtere, quàm totũ exquiſite euacuare:& melius eſt multiplicare vices quàm quantitatẽ. Et cauſam reddit Auic.quia illud parũ quod dimittitur,natura,multories reſoluit. Coniecturatur parua quantitas expulſorũ de tribus lib.magna de xij.communis de vj.& viij. De tempore euacuãdi,ſicut dictũ fuit de phlebotomia,eſt ſciendum ℔ hora eſt duplex,ſcilicet neceſſaria,& electa. Hora neceſſaria nõ habet tempus:vt quando materia eſt bene digeſta,aut ſi eſt furioſa, aut magna,aut in loco periculoſo,aut faciẽs in corpore talia accidentia, quod nõ det inducias,vt etiam ſuperius fuit dictũ.Hora electa eſt poſt digeſtionẽ. Et ideo euacuatio non competit incipientibus ægritudinibus.vnde Cõmentator. Nulla euacuatio quã natura facit in principio,eſt laudanda: quãto magis ars quæ imitari debet naturã?regulariter tamen operantẽ ſaltim in affirmatiuis,vt dicit Albertus.Natura enim primo digerit: poſtea diuertit & expellit:vt ibidem dicit Cõmentator: niſi per modum alleuiationis: per quẽ modum præcipit Hippo. Incipientibus morbis ſi aliquid videtur mouendum,℔ moueatur

ueatur. In ſtatu verò ſilendũ eſt. Tempus verò declinationis eſt eligendum in bona purgatione. Et ſecũdum etiam tempora anni eligitur per ipſummet Hipp. in ſexto tẽpus veris. Et Gal. in commento extendit ad autumnũ. Tempora autem exceſsiue calida & exceſsiue frigida, ſunt euitãda: quia ante Canẽ & poſt Canẽ qui ſunt 40. aut 50. dies ortus Caniculæ ſecũdum Gal. de vſu pharmacorũ: & ſecundo alimentorum: quorum Romani accipiũt 28. à fine Iulij, & 20. in princ. Auguſti, moleſtæ ſunt pharmaciæ. in 4. aphoriſmorum. Et non quolibet anno, ſed ſecũdum quod conſuetum fuit ægrotare: dicente doctore ſubtili in 6. Collectorij. Et ego dico ℘ illi qui vtũtur potionibus in ſeptimanis annorũ, aut in medietatibus ipſorũ, rectius faciunt quàm illi qui omni anno purgationẽ exercent: quia nos videmus ℘ ægritudines vtplurimum nõ accidunt hominibus: niſi in circuitibus determinatis: aut circa ipſos. Eſt ergo in quolibet indiuiduo multum conſiderandum. Quantũ autem ad horam diei habet cõmunis practica dare colaturas in mane: pilulas de ſero: electuaria in media nocte: quorum cauſæ apud phyſicos ſunt notæ. Aerẽ oportet eligere præcipue in hyeme auſtrinum: vt dicit Auic. Et ſi eſſet pluuioſus, placeret ſocio concordantiarum. Eligendũ eſt etiam, ℘ luna habeat ſatis de lumine, vſque ad pleniluniũ: vt dicit Ioan. de S. Amãdo: eo quia tunc humores in maiori ſunt motu & prẹparatione: quod eſt neceſſe in pharmacãdo: Et ſit in ſignis humidis: vt ſunt Cancer, Scorpio, Piſcis, libra: à malis etiã nõ aſpecta à Ioue, vt in centiloquio dicit Ptolemæus: & cauſæ notæ ſunt apud aſtrologos. & in meo libello de aſtronomia ſatis fuit tractatum de hoc.

Vltimum eſt de regimine. Regimen autem purgationis eſt tripartitum: videlicet in regimine ante adminiſtrationem: & in actu adminiſtrationis: & poſt actum. Antequàm autem adminiſtrentur medicinæ præcipit Hippo. fluxa facere corpora. i. digerere materiam, & aperire, & mollificare vias: vt Gal. in Cõmento dicit. Digeritur autem materia cholerica cum rebus frigidis, & aperitiuis: vt ſunt herbæ 5. capillares, endiuia tenella, ſcariola, cichorea, roſtrũ porcinum, acetoſa: ſemina frigida maiora & minora: vinum malorũ granatorum, acetũ, & aqua. Compoſita ſunt oxyzachara, & ſyrupus acetoſus. Cuius forma ſecundum magiſtrum Arnoldum eſt hæc. Recipe capilli ve. adianthos, polytrichi, ceterac, ſcolopendriæ,

pendriæ,endiuiæ tenellæ, cichoreæ,ſcar.lactu. roſtri porcini,ana.M.j.quatuor ſeminum frigidorum,maiorum & minorum,ana vnc.ſ.ſandal.drag.ij.roſ.viola. florum nenufar, ana vnc.j.ſucci granatorum quar.j. panis zuchari. lib.j. fiat ſyrupus, & detur mane & ſero longe à cœna. v. cochlearia cum ſeptẽ aquæ calidæ decoctionis prunorũ. Digerit phlegma cum radic.v.calamentho,pulegio,hyſſopo, maiorana, ſatureia,mẽta,ſeminibus aniſi,marathri,carui,piperis,zinzib.ſpicæ, melle, & aceto ſquillitico. Compoſita ſunt oxymel diuret.& ſquilliticum,& compoſitio ſyru.mei. Cuius forma Recipe radic.fen. petro.apij,bruſsi, ſparagi, gramis exfoliati in aceto per diem vnam temperatorum, ana quar.j.hyſſopi,calamenthi,origani,chamædryos,abrotani, ana quar.ſ.ſe.aniſi,mara.carui,ameos, ana vnc.ſ.zinzib.zedo.ſpicæ nardi, ana drag.ij.florum anthos, florum ſaluiæ, ana vnc.j.aceti,radicum prædictarum quar.j.& ſ.mellis lib. j.fiat ſyrupus: detur cum aqua cicerum vt ſupra. Digerunt melancholiam boragines, bugloſſæ, fumus terræ, ſcolpen. cetrac.adianthos,thamariſcus, thymus, epythimus, cappares, vinum aromaticum, balneum aquæ dulcis. Compoſita ſunt ſyrupus de liquiri. ſyrupus de fumo terræ, & ſyrupus de bugloſſa. Cuius forma eſt hæc. Recipe bugloſſæ cum toto libr. ſ.fumi terræ cum floribus rubeis,ſummitatum lupuli,teneritatum ſalic.ana quar.j.medullæ corticis fraxini, thamariſci, ſcolopendriæ, capilli veneris, & meliſſæ, ana quar.ſ.ſeminis melonum,cuſcutæ, ſeminis vrticæ,ani.marathri,ana vnc.ſ. liqui.raſæ, calami aromatici, been albi & ru.ana drag.ij.corticis citri,ſpicæ nardi, ana drag.j.florum abſinthij, florum geneſtræ, ana vnc.vna.vuarum paſſarum mundatarum, vnc.ij. aceti ſquillitici quar.j. vini aromatici quar.ſ.mellis libro j.fiat ſyrupus:detur, vt ſupra cum aqua boraginis. Et ad ſummum,inquit Auic.naturam mollificare antequã venter ſoluatur eſt competens regula in ſoluendo. Regantur ergo interim quod potant ſyrupum,caulibus & iuribus mollificantibus, niſi ex natura haberent bonum ventrem, aut eſſent parati ad fluxum. Et cum hoc conſulit Auic.quod ſi fuerit cõſtipatus cum fæcibus induratis, quod præmittatur clyſtere mollificatiuum. In actu autem adminiſtrationis pharmaciæ cauẽdum eſt, quod eam retineat, & non euomat,ad minus quouſq; facit aliquam operationem.

Et hoc

Et hoc cum fricationibus extremitatũ, & masticatione pomorũ,& odoratione crustarũ in aceto infusarum. Et etiam cauendum est,ne superdormiat,nisi medicina fuerit in solida substantia.tunc enim dormiendum est vsquequo incipiat operari. Postquàm autem incipiat operari,nõ dormiat, nisi vellet eam restringere. Est etiam consilium Auic.quòd post acceptionẽ medicinæ quiescat: vt ipsa à natura comprehendatur vsquequo incipiat operari. Et tũc moueatur & intendat paulatine maximè si medicina ad operandũ fuerit pigra iuxta doctrinam Hippo.4.aphorismorũ. Cum quis biberit elleborũ,moueatur.Consulit tamen Auic.quod si medicina accepta non operatur, si non facit nocumentũ, quod dimittatur.Si autem adesset aliquid timoris, melius est quod fiat clystere,quàm si daretur iterũ medicina.Nam,vt dicit,duas medicinas ventrem soluentes in eadem die administrare timorosum est,& extra rectitudinẽ. Post autem operationem medicinæ ad lauandum stomachũ,& intestina consulit Gal. in 7.therapeu.potare vnum haustum ptisanæ.Parisiẽ.tamen dant aquam trumelli bouis.Montispeden. aquã pulli lauato stomacho & intestinis. Consulit Ioannes de Sancto Amãdo antequam cõmedat transglutire aliquem succum stypticũ, vt os stomachi calefactum per medicinã confortetur. Commestio autem pharmacati debet esse moderata, & euchyma de bonis gallinis & caponibus, & minor solita: vt proportionetur patienti per euacuationẽ debilitato iuxta doctrinam primi aphorismorum:& secundi regiminis acutorum, & secundum quod erat materia, quæ peccabat, ordinetur qualitas. nam post euacuationem & abscisionem causæ alteranda est dyscrasia quæ remansit, in tertio techni.

De vomitu.

Vomitus est purgatio facta per os cum medicina vomitiua. Et valet ad conseruationem sanitatis: iuxta illud quod dicit Gal. in quinto de vtilitate particularum. Bene igitur antiqui medicorum vomitus post cibaria singulo mense facere consulebant. Hi quidem semel sufficere existimantes: hi autem bis facere dignificantes. Valet etiam ad ægritudinum curationem dicente Auic.quod valet chronicis passionibus epilepsiæ,maniæ,lepræ, podagræ, sciaticæ, & passionibus renum,& vesicæ.Et est auxilium euacuatiuũ & diuersiuum,

siuum, principaliter purgans stomachum, & per consequens alias partes. Possunt autem tolerare eum habẽtes partes superiores fortes, non debiles, & præparati ad phthisim: præparant autem ad vomitum cibaria multa, & diuersa, dulcia, & pinguia, & nauseatiua: velut sunt ficus, porri, cepæ, fabæ, carnes porcinæ, ptisana, & vini multa potatio. Prouocatur vomitus tripliciter, debiliter, fortiter, & fortissime. Debiliter prouocatur cum vno hausto aquæ calidæ & olei: & tactu digitorum aut pennæ vnctæ immissæ infra palatum. Fortiter cum decoctione seminis attriplicis, seminis raphani, seminis erucæ, porri, cepe, aut per decoctionem raphani, intra quam steterit per duos dies sub terra elleborus, aut per comestionem eiusdem raphani rotulare. Fortissimus fit cũ vomitiuo Nicolai. Cuius forma est hæc. Recip. tapsiæ, vnc. iiij. croci, drag. j. nucis vomicæ, vnc. ß. catapuciæ, vnc. ij. cum succo asari, & mellis fiant trochisci, drag. vnius, dẽtur distemperati cum aqua tepida. Datur post cibum iuxta meridiem: & ligentur oculi. Et postquam compleuerit operationem suam, lauetur os & facies cum aqua & aceto, & post horam comedat cibaria leuia & confortatiua.

De clysteribus.

Enema aut clystere fuit assumptum à ciconia aue pro dolore ventris assumente aquam maris cum rostro & iniiciente sibi retro: vt recitat Gale. in introductorio medicorum. Et est notabile auxilium: vt dicit Auicen. ad expellẽdum superfluitates quæ sunt in intestinis primo: & totius corporis cõsequenter. Et propter hoc supplet vices medicinarum: habet enim securitatem: quia non transit per os, neque per nobilia membra: & expellitur satis ad votum. Valet autem in passionibus intestinorum, & renum & membrorum superiorum. Et est triplex. mollificatiuum, mundificatiuum, & constrictiuum. Mollificatiuum seu lenitiuum sic fit. Reci. aquæ decoctionis maluarum, aut furfuris, matrisuiolarum, aut ficuum lib. ij. olei communis lib. j. salis, drag. ij. fiat clystere. Mundificatiuum fit cum ij. lib. aquæ decoctionis maluarum, mercurialis, brancæ vrsinæ, foliorum siclæ, ana. M. j. ficuum pinguium xv. numero, anisi, marathri, asari, ana vnc. ß. Dissoluantur in ea casię fist. mundatæ, vnc. j. hieræ picrę. Gal. benedictæ probatæ, ana vnc. ß. mellis quar. j. olei lib. ß. salis, drag.

ij.fiat clyſtere. Conſtrictiuum ſit.Re.plantaginis.M.ij.roſarum.M.j.balauſtiarum,vnc.j.fiat decoctio vnius libr.in qua diſſoluantur pulueris ru.vnc.ſ.ſepi hircini,quar. j. albuminis ouorum trium in numero,fiat clyſtere:& in parua quantitate iniiciatur: fieri autem poteſt omni hora. Eligibilius tamen ſit ante commeſtionem.Stet patiẽs dum recipiet eũ, dimiſſa zona curuus ſuper genua ſua, & teneat os apertum. Et poſt iniectionem fricetur ſibi vẽter,& vertat ſe ſuper locum doloroſum,& ſuſtineat ipſum per vnã aut per duas horas:imò quantum erit poſsibile.

De ſuppoſitorijs.

Suppoſitoria fiant ad modum candelarum vnius digiti de melle cocto cum ſale trito, & inungantur cum oleo, & ſi cum eis incorporetur modicum de ſtercore muris, fortiora eſſent,fiunt aliquando de ſapone duro:aliquãdo de lardo indurato:nonnunquam cum mercuriali trita, aut fructu cucumeris aſinini depilato.Caueãtur tamen in ano vlcerato:purgant enim & attrahunt fæces inteſtinorum: vt in de colica Auicen.ponit.

De cauteriis & formis eorum. Cap. III.

CAuterizatio eſt operatio manualis cum igne facta artificialiter in corpore humano ad vtilitatem determinatam. Ignis autem ſecundum omnes doctores eſt duplex, actualis qui ſubito operatur cum inſtrumentis metallicis ignitis:aut cum radic.ariſtolo.ſeu aſphodelorũ ſumme calefactis:aut cum ſulphure intẽſo:aut cum aqua ſeu oleo bullitis:& non à caſu,ſed ſcienter applicatis. Alius eſt potẽtialis qui nõ apparet ſenſualiter in hora:ſed poſt deductionem potentiæ eius ad actum,quod fit cum medicinis cauſticis,& rũpentibus.Et quædam imprimunt fortiter & faciunt eſcharã: vt eſt calx viua cum ſapone,mel anacardinũ:quædam leuiter & non faciunt eſcharam:ſed veſicant,vt cantharides,& flammula,atq; panta lupina. Cauteria tamen actualia ſunt ſecuriora quã potẽtialia:eo quia ſecundũ Albu.actio ignis actualis eſt ſimplicior,& minus lędit partes vicinas & mẽbra principalia quàm actio ruptorij quæ mẽbris principalibus multum eſt ſuſpecta:niſi eſſet in caſu in quo patiẽs propter eius puſillanimitatẽ nõ eſſet auſus attingere ignẽ. Aut in caſu in

quo

quo vellemus facere cauteria ad euacuandum & deriuandũ. Tunc enim ruptorium propter dolorem, & eſcharã groſſam quam dimittit debilitando locum maiorẽ prouocat fluxum. Et licet Auic. dicat ꝙ cauterium actuale melius fit cum auro: hoc habet verũ in mẽbris teneris, velut ſunt oculi: vt dicit Arnoldus. In aliis autẽ ſecurius fit cũ ferro, vt dicit Albu. eo quia igneitas in ferro melius poteſt menſurari quàm in auro, aut in argento propter eorũ colorẽ: niſi fieret per aurifabrum in hoc aſſuetum. Cauteria ſecundũ Albu. competũt in omnibus diſpoſitionibus: præcipue tamen humoralibus & maxime frigidis & humidis: calidis autem humoribus licet non contrariẽtur per ſe: contrariantur tamen accidentaliter per remotionem cauſę. Calidis autem & ſiccis naturis in materialibus non ſunt vtilia: imò in eis faciunt multa mala, vt tenet Albuca. Brunus, Guliel. Lanfrancus, & Henricus, & eorum ſectatores. Et quamuis ſit valde vtile medicamẽ ſecundum Albuca. & Auic. & de ipſis multa tractauerunt Albuca. Hippo. vt teſtatur Halliabas in nono ſermone partis ſecundæ. Nihilominus modernis temporibus non habet tantum vſum, quantum habebat antiquis temporibus: vt dicit Henricus: eo quia communiter exercentur per idiotas & operãtes imperite, & abſque purgatione: propter quod læduntur quamplurimum. Et ita arguendo per fallaciam accidẽtis huius, magiſteriũ negligitur: ſicut & multa alia, vt Albumaſar de aſtronomia probauit. Cauteriũ vero eſt neceſſarium auxilium in conſeruando ſanitatem, & extirpãdo ægritudinem: tenet enim locũ vniuerſalium euacuationũ, vt phlebotomiarum, & purgationum in hominibus qui eã ſuſtinere nõ poſſunt. Et cũ hoc reliquias prædictarũ euacuationũ corrigit, & emendat maxime in ægritudinibus fortibus, & malignis, in quibus ſolũ fieri cõſueuit: vt Rabbi in ſexto epidemiarũ allegauit. Et propter hoc dicebatur antiquitus vltimũ inſtrumentũ medicinæ non vltimitate finis: ſed ordinis: quia poſt dietã, & pharmaciã, & phlebotomiam debet fieri cauterium vbi conuenit, aliter faceret multa mala. Vniuerſalis autem euacuatio debet præcedere particularem in ordine operationis rectæ. Et quia iſtud auxilium eſt ita generoſum, circa ipſum inquirantur tria, primo quare fit, ſecundo modo fit, ſed tertio regimen ipſius. Propter autem primum eſt ſciendum quòd cauteria fiunt propter vtilitates genera-

les & ſpeciales. Vtilitates generales canteriorum præcipue actualiũ ſunt ſex. Primã ponit Auic. ad cõfortationẽ membrorũ. Calefacit enim cauterium actuale, & deſiccat mẽbra quę vtplurimũ à frigido heberantur. Et propter hoc dicebat Hippo. authoritate Gal. quarto therap. Siccũ ſano eſt propinquius: humidũ vero nõ ſano. Secundã ponit ipſe Auicen. ad prohibendum ne corruptio multiplicetur in mẽbro. Et iſto modo præcipitur à Gal. in ſecundo ad Glauco. & ab Auic. in quarto, ꝙ fiant in circuitu eſthiomenorũ, & in vlceribus ſpõte dilatantibus, & in oſsibus corruptis. Tertiam ponit idem Auic. ad reſoluendum materias coartatas in particula: & iſto modo præcipiunt Albuca. & Haliabbas ꝙ fiant in guttis, & in cephaleis, & in fortibus doloribus. Quartam adaptat idẽ Auic. ad reſtringẽdum ſanguinẽ quã appropriabat Gale. in quinto therapeutices dũ dicit, adinuenerunt ea quæ ad vocatam eſcharã operãtur: velut ſceptrum quoddã ad reſtringendum fluxum ſanguinis. Operantur autẽ ipſam per ignẽ: aut per ſimilem igni pharmaciam. Quintam appropriat magiſter Arnaldus ad euacuandũ & diuertendum fluxus inueteratos oculorũ & totius corporis: & iſto modo fiunt ſetones, & cauteria retro collũ: & in fontanellis lacertorũ: vbi lacertus à lacerto diſtinguitur: aut ſub eis ad duos vel tres digitos iũcturarũ maxime iuxta venas, quæ diriguntur ad mẽbra illa. Sextam ponit Gal. ad intercipiendum: & iſto modo præcipit cauterizare venas temporũ, vt nõ fluat ad oculos materia: & in ruptura, ꝙ inteſtina non deſcendãt & in vicinitate vlcerũ malorũ Et de hoc fecit aphoriſmũ Arnaldus. Manatio quæ diuerti nequit ad exitum naturalem aut ſupp. habituatũ: vicinis cauteriis adducitur cõpetenter. Septimã oſtendit vſus ad extirpandũ ſuperflua: & iſto modo aperiũtur apoſtemata: reſecantur glandulæ, exſtirpantur carnes viuæ & mortuæ, & id genus. Vtilitates autẽ particulares licet ponantur 16. ab Albuc. & 20. ab Haliab. & multa à Bruno, Rogerio, & ſuis gloſatoribus, ac etiã à Guliel. Lanfranco & Henrico, ſecundum quod ea in diuerſis præcipiũt facere locis: Nihilominus moderni operatores non faciũt ea, niſi ſecundũ octimẽbrem diuiſionẽ. Primo in capitis ſummitate in loco vbi pertingit digitus medius extẽſa manu de naſo à radice palmæ ſuperius. Conſulunt Albuca. Haliab. Brunus, Guliel. Lanfrãcus & Rogerius cum ſuis gloſatoribus cauteria rotunda cum oliuari

ad

ad euaporandum cerebrũ, & diuertendum materias quæ ad partes rheumatizant subiectas. Et aliqui profundant ea vsq; ad os. Nõnulli radũt aut exfoliãt primam tabulã cranei, ꝙ non multũ approbat Albuc. Et ideo valẽt talia cauteria maniæ, epilepsiæ, & capitis dolori, fluxui oculorum, phthisicis, & omnibus rheumatismis. Fiunt etiam in cornibus capitis & occipite cauteria cũ eodem instrumento ad calefaciẽdum & cõfortandum caput in paralysi, tremore & spasmo: & propter lepram palliandã. In facie autẽ quæ est secunda particula: fiunt multa & diuersa cauteria propter speciales vtilitates. Fiunt enim in palpebris ad corrigendum & eleuandum palpebras, cũ myrtillino. In loco pilorum ad claudendũ porros pilorũ euulsorum vt non renascantur: & hoc cũ actuali. In lachrimalibus ad cõsumendum carnẽ superfluã, cum cultellari paruo. In cantho iuxta nasum pro fistula, cum actuali & canna. In temporibus ad claudendum venas pro rheumate oculorum, cum cultellari. In naso pro polypo consumendo, cum actuali & canna. In labiis profissuris, cum cultellari paruo. In dentibus pro dolore & putrefactione ipsorũ, cum actuali & canna. In vuula pro ea incidenda, cum incidente & cannali cochleata. In collo fiunt cauteria ad setonẽ cum tenaculis & acu cetoneata retro in fossa ad diuertẽdum materias oculorum: vt solus dicit Lanfrancus, licet alij non dixerunt, innuerunt tamen præcipue glosatores, qui viderunt quendam medicum maxime approbatum per cauteria rotũda ibi facta à longo tempore dimissa aperta, curare maniacos, scotonicos, & vertiginosos. Galenus etiam in tertiodecimo therapeutices, dixit ꝙ ventosa secundum occipitiũ facta nobile est auxilium rheumatis oculorum, quanto magis cautetizatio? Et ob hoc in rheumate oculorum in prædicto loco cauterium cum setone facere consueui. In parte autem anteriori in collo sub mentone consulunt quatuor magistri cauterium ad setonem propter euacuare naturam guttæ rosaceæ & aliarum infectionum faciei & oris. In omoplata, in fontanellis brachiorum ad tres digitos de iunctura vbi lacertus à lacerto manifeste distinguitur, cum clauali rotũdo, cum resta & plata perforata, ab intra fit cauterium pro ægritudinibus faciei, & partis anterioris colli. In membris thoracis, & ab extra pro ægritudinibus totius capitis & partis posterioris colli. In membris thoracis sub furcula fit cauterium

rotundum aut ad ſetonem pro aſthmate & ægritudinibus gulæ & ſub aſcellis, eodem modo. Pro ægritudinibus humerorũ, & pro mundificando cor, & palliando leproſos. In empyimate etiam quandoque fit apertura cum enſali cultellari inter coſtas ad attrahendum ſanguinem, eſt tamen periculoſum de fiſtula aut de morte propter debilitationem cordis ex aere ſiue alteratione ſubintrante, vt dicit Albuca. In vẽtre in parte anteriori ſupra ſtomachum fiunt cauteria rotunda aut ad ſetonem, quæ conuenientius ſe tenent aperta propter ægritudines ſtomachi, & ſupra hepar & ſupra ſplenem propter dolores illarum partium, & ſubtus vmbilicum propter aquam hydropicalem. Et Albuc, & Haly. faciunt ea cũ clauulibus duplicatis, aut triplicatis. In anchis fiunt cauteria in inguine propter rupturam. In pectine propter veſicas. Retro propter renes & gibboſitates cum rotundo aut clauali reſtato. Et in burſa teſticulorũ cum ſetone, propter herniam aquoſam & vẽtoſam. Octauo fiunt cauteria in fontanellis ſub genu ad tres digitos vbi lacertus à lacerto diſtinguitur cum clauali rotundo areſtato, cum plata propter purgationem totius corporis & morbo tibiarum. Plures autem alias vtilitates ſpeciales faciunt cauteria in prædictis locis quæ ſuperius in ſingulis capitulis ſunt explicata. Vtilitates autem cauteriorum potentialium ſunt quaſi eædem ſicut & actualium: excepto quod non confortant ſed debilitant. Et ideo magis appropriantur ad euacuandum & deriuandũ humores, & aperiendum apoſtemata, & fluxum ſanguinis reſtringendum, quàm actualia. Particulares vero eorum vtilitates aſſumuntur à locis in quibus fiunt. Communius tamẽ ponuntur cauſtica in locis carnoſis, quia trahunt à profundo magis quàm actualia. Membris tamen principalibus magis ſunt moleſta. Veſicantia vero in locis ponuntur intercutaneis vt ſub mentone, retro collum, & tota facie, & in cauillis pedum & manuum, non enim extrahunt niſi humorẽ intercutaneum, vt videtur ad ſenſum.

Propter ſecundum quomodo fiunt cauteria eſt ſciendum quod cauteria actualia fiunt cum inſtrumẽtis præcipue metallicis. Potentialia vero cum medicinis cauſticis.

Inſtrumenta autem quibus fiunt cauteria actualia apud antiquos erant diuerſa. Moderni vero ea retraxerunt ad certum numerum: vt Guli. de Sali. ad ſex, vel ad octo: Lanfr. ad decem

decem: Henricus ad septem. Ego vero cõmunia cauteria faciebam cum sex formis, specialia vero cauteria faciebam cũ propriis instrumẽtis formatis iuxta intentionem quã complere habebam, fiant autem de qualibet forma tria instrumenta paruum, magnum, & medium.

Prima forma est Cultellaris ad formam cultelli facta, & est duplex, Dorsalis scindẽs ab vna parte, Ensalis scindẽs vt ensis à duabus. Et cum isto inciduntur carnes superfluæ & aperiuntur apostemata & rectificantur vlcera.

Secundum instrumẽtum est Oliuare non ad formam folij oliuæ: vt putauerunt Guli. & Lanfr. & Henricus, sed oliuarum ossibus simile: vt dicit Haly. in nono sermone partis secundæ de coquendis capitibus. Quod eius operatio etiam ostendit, fiũt enim cum oliuari, in summitate capitis, vt docent præfati magistri. Et iuxta iuncturas propter earum dolorem & super neruos: vt nõ profundetur in eorũ substantia dum cauterizãtur propter putrefactionẽ. Et super ossa propter magis desiccare dum cauterizãtur propter corrosionẽ.

Tertium instrumentum est Dactylare ad similitudinẽ ossium dactylorum factum, & valet ad omnia ad quæ oliuare, sed ipsum meliorem formam relinquit post se, quia oblongam. & est grossius quàm oliuare. Et ideo est præcipuum in vlceribus & ossium corruptionibus.

Quartum instrumentum est Punctale habens cuspidẽ gracilem & rotundam cum quo cauterizatur sola cutis. Et est duplex, cum resta & plata, vt non transeat vltra cutim cum quo fiunt cauteria quæ communiter vocantur ad nodulũ in fontanellis brachiorum & tibiarum. Aliud est planum longum ad modum radij cum cannula vt non offendat latera, cum quo cauterizantur membra, vt fistula lachrymalis, polypus infra nasum, & dentes.

Quintum instrumentum est cauterium subtile cum quo ponuntur setones cum tenaculis latis & perforatis: valet autem istud cauterium vt punctalia ad nodulum sed sunt leuiora & durabiliora, eo quia nodulus egreditur, & cadit sæpe, & indiget ligatura tędiosa, seto autem non.

Sextũ instrumentũ est Circulare cũ quinq; additamẽtis ad faciendũ quinque cauteria ad nodũ cum plata quinq; foraminibus perforata super sciam in dolore ipsius & supra humerum & supra gibbositatem humerosam & dolorosam.

Modus autem faciendi cauteria actualia.est quòd inquiratur bene locus vbi debent poni, & exiccetur, & signetur,& applicata plata aut cannula frigida, si debent poni:aut sine ipsis vbi non est necesse,firmiter patiẽtem tenendo,& ignita cauteria bene duo vel quot erunt necessaria vsquequo rubeant,quia tunc erũt meliora,tradãtur magistro caute quod patiens non videat,& imprimantur, & teneantur cum quadam reuolutione, vt non adhæreant carni, fortius tamen in osse, leuius in neruo, vsquequo perdant rubedinem. Et totiẽs reiterentur, quousque habuerit intentum, & postea regantur.

Medicinæ vero cũ quibus fiunt cauteria potentialia,sunt ruptoria,quorum aliqua post se dimittunt escharam,vt calx viua,& sapo mollis,æqualiter de quolibet,drag.j.vel quantum sufficiet ad operationem mista recenter antequam sint infrigidata:vt dicit Albuca.addendo quid fuliginis:vt dicit Henr.aut salis alkali: vt præcipit Haly.Et de saliua ponit vulgus, & ℘ statim applicetur in loco signato infra circulũ factũ de tela cerata,aut de pãno in albumine oui infuso,aut in aliquo glutinoso frigido, & ligetur firmiter à xij.horis vsque ad xviij.dimittatur,& postea remoueatur & regatur. Medicinæ autẽ rũpentes quæ nõ faciunt escharã sed vesicas, sunt cantharides mistæ eũ fermẽto,aut cum aliquo sepo, vel folia flamulæ,vel panta lupi,vel marcilium pistata, & super locum applicata in quantitate vnc ʒ.vsque ad vnc.j.& ligentur non stricte,& dimittantur ab octo horis vsque ad xij.Et postea remoueantur,& vt oportet regantur.

De tertio quod est de modo regẽdi cauteria,est sciendũ ℘ eorum duplex est regimẽ,ante actũ videlicet, & post actum. Ante actũ ipsius omni tẽpore potest applicari vt dixit Albu. duntaxat quod corpus sit mundũ & nõ repletũ. Cõmunis autem est admonitio in iiij.& xiij.thera.& vbique,quod nullũ euaporatoriorum nominatorũ auxiliorum vti audeas antequã euacuatione totius corporis vtaris. Et si nõ dicitur,semper tamẽ intelligatur.Admoneatur etiã patiens ante cauterizationem de bonitate & securitate cauterij, ad hoc quod ipsum melius sustineat. Et si necesse est,teneatur firme quod ligetur. Post vero cauterizationẽ in primis tribus diebus ponantur super locũ & circũcirca albumina ouorum cum oleo ros.agitata. Et post casus escharæ cum butyro lauato addita

mod

modico frumẽti farina,aut cum aliquo vnctuoso non salito: aut cum aliquo dulci maturatiuo procuretur.Et postquã ceciderit eschara,mũdificetur,& curatione vlcerũ curetur:nisi ipsum vellet tenere apertũ propter euacuare humores & fumos vaporosos,aut propter consuetudinẽ longã, ob quam non esset securũ claudere ipsum absq; alia euacuatione çquipollente.periculũ enim esset quod humores qui cõsueuerũt exire,retetι currerent ad aliquod membrũ , & quod inducerent maiora mala:vt in de vlceribus est dictum, & in prologo istius libri præmissum. Et vt etiã notatur in primo sexti aphorismorũ,Hæmorrhoidas antiquas habẽti. In casu tamẽ in quo esset necesse post clausionẽ ipsum reiterare,in eodem loco potest reiterari:aut in suo consocio mẽbro, aut in alio sibi proximo,iuxta illud Arnaldi. Manatio innaturalis quæ diu manauit,obscurari nequiuit absq; timore grauioris incommodi,nisi manatio cõsueta ad proxima deriuetur.Cauterizatus à die cauterizationis vsque ad septẽ vel nouẽ dies quod igneitas sit refrænata , regatur regimine infrigidatiuo. Post vero vsque ad cõplementũ suæ operationis cõfortetur virtus,& ordinetur regimẽ ad oppositũ suæ causæ. Tempus autem cõmune tenẽdi ipsum apertũ secũdum Rogeriũ & suos magistros est 40.dierum aut triũ mensiũ:nam ille est terminus vltimus apostematũ in vj.aphorism.& in secundo prognosticorum.Vltra autẽ illud tẽpus debilitatur locus, & habituatur cacochymia , & cũ hoc virtus in eo cõfortans est euaporata vt dicit Henri. Teneatur autem apertũ cum tentis & nodis de cera simplici:aut in aqua malaxetur euphorbium seu scãmonea,vel colocynthis seu elleboris secũdum naturã humoris quem volumus purgare, aut cum piso , aut cum nodulo de ligno hederæ,aut de gentiana. Et de superponuntur folia cauliũ,aut hederæ subtus pannos aut supra pãnos triplicatos aut retriplicatos:& aliqua plata de corio: aut de çre aut argẽto ligata.Et põt bis in die,aut toties quoties placebit remutari. In cauterio autẽ potẽtiali ante actũ, est necessaria melior euacuatio quã in actuali:cũ sit maioris læsionis vt dixi:nõ est tamẽ necessariũ quod ligetur patiẽs, sed perquiratur locus,& signetur,& vt dictum est , applicetur.Et post actũ,regatur vt de cauteriis aliis est dictũ. Vesicantia vero requirunt custodiã maxime vesicæ,quæ cõsueuit lædi ex cantharidũ applicatione:quæ cum balneo consueuit

corrigi, vt inferius dicetur. Eleuatæ autem veſicæ incidantur, & aperiantur cum forficibus, aut cum acu. Et poſt deſuper folium caulis & paui applicentur, & ſicut placebit, remutentur. Et quia non faciunt eſcharam, ſed veſicam, infra ſeptimam diem vel octauam deſiccantur & conſolidantur.

De operationibus & artificio præparandi antidota quæ in arte competunt chirurgiæ. Cap. IIII.

NEceſſarium & valde vtile eſt ſæpiſsime medicis maxime chirurgis vt ſciãt adinuenire & cõponere ac etiam adminiſtrare auxilia infirmorũ, eo quia multoties cõtingit eos operari in locis in quibus nõ reperiuntur apothecarij: aut ſi reperiuntur nõ ſunt ita boni neque omnifarie fulciti. Vel ſunt multi pauperes qui nõ poſſunt emere res proprias & pretioſas, quare cum communibus oportet pertrãſire. Et propter hoc data eſt doctrina, & modus cognoſcẽdi ſimplices medicinas à Gal. in primis libris ſimpliciũ pharmacorũ, per ſubſtantiã, ſaporẽ & odorem, & id genus, & conficiendi cõpoſita, in decẽ ſeptẽ libris. de cõpoſitione medicinarum, quorũ decẽ dicũtur almyamir, & ſeptem catageni, vt Haly. in fine techni teſtatur. Ita enim refert Gal. ipſummet aliquoties feciſſe, vt in ſexto myamir, in agro exiſtens carens dyamoron, in quodã in gargarione patiente adinuenit dianucum. Et xj. therap. accepit abſinthium, in paupere mendico apoſtema in hepate patiente, qui oleum non poterat emere nardinũ. Ego etiã nũquam cõſueui exire extra ciuitates, niſi mecum portaui burſam clyſteriorum, & aliqua communia. Et quærebã herbas per cãpos, cum modis dictis ad cito ſubueniendum infirmis. Et ita reportabã laudem, lucrum, & amicorum copiã. Et interim propria ordinabantur & procurabantur. Porro eſt etiam vtile ſcire multas medicinas, quia non omnia in omnibus locis reperiuntur, vt in myamir ſuperius de apoſtemate aurium fuit allegatum. Et quod confert vna hora non confert alia, & quod vni proficit nocet alteri. Et totum hoc eſt propter diuerſitatem particularum complexionum gentium & auxiliorum, qui certis literis non poſſunt denotari, vt vij. therapeu. dicebatur. Propter hoc eſt ſciendũ quod operationes chirurgicaliũ diſtinguũtur ſecundũ virtutes, quę ſunt in eis, & eas habẽt efficere

in cor

in corpore humano, quæ triplices numerantur à Galen. & Auer. in quinto, Quædam sunt primæ quæ dicuntur cõplexiones, & qualitatiuæ, quę à qualitatibus dependent elemẽtorum sicut sunt illæ, quæ dant, & faciunt caliditatem, frigiditatem, siccitatem, ac humiditatem. Quædam sunt secũdæ, quia sequuntur primas dictas, quæ suo modo dicuntur substantiales: sicut illæ quæ habent repercutere, attrahere, resoluere, remollire, maturare, mũdificare, consolidare, regenerare, ac etiam & dolorẽ sedare. Quædam sunt tertiæ, quæ hæc facere habent in determinatis particulis, quæ suo modo dicuntur specificæ seu formales, vt medicinæ laxatiuæ, & vrinatiuæ, ac etiam illuminantes visum, acuentes auditum, & id genus. Quæ quidem operationes secundum mentem Auicennæ in secundo canonis, quandoq; fiunt per medicinas suo modo simplices velut sunt rosa, chamomilla, atque plantago: quandoq; per compositas, velut sunt vnguenta, olea, emplastra, aquæ, epithemata, pulueres, & consimilia. Laudabilius tamen est operari cũ simplicibus si quis potest, quàm cum compositis: eo quia cum compositis concurrere multa possunt: quæ multoties in vnum non possunt concordare, vt in tertio therapeu. ostendebatur Et propter hoc dicebat magister Arnaldus, quod potens medicare cum simplicibus, dolose aut frustra quærit composita. Cogit tamen vt dicit aliquando necessitas, componere medicinas, quando non inuenitur simplex potens vtiliter complere intentiones propositas & conceptas.

Concipiuntur autem intentiones secundum eundem Arnaldum ex membris, & ex morbis aut ex medicinis secundum nobilitatem, aut etiam diuersitatem conditionis eorum, situs etiam & compositionis. Ex morbis secundum compositionem quam habent in se & respectu causarum & accidentium. Ex medicinis, quando sunt debiles horribiles, aut nimis fortes. Et quia optimè ista pertractantur per Auicennam in quinto, & per Serapionem in septimo, & per translatorem Antidotarij Azaranij parte prima, & per Ioãnem de sancto Amando in suis aureolis, non curo in his elongare sermonem. Nihilominus præparantur medicinæ, & mundantur, decoquuntur, & aduruntur, conteruntur, & id genus de causis certis de quibus Serap. sermone euangelico tractauit,

De

De præparatione medicinarum ſimplicium.

Cauſa autem quare mundantur ſimplices medicinæ eſt, vt remoueantur ab eis extranea. Et lauantur omnes, vt magis ſint mundæ & puræ. Aliquæ verò vt abiiciatur fæx & ſordities ab eis. Nonnullæ vero, vt remoueatur acuitas, & acquiratur frigiditas.

De mundificatione herbarum.

Exemplum mundationis & depurationis habetur in herbis & radicibus, quæ quomodo mundantur, & depurantur notum eſt omnibus. Exemplum lauationis, vt abiiciatur fæx & ſordities, eſt oleum & cera.

De lauatione olei.

Lauatur oleum dupliciter: vno modo cum clepſydra habente duo foramina, vnum in ſummitate, aliud in profundo: & impleta ſecundum medietatem aqua calida & oleo claudãtur foramina, & agitentur fortiſsimè, vſquequo oleũ & aqua ſint bene miſta. demum poſt quietationem aperiatur foramen fundi, quouſq; aqua fuerit extracta: & demum ponatur tantundem de alia aqua, & fiat vt prius, & toties reiteretur, quouſque oleum fuerit albificatum. Aliter autem lauatur magis leuiter in pelui, ſcutella, vel olla: ponitur in ſcutella cum tantũdem aquæ calidæ, & agitatur cum ſpatula tantum donec albificetur: deinde ponatur in ſole quouſque ſeparetur oleum ab aqua: deinde colligatur oleum de ſuperficie aquæ cum aliquo cochleari, & reponatur. Et ſi ſufficienter fuerit mundatum bene: & ſi non, iterum ponatur de aqua vt prius, & ſecundo & tertio, donec albeſcat.

De lauatione, & dealbatione ceræ.

Lauatur & dealbatur cera, fundendo ipſam cum aqua & ipſam eleuando cum lapide, aut cum vitro rotũdo in ea immerſo. Et poſt immergatur in aqua frigida, & ſeparetur à lapide, toties ſic faciendo donec tota cera ſit extracta. Et poſtea apponatur ad ſolem, eam ſæpe vertendo, donec ſit alba perfecte. Aliter & magis leuiter accipitur cera, & coquitur in aqua, & poſtea expellitur illa aqua, & ponitur alia: & fiat ita ſæpe donec fiat alba.

De

De lauatione terebinthinæ.

Lauatur terebinthina vt magis ſuauis pro neruis efficiatur, in ſcutella cum aqua frigida, & tantum cum baculo ducatur, aquam ſæpiſsimè mutando, donec ſit alba.

De lauatione butyri.

Lauatur butyrum antiquum, vt ſalſedo remoueatur, & in mollificando efficacius efficiatur, in ſcutella cum aqua frigida, & tantum cum baculo ducatur, donec fiat album.

De lauatione calcis.

Lauatur calx, vt eius acuitas remoueatur, & efficiatur deſiccatiua, in bacino cum aqua frigida, cum baculo eam miſcendo: & poſtquàm conquieuerit, illa aqua expellatur: & alia imponatur: hoc ſepties vel nouies aut toties faciendo, donec aqua ad guſtum ſuauis & dulcis reperiatur.

De lauatione & præparatione thutiæ & conſimiliũ.

Præparatur thutia primo adurendo, vt cõteratur facilius nouies eam igniendo in carbonibus incenſis, & nouies eam extinguendo in aceto, vel in aqua pluuiali, vel in aqua roſata, ſeu fœniculi, vel maioranæ: ſecundum illud ad quod voluerit eam applicare. Poſt verò lauetur, & depuretur, vt ſuauis & frigida efficiatur, conterendo eam groſſo modo: & in panno & in pelui cum aqua frigida tantũ fricando ducatur, quod ſubtile ipſius in aquã tranſiuerit: & illud groſſum de panno abiiciatur: deinde cribelletur aqua, & ſubito colãdo cum alio panno mutetur in alio vaſe: & illud groſſum quod remãſerit in fundo, abiiciatur. & hoc bis vel ter faciat, quouſq; nihil remanſerit groſsi. poſt dimittatur reſidere, quouſq; deſcenderit in fundo: & tunc aqua illa cum illa viriditate, quæ cum illa ſupernatat, abiiciatur, & alia aqua ponatur, toties reiterando, quouſq; aqua dulcis & ſuauis efficiatur: tunc deſiccetur, & ſeruetur. Exemplum combuſtionis, vt facilius fiat contritio, eſt thutia. Sed vt remoueatur deſiccatio & conſolidatio eſt in ſubtilibus corroſiuis, velut ponit Galen. in tertio therapeu. & quinto & nono ſimplicium pharmacorum, de cuperoſa & viridi æris.

De combuſtione cuperoſæ, & conſimilium.

Igniantur ſupra crucibulum aut teſtam cum carbonibus

inſuf

insufflatis, donec inflammentur, & fundantur, & ampullentur; & hoc tantũ fiat donec color fuerit mutatus in rubeum seu citrinũ, & quieuerint ampullæ, & infrigidetur, & reseruetur. Exemplum decoctionis, vt virtus in colatura tradatur, est in syrupis & oleis & infusionibus, in quibus virtus traditur in decoctione. post syrupantur, & oleantur, & clysterizantur, & gargarizantur, & embrochantur. Etiam decoctio fit quandoque, vt virtus non necessaria separetur, & necessaria remaneat: vt in caulibus & lentibus euidenter ostendit in tertio pharmacorum Gal. Exemplum contritionis vt res sint permansibiliores supra locum, & magis efficiantur deficcantes, sunt in lithargyro, & centaurea, & in conterendo est iudicium & terminus, vt dicit Auicen.

De præparatione medicinarum compositarum.

Compositæ autem medicinæ præparantur & conficiuntur secundum Ioannem de sancto Amando, & magistrum Stephanum Arnoldi de Montepessulano, diuersimode propter diuersas vtilitates, & in forma oleorum, vnguentorum, emplastrorum, epithematum, & id genus.

De oleis.

Oleum est humiditas liquida & vnctuosa. Et fiunt secundũ doctrinam Heben Mes. & Azaranij tripliciter, videlicet per expressionem, vt oleum oliuarũ, de quo dicit Gal. in secundo pharmacorũ, quod est sicut materia recipiens omnes virtutes: & oleum nucum, & amygdalarũ, myrtinum, lininum, laurinum, muscellinum, & oleum de ouis, & de frumento, & consimilia. Fiunt etiam alio modo per decoctionem ad ignem vel ad solem, vel infra terram calidam, vt oleum rosarum, chamomillæ, de lilio, & similia. Fiunt tertio modo per sublimationem, vt oleum benedictum, & oleum de terebin. de tartaro, de fraxino, & iunipero, & id genus. Causa quare fiunt olea, & virtutes ponuntur in eis, est duplex: vna est, vt oleum profundius perferat virtutem: secunda est, vt oleum dulcoret acuitatem rerum cum quibus fiunt. Est tamen intelligendum quod quando fiunt olea ex oleo oliuarum frigida, debent fieri cum oleo omphacino, quod est oleum oliuarum viridium & immaturatarum: quando calida, debent fieri cum oleo dulci & maturo.

De

De vnguentis.

Vnguentum est res vnctuosa, non fluida, sed permanẽs. Et fiunt secundum doctrinam cõmunem vno modo sine igne, pistando in mortario: & isto modo fit vnguentum album & omnia vnguenta mineralium. Et ad quamlibet vnc. de subtilibus pulueribus ponitur, libr. ʒ. olei, de aquis, succis, aut aceto quantum de mineralibus. Alio modo fiunt cum igne, fundendo in oleo ceram, & pinguedinem: & vltimo quando erit tepefactum, pulueres bene triti misceantur. Et ad quamlibet lib. olei ponitur de cera, quar. j. puluerum, quar. ʒ. in æstate: in hyeme verò est minus necessarium de cera. Et tertio modo fiunt cum axungiis & herbis pistando eas: & postea insimul coquendo: & colatura est vnguentum, & ponitur tantum de herbis, quantũ de axungiis. Causa quare fiunt vnguenta, est vt sua materia maneat in superficie: & non fluant, neque se nimis profundent. Sunt enim media inter olea & emplastra.

De emplastris.

Emplastrum est confectio cerotaria per decoctionem solidata & indurata. Et fiunt tripliciter. Vno modo quando sunt mineralia, decoquuntur primo cum oleo vsq; ad spissitudinem, postea adduntur mucilagines, vt in diachylon: & sine mucilagine, vt emplastrum nigrum. Alio modo fiunt sine mineralibus, vt oxycroceum cum gummis, cera, pice, & terebentina, & aliquibus pulueribus per istũ modũ: contritis gummis, & per noctem in aceto vel vino temperatis, in mane liquefiant ad ignem, & dissoluuntur vsq; ad consumptionem vini vel aceti. & colatis addatur pix: deinde cera, vltimo terebẽ. & in descensu ab igne ponantur pul. semper cum spatula ducendo, & proiiciãtur in aqua frigida, & post extrahatur, & cum manibus inunctis cum aceto, aut oleo malaxando extrahatur ab aqua: & fiant magdaliones. Signum autem decoctionis emplastrorum, est vt gutta ipsorum proiecta in aqua frigida vel in marmore, coaguletur: & digitis non adhæreat malaxando. Fiunt etiam & tertio misto modo cum mineralibus, gummis, & pul. vt in apostolicon est videre. Causa verò quare fiunt emplastra, est vt virtus diutius maneat in membro.

De

De pultibus,& cataplaſmatibus.

Pultes & cataplaſmata ſunt quaſi idem: niſi quia in pultibus non intrant niſi farinæ cum aqua vel ſuccis & oleo, ſeu melle. In cataplaſmatibus ponuntur ſucci,& herbæ. Et fiunt ad maturãdum: & tunc debent eſſe viſcoſæ. aut ad reſoluendum: & tunc debent eſſe abſq; notabili viſcoſitate: eo quia viſcoſitas notabilis claudendo poros, retinet calorẽ, & ſpiritum & materiam, quæ ambo faciunt ad maturationẽ cum prohibitione reſolutionis, vt dicitur in quinto pharmacorum,& dicetur infra: Nihilominus multoties emplaſtra vocantur. Cauſæ ipſorum ſunt leuitas præparandi, & vtilitas ſimplicium, quæ aliter non haberent tantam virtutem.

De embrochis,& epithematibus.

Sunt enim iſta liquores ſimplices atq; compoſiti cum quibus particulariter fomentantur,& balneantur membra, aut in quibus infunduntur ſpongiæ, aut panni,& expreſsi ſuper particulam ponuntur: & ſæpe remutantur. Et cauſæ talium ſunt facilitas calefaciendi, & infrigidandi, & humectandi, & reſoluendi cum profundationis virtute.

De alijs modis.

Plures ſunt alij modi componẽdi auxilia vt diſtillationes aquarũ cauſa decoris,& ſinapizationes, & linimenta,& alia quæ magis fiunt ad apparentiam & votum infirmorũ, quàm ad exiſtentiam: vt dicit Henric. Stabilis medici eſt ſtare in certis & probatis. vagantis animi peregrinare per multa: vt dicit Arnold. Et ſi aliquoties congruum inuenitur, fortunæ magis attribuendum, quàm rationi, in tertio therapeu. Cognitorẽ enim oportet eſſe medicũ propriarum naturarum in quibus operatur,& cum quibus, vt dicitur per totum.

De antidotis localibus apoſtematum. Et primo de medicinis repercuſſiuis,& modo repercutiendi. Cap. V.

QVia inter operationes ſecũdas chirugicales, repercuſſio eſt magis neceſſaria: cum ipſa prohibeat augmẽtum apoſtematis, & ipſius ſaniationem: quæ valde ſunt ſuſpecta

ſpecta ad dolorẽ & febrẽ:& per conſequẽs ad vlcerationẽ & fiſtulationẽ:vt in de iudiciis apoſtematũ ſuperius dicebatur: non obſtãte vulgari opinione ꝙ in ſanatione à periculo cor pus magis ſecuratur. Pro tanto prius dicendum eſt de medicinis repercuſsiuis. Medicina repercuſsiua, vt dicebatur in de apoſtematibus ſupra,dupliciter accipitur,cõmuniter ſeu large,& proprie ſeu ſtricte.Cõmuniter dicitur de omni medicina quæ refrænat, et compeſcit,infrigidat ſeu ingroſſat, oppilat,et confortat. Et licet doctores vt Halyab.Serapio,& Auic.ſæpe vnũ capiãt pro reliquo:nihilominus differunt inter ſe:quia medicina & refrænatiua, & compeſcitiua eſt illa quæ facit ſiſtere materiam cũ infrigidatione:& talis dicitur ingroſſatiua apud Halyab.& Auic. velut eſt ſemperuiua, lactuca,craſſula,vmbilicus veneris,lentigo,aqua oculi arboris tremulæ,aqua frigida,camphora,& acetũ. Oppilatiua medi cina dicitur illa,quę ſui viſcoſitate & groſsitie,claudit poros membrorũ,& impedit trãſitum materierũ, vt eſt farina volatilis molẽdini,amylũ,glutinũ,& genera gũmarũ:& omne illud quod eſt frigidum,viſcoſum,ſine mordicatione. Medicina confortatiua eſt illa quæ tẽperat eſſentiã & complexionem mẽbri,taliter vt prohibeat ipſum à ſuperfluitatũ receptione,vt oleũ roſatũ,& myrtinum,maſtiche,myrrha,coriãdrum,ſandali,berberi,abſinthiũ,marrubiũ,centaurea,poma cypreſsi,fructus tamariſci,atque crocus. Proprie autem dicitur medicina repercuſsiua,repulſiua,ſeu cõſtrictiua, & eſt ſecundum Gal.in quinto & nono ſimpliciũ pharmacorum, capitulo ſecundo,quę impellit verſus profundũ humores,ad quos appropinquantur,& eſt duplex,frigida & calida:cũ ſtypticitate & groſsitie ſubſtantiali: velut ſunt frigidæ vt ſolatrum,plantago, folia vitis,virga & burſa paſtoris,roſæ, balauſtiæ,hypociſtis,memitha,acacia,agreſta,ſumac,berberis, myrtillus,pira coctana.meſpila,glandes,gallæ,bolus armenicus,argila,cimolea,terra ſigillata, & ſanguinarius lapis. Calidæ vero ſunt alumen,ſal,nuces cypreſsi, ſquinanthum, blacta byzantia,& lupinorum farina:& ſtyptica vina,& artificialis cõpreſſura,& ligatura. Compoſitæ vero fiunt ex ſupradictis ſimplicibus multiformiter ſecũdum quod dictum eſt in ſingulis capitulis, de phlegmone & eryſipelate ac de aliis apoſtematibus : vltra quæ gratia plenariæ doctrinæ ponuntur tres formæ quæ competunt in principio omnium

phlegmonum,& calefactionum: quia repercutiẽdo infrigidant,& materiam intercipiunt,& corruptionem,prohibent ambulare,& locum apostematum confortant. Quarum prima est oxycratum Galen.in secundo ad Glauconem quod fit de aqua & aceto in forma potabili mistis. Secunda est linimentum de bolo totius communitatis,& id ponit Gal.in ix. pharmacorum,quod Re.boli ar. partem j.terrę sigillatę partem ʒ.olei ros.partes tres, aceti vel succi herbarum frigidarum partem ʒ.illius:puluerizatis rebus subtiliter oleum & acetum miscendo successiue & paulatim diu in mortario ducendo,fiat linimentum. Tertia forma est cerotum Galen.in primo simplicium pharmacorum: quod Re. olei ros. ceræ quòd sufficit:fiat vnguentum:& nouies cum aqua frigida lauando infrigidetur. Quarta forma est vnguentum de myrtill.& est Gulielmi de Saliceto Re.olei myrti.lib.j.ceræ albæ quar.ʒ.myrtillorum pul.vnc.j.fiat vnguentum. Modus autem repercutiendi est ℘ euacuato corpore si est possibile, ℘ seruatis cõditionibus iam superius dictis applicentur repercussiua simplicia, vel composita secundum quod exigit materia,si est calida, frigida:si frigida,ecõuerso:si mista,mista supra & circumcirca locum:magis tamẽ à parte à qua venit materia,renouando sæpissime,& continuando vsquequo materia sit fluxa,& locus alteratus non ad liuorem & duritiem: sed ad colorem & substantiam naturalem: & tunc erit cessandum, & procedendum ad resolutionem vel ad maturationem,secundum quod dispositio apostematis requirit.

De medicinis attractiuis & modo attrahendi.

Ad hoc enim inuentæ sunt medicinæ attractiuæ, vt attrahant materias de membris nobilibus & profundis ad ignobiliora & manifesta: sicut in apostematibus emũctoriorum & creticorum & venenosorum, & in sciaticis passionibus, & in spinis, & sagittis, & aliis infixis extrahendis maxime quando sunt in periculosis locis ad incidendum, aut patientes sunt timidi ad sustinẽdum. Tunc enim trahere debemus & si non cum alio:saltim cum ventosis,& succionibus, vt iubet Auicen. Et pro tanto post repercussiua quibus sunt contraria.in quinto pharmacorum dicetur de ipsis. Medicina attractiua secundum Halyabb. est quæ à profundo corpo-

ris

ris trahit ad ſuperficiem. Et debet eſſe complexionis calidæ & ſubſtantiæ ſubtilis, vt velocius & vehementius valeat profundari. Et ſecundum Galen. vbi ſupra, eſt duorum modorum: quædam eſt quaſi per ſe nota: quædam ex putredine accidente habet generationem, per ſe nota, ſicut eſt diaptamum, & ſordicies alueorum, thapſia, & ſerapinum, ammoniacum, & ſi quæ alia ſimilia his, vt ſunt euphorbium, allia, cepæ, porri, napi in nono ſimplicium, capitulo ſecundo. Ex putredine vero quæ ex fermento acri fiunt, & quæ ex ſtercoribus exiſtunt: non parua tamen in eis eſt differentia. Nam ſtercus quidem columbarum ſufficienter eſt attractiuum. Alia vero ab hoc æqualiter deſtiterunt, verſus calidius, ſtercus anſeris: verſus frigidius, ſtercus galli: deficit autem ab hoc ſtercus hominum vel porcorum. Eſt autem & aliud quoddam genus attractiuorum quæ à qualitate ſubſtantiali euellunt materias, vt ſunt laxatiua, theriacalia omnia: quorum ſpeculatio magis phyſicis quàm chirurgis eſt nota. Auicen. vero videtur ponere attrahentia ranas combuſtas, ariſtolo. radic. cannæ. Et ideo Ioannes de ſancto Amando ex ſecundo canon. multa alia exempla congregauit, vt calamenthum, pulegium, maxime ceruinum ſecundum Ariſtotelem octauo de animalibus, narciſcus, centinodium pyrethrum, coſtus, piper, lapis, ſpumæ maris. Ex quibus poſſunt componi diuerſa medicamina, vt in de vulneribus, ingenio attrahendi fixa compoſitæ ſunt duæ formæ. Et gratia manifeſtæ doctrinæ ponatur alia quæ eſt mirabilis compoſitionis & mirabilium virtutum, & ponitur ab Auicen. in quinto canonis ad Andromachum relata. Sugit enim & extrahit oſſa corrupta, & ſpinas, & furunculos, & ſciaticæ paſsioni confert. Reci. granorum inuentorum in palma, baurac rub. ℥. ſalis ammoniaci, ariſtolo. creticæ, radic. cucumeris aſinini, gummi albotim, quæ eſt terebinthina, omnium, ana drag. xx. piperis nigri, & albi, ammoniaci, amomi, xylobalſami ℥ omnium, ana drag. x. thuris maſculi, myrrhæ, reſinæ ſiccæ, quæ eſt colophonia, aldabat dicitur ſtellio & lacerta de cuius capite ad hanc intentionem ſcribitur in vndecimo pharmacorum, ana drag. x. lactis arboris mori, drag. x. ceræ, drag. xxx. adipis capræ, drag. xv. fæcis olei de lilio quantum ſufficit, fiat emplaſtrũ. Ad eandem intentionẽ fit empla-

strum apostolicon antidotarij Nicolai. Modus autem vtendis istis attractiuis est, ꝙ iuxta ignẽ inungatur suauiter particula cũ oleo de lilio: deinde fugatur locꝰ ab aliqua vili persona: postea medicamẽ apponatur, & cũ lana succida carpinata leuiter cooperiatur: & cum binda fissa in medio secundum crucem, vt non comprimat locum, suauiter ligetur: & semel in die sufficit vt remutetur.

De resolutione & modo resoluendi.

Quando autem materia non est tota repercussa, aut nõ debet repercuti: aut est in loco tracta, propter causas superius dictas: tunc auxilia debẽt adhiberi resolutiua, vt dicit Henricus, & Lanfrancus, aut caraxatones: aut vtrũque simul: vt in tertio techni testatur Gal. Medicina autẽ resolutiua aut diaphoretica siue rarefactiua aut euaporatiua, quod quasi idem reputo quãtum est de præsenti, est illa cuius proprietas secũdum Auic. est separãdi & subtiliãdi materiã: & facere ipsam euaporare, & aperiendo poros extrahere eius partẽ post partem: donec assiduitate suis operis totũ extrahatur, & euacuetur. Et propter hoc oportet ꝙ sit calida, & subtilis substãtiæ, & non nimis acris, acria vero sunt hæc, & inferentia horrorem, & desinantia malum in quinto pharmacorum. Medicinæ vero resolutiuæ: quædam sunt simplices: quædam vero compositę. Simplices sunt, velut chamomilla quæ inter cęteras obtinet principatũ. Et ideo Aegyptij sapientes in sacrificiis eam dedicauerunt in tertio pharmacorũ: vnde in quinto eorundem. Inter resolutiua conceditur eadem chamomilla. Et cũ hoc althæa, & oleum ex ipsa factum: nõ minus autem quod ex cucumere asinino fit. Sed & antiquũ oleũ, & de kerua, & raphanĩnũ ex eadẽ sunt specie. Illa autem quæ frigida fluxa resoluũt: oportet ꝙ sint abstergentia, & exsiccantia: vt dicit Auic. melilotũ, anethũ, malua, bleta, parietaria, fumus terræ, caules, vrtica, ebuli, & sambucũ, furfures, hordei, fabarum & orobi farina, & panis grossi medulla. Addit Lãfrancus & Henricus, cyminum, hyssopum, calamenthum, ac origanum, spicam, & costum, myrrham, & mastichem, in contusionibus vsus concedit communis. Ex istis autem componi possunt auxilia infinita oleorum, vnguentorum, & emplastrorum: vt in forma oleorum est oleũ chamomillæ, oleum anethi, de lilio, de amygdalis: nec non & oleum costinum,

nardi

nardinum facta simpliciter: aut cum additione aliorũ secundum formam in antidotario Heben Mes. & Azarami nobis dictam: vnguenta enim fiunt ex istis secundũ formã dictam. Specialiter Henricus in materiis calidis. R. olei chamomillæ, vnc. iij. ceræ, drag. iij. axungiæ anatis, & gallinæ, ana dra. j. chamomillæ, anethi, ana drag. ij. bulliantur, & colentur, & fiat vnguentum. In materiis autem frigidis Guliel. hunc cõsueuit. R. se. fœniculi, anisi, anethi, ana drag. ij. farinæ lupinorum, vnc. 5. farinæ fœnugræci, & se. lini, ana vnc. j. coquantur in aqua, & cocta contundantur: & cum modico de aceto & oleo, fiat emplastrum seu cataplasma. Plura alia inueniuntur in de apostematibus communibus, & propriis oculorum, & in squinantia, atq; cõtusionibus, & gutta. Et breuiter omnia mollificatiua, & maturatiua in materiis subtilibus, & paucis efficiuntur resolutiua, vt habet experientia, & Lanfrancus & Henricus hoc etiam testantur. Modus autem resoluendi est talis quòd cum aqua decoctionis materierum resolutiuarum locus fomentetur vsquequo inflari incipiat, & rubere, & tũc tuam applica medicinam: & bis in die remutetur. Cauendum tamen est de indocta resolutione, quòd non extrahatur subtile, & petrificetur grossum, & cogatur medicus ad mollitiua transire.

De mollificatione & modo mollificandi.

Cum igitur materia per indoctam resolutionẽ induratur tunc ad medicamina remollitiua est transeundum. Medicina tamen mollitiua duplex dicitur, communiter videlicet & proprie. Communiter & large dicitur medicina mollitiua quæcunque, cuius proprietas est quãcunque mollire duritiẽ. Durum autem tripliciter dicitur in quinto pharmacorum, congelatum, extensum, & siccum simpliciter aut composite. Proprie vero dicitur medicina mollitiua, quæ habet mollificare durum per congelationem. Cum igitur durum per cõgelationem in qua fuerit aliqua materia replens, velut esset humor indocte tractatus, in frigidum & grossum cõuersus, indigeat ad sanationem calefacere, & desiccare: necessarium est quòd eius medicina sit calida & ficca: non tamen fortiter & velociter: sed sufficit secundi quidem vel tertij quinq; gradus calefacientium, primi autem desiccantium. Et ideo

quãdoque ab aliquibus conceditur humida: modicum enim ſecundum Galen. acceſſerunt neque à ſiccantibus neque humectantibus. Et ſi quid viſcoſitatis & emplaſtrationis habe-rent, meliora eſſent: non tamen quantum ſuppuratiua, quia tanto minus euacuatiua. Si tamen à frigiditate & ſiccitate ſimul indurata ſunt: calefacere quidem & humectare cõgruit, ſecundum menſuram exceſſus. Si autem à repletione ſola, euacuare expedit quod replet, & extẽdit. Si autem ſola ſiccitate, humectare, vt ſuperius dictum eſt, in duritie iunctura-rum, & dicetur in medicinis algebrarum. Exempla autem mollientium propriarum, in quinto pharmacorum & 14. therapeu. ſunt adeps caprinus, proprie hircinus, & gallinæ: ſed hi quidem ſunt debiliores. Fortiores eis ſunt, adeps anſerinus, & taurinus, & medulla ceruina, & poſt vitulina, & porcina recens & ſine ſale. Ex eodem genere cum prædictis ſed fortius ſunt ammoniacum, ſtyrax, galbanum, atque bdellium, Meliora autem ſunt quæ ſunt noua. Ex hoc genere etiam eſt oleum nouũ & non minus antiquum, & confectum cum lilio, & nimirum radic. althææ & cucu. aſinini: & multæ aliæ plantæ decoctę in oleo, aut in aqua remollitiuorum ſunt, & ſylueſtris maluæ frondes crudæ, & etiam coctæ. Hæc autem & alia multa ſimplicia inueniuntur. Compoſita enim ſunt multarũ formarum. Prima eſt emplaſtrum Galen. in libro catageni, quod Reci. terebinthinæ, ceræ, ana quar. iij. galbani, baurac, ana vnc. j. thu. quar. ſ. medullæ oſſium cerui, vnc. ij. ſorditiei alueorum, vnc. j. & ſ. olei laurini, ſepi vitulini, ana drag. ij. miſceantur, & fiat emplaſtrum. Secunda eſt Auicen. quod Re. ſtercorum caprarum, vnc. ij. radic. cucu. aſinini, ficuum immaturarum, ana vnc. j. ſtaphidis agrię, bdellij, farinę fabarum, amygdalarum amararum, ana vnc. ſ. fæcis olei antiqui, quod ſufficit fiat emplaſtrum. Tertia eſt diachylon commune & ſecundum Raſim cum radicibus ireos multum in ſcrufulis appropriatum, quod Re. lythargyri. lib. ſ. olei communis, quar. iij. mucilagi. althææ, & fœnugræci. ana quar. ij. & ſ. fiat emplaſtrum cum cuſtodia lithargyri: & vnaquaque lib. malaxetur cum oleo de lilio, vnc. j. radicis ireos puluerizatæ, vnc. ij. Quarta eſt diachylon magnum ab Heben Meſ. expertum, ad mollificandum & reſoluendum omnem duritiem. Re. lithargiri triti & cribellati, vnc. vj. olei hircini, olei chamomillæ, olei anethi,

thi,ana vnc.iiij.mucilaginis altheæ,& fœnugræci, & seminis lini,& ficuũ,& succi ireos,succi,squillæ,hyssopi,hu.glutinis alcamb,& viscus est cum quo capiuntur aues,ana vnc. vj.& 5.terebin.vnc.j.& 5.rasinæ pini,ceræ citrinæ,ana vnc.j. conficiantur sicut decet. Et qui vult addere bdellium,serapi num,ammoniacum, ana vnc. j. erit diachylon gummatum. Quinta & multæ aliæ formæ auxiliorum talium sunt dictę in apostematibus frigidis & in glandulis, & dolore iunctuarũ,quare si est necesse ibi capiantur.Modus autem remolliendi est,quod stuphata particula & bene balneata cum decoctione prædictorum remollitiuorum in aqua, aut in oleo cum flosculo lanæ succidæ, quia hyssopus humida summe valet in hoc,vt dicit Gal.fomentetur particula.& deinde ap plicetur medicamen, & cum consimili lana carpinata coope riatur,& ligetur.& de die in diem, aut quando est necesse, remutetur. Cauendo tamen,vt dictum est, à superflua resolutione,quod non extrahatur subtile, & grossum petrificetur,& à superflua humectatione,vt non corrumpatur,& putrefiat particula. Et propter hoc quando videbitur expedire, addas vel minuas resolutiua, & humectatiua vt iubet Auicenna.

De maturatiuis & modo maturandi.

Porro si apostema videtur procedere ad exituram & sanationem,quod potest dignosci per signa in de apostematibus dicta,tunc transeundum est ad suppuratiuam medicinam. Medicina autem suppuratiua aut maturatiua,non tamẽ ape ritiua,vt dicit arabica translatio,est illa quæ facit caliditatẽ similem caliditati mẽbri,in quo est apostema, præter quod consumit aliquid de humiditate ipsius. Et licet conseruet & non alteret membrum,alterat tamen materiam suppurandam, cum nihil aliud sit suppuratio in quinto pharmacorum,quàm trãsmutatio,non illa quæ fit à calore naturali in cibo laudabili,nec quæ fit à calore extraneo in materia putrefactibili,sed illa quæ fit à calore misto in materia media quæ est sanies. Quid autem sit sanies, & quomodo generatur,& inducatur,in de apostematibus & vlceribus in capitulis primis est dictum.Cum igitur natura sit calida & humida,& continue quid ab ipsa resoluatur, constat ex his quod oportet medicinam suppuratiuam esse ca.& hu.cũ quadam

emplaſtratione & viſcatione. Sed calor naturalis eſt qui maturat & digerit, non tamen tantum quantum mollitiua, ſed minus à primo videlicet vſque ad ſecundum gradum, & in hoc ſtat differentia ipſarum. Nam ſuppuratiua ſaluant humiditatem, mollitiua vero eam minuunt, vt dicit Gal. vbi ſupra. Quorum exempla in quinto ſimplicium pharmacorũ, & ſecundo ad Glauco. dat Gal. ex embrocis fomentis aquã tepidam, & oleum temperatum ex cataplaſmatibus farinã frumenti cum aqua & oleo commenſurate coquentes, & panem ipſum, coqui autem & tunc oportet commenſurate. Nam multum coctus, eſt exiccatiuus, & difficile maturabilibus cõuenit phlegmonibus, qui vero minus, in valde calidis & ebullientibus, & ſi cum eo ponitur oleum, maturatiuior efficitur, & ſi purus magis ſuppurat, furfureus & hordaceus deſiccatiui ſunt, & magis reſoluunt, panis etiam purus medius eſt inter farinam frumenti & hordei. Ad hoc igitur aſpiciens & iſchadon, id eſt ficuum ſiccarum decoctionibus ipſarum miſcebis panem vel farinam, ita igitur & adeps porcinus, & vitulinus, & pix, & reſina cum aliquo oleo & cera quæ in baſilicone ingrediũtur incorporata. Si autem materia eſſet groſſa, & frigida, cepæ coctæ, atque allia, cortex maluauiſci, & radix lilij cum fermento ſeu paſta, atque farina fœnugræci cum axungiis eliguntur. Et diachylon etiam eſt ad illud. Vſus tamen communis vltra dicta vtitur radice bryoniæ, & lapathij, malua ſenitione, branca vrſina, violaria, caulium fol. vuis paſsis mundatis, ſemine lini, melle, butyro, & axungia recentibus. Ex quibus ſecundum diuerſitatem materierum componuntur ſub formis diuerſis matura tiua multa, vt in calidis materiis fieri poſſunt multæ formę. Prima eſt de maluauiſco præparato cum axungia porci ſeu butyro: præparantur autem radices maluauiſci ſecundum Guli. Lanfr. ita, accipiuntur radices lauatæ, & abiecto trunco cordoſo intrinſeco, optime coquãtur cum aqua dulci, & piſtentur, fiant magdaliones, & ſeruentur. Secunda forma eſt mea. Recipe farinæ frumẽti lib. j. aqua zafranatæ decoctionis ficuum lib. ij. coquãtur vſque ad ſpiſsitudinem, & impinguentur cum axungia, butyro, aut oleo, & fiat emplaſtrum. Tertia & plures formæ in capitulo de phlegmone & eryſipelate inueniuntur, & infra de ſedatione doloris emplaſtrũ Iamerij Rogerij in maturando laudatur. In materiis autem

frig

frigidis,possunt etiam fieri multæ formæ. Prima etiam est de meis. R. ceparum coctarum, alliorum coctorum sub prunis, ana lib. j. vitellos ouorum coctorum numero quinq; radic. lapathij coctæ, lib. ß. farinæ fœnugræci quar. j. fermenti quar. ß. axungię porci, lib. j. incorporentur, & fiat emplastrũ. Aliæ multæ formæ inueniuntur in apostematibus frigidis, & glandulosis, & ideo ibi quærantur. Modus operandi, est quod fomentetur particula cum aqua decoctionis prædictorum, & lana succida: deinde applicetur emplastrum tepidũ, & cooperiatur cum stuppis, aut lana, aut foliis caulium, & suauiter ligetur super locum apostematis, incidendo bindã per transuersum, cruciando vt acumen apostematis non cõprimatur, & non nisi semel in die remutatur.

De mundificatiuis, & modo mundificandi.

Maturato apostemate, & aperto cum lanceta, aut cum cauterio actuali seu potentiali, aut in quocunque loco vulnerato, aut contuso, aut alterato, in quo sanies aut sordes existat vtendum est mundificatiuis, abstersiuis, & lauatiuis. Est ergo medicina mundificatiua tanquam genus ad absterſiuam & purgatiuam, & non ad corrosiuam, vt dicebat Lanfran. & Henric. quia ipsa non mundificat saniem, sed crustas, & carnem corrodit, & euellit. Medicina autem mundificatiua absterſiua est quę separat sordes, & sanies de loco, in quo sunt, & eas ad superficiem extrinsecam educit. Et licet vtranque conueniat esse calidam, nihilominus absterſiuam lauatiuam vtplurimum oportet esse dulcem, vt est mel, & farina fabarum, hordei, atque terebin. & gũmarum genera multa. expurgatiuam vero amaram velut est orobus, atque lupinus, plurima tamen inueniuntur faciẽtia vtrunque, vt sunt amygdalæ, & orobi, atque semen vrticæ. Est autem ex hoc genere squilla, & iris & spuma nitri, stœchas, abrotanum, & alia multa, ex quibus possunt componi multæ formæ diuisæ secundũ naturas in debilibus, mediocribus, & fortibus. Quarum prima est communitatis, quæ competit apostematibus nouiter apertis, quia suauiter mũdificat, & mordicationem sedat. Et est de farina frumenti, aut hordei, siue speltæ cũ vitellis ouorum incorporata, & si adderetur modicum mellis,

melius esset. Secunda forma etiã est cõmunitatis. Re. farinæ frumenti, hordei, atque speltæ, quar. j. coquatur cum duabus partibus aquæ, & vna mellis ros. & fiat emplastrum, & si adderetur modicum de terebinthina lauata dum deponitur ab igne, pro locis neruosis vtilior esset. Tertia est Galen. in secundo ad Glauconem, & est incarnatiua. Recipe mellis cocti lib. j. thur. vnc. ʒ. myrrhæ, drag. ij. fiat emplastrum. Quarta est de apio, & est Guli. Lanfranci, & Parisien. omnium, & est de meis, quia mundificat, & maturat vlcera maligna. quod Recipe succi apij lib. j. mellis quar. iij. farinæ frumenti, vel aliorum quar. j. coquantur ad ignem vsque ad spissitudinem, & fiat emplastrum. Et si adderetur de succo absinthij, non permitteret vlcus infistulari, neque incanchrænari. Et si vlcus supercalefieret, additio succi plantaginis, aut crassulæ, esset vtilis. Et si adderetur farina lupinorum, aut orobi, seu fœnugræci, vt conceditur à Bruno, & Theodori. fortior esset. Et si terebinthina, appropriaret eam ad neruos, mira etiam ad fœtorem & corruptionem mundificandam. Quinta est de resina & est fortis, & valde appropriata membris neruosis: & est Bononien. Recipe resinæ, mellis, terebin. ana lib. ʒ. myrrhæ, sarcocollæ, farinæ fœnugræci, se. lini, ana. vnc. j. dissoluatur resina cum melle & terebin. & additis pulueribus, fiat emplastrum. Sexta est de ireos, & est Montispesulan. & extrahit saniem, & expellit eam. Recipe mellis lib. ʒ. terebin. quar. vnam, frumenti, vnc. j. radicis ireos, vnc. ʒ. misceantur. Septima est magistri Dyni, & est mundificatiuum de gummis pro sanie grossa. Recipe galbani, ammoniaci, resinæ, terebinthinæ, picis, sepi vaccini, ceræ, olei antiqui, ana vnc. j. dissoluendo gummas cum aceto liquefiant ad ignem, & fiat emplastrum. Octaua est vnguentum apostolorum, quod est proprium ad mundificandum vlcera. quod Reci. cerę albę, resinæ ammoniaci, ana drag. xiiij. oppopanacis, viridis æris, ana drag. iij. aristolo. rotundę, thuris. ana drag. vj. myrrhæ, galbani, ana dra. iiij. bdellium. vj. lithargyri, dragm. ix. olei communis lib. ij. dissoluantur gummæ in aceto, & misceantur cum lithargyro cum oleo decocto, & addatur cera, & resina liquefacta, & coquantur quousque incipiat gutta coagulari. Et in deponẽdo ab igne, misceãtur pulueres, & in fine viride æris ponatur, & fiat vnguentum. Et si decoquatur vsquequo ingrossatur, vocatur

ab Heb

ab Heben Mes. vnguentum Cerasēos: & à magistro Anselmo de Ianua, & à magistro Petro de Argenteria in Montepessulano, Gratia dei: quia mire rectificat vlcera maligna. Nona forma est vnguentum Aegyptiaticum, & ponitur à Gal. & Rasi. & Albuc. & eo vtebatur magister meus Bononien. & est de meis, quia de eo semper inueni bonam probā in leniter corrodendo, & optime mundificando. Recipe mellis lib j. aceti, lib. ʒ. floris ęris, vnc. j. aluminis, vnc. ʒ. coquantur ad ignem donec spissentur & ru. efficiatur. & ex hoc bicoloratum vocatur propter quod coctum est minus suspectum, quàm crudum, quod remaneat totum viride. Vnguenta enim viridia sunt apud vulgum diffamata: Et cum hoc est mirabile: quia post operationem perdit rubedinem, & reducitur ad viriditatem, quam rem credunt vulgares ex malitia ægritudinis fuisse factam. Decima forma est emplastrum rubeum græcum, & est etiam binorum colorum in secundo ad Glauconem. Et laudatur à magistro Dyno, ad rectificandum vlcera maligna, & difficilis consolidationis. Reci. olei lib. ij. aceti, lib. j. & ʒ. lithargyri, lib. j. ziniar quod est viride æris, vnc. j. coquatur lithargyrus cum aceto & oleo donec ingrossetur, & tunc ponatur viride æris & coquatur donec inspissetur & rubeum efficiatur: & fiat emplastrum. Vndecima forma est vnguentum viride herbarum, & id commendat magister Dynus: quia plagas veteres mundificat, & carnem superfluam suauiter consumit, & consolidat, & sanat. Recipe chelidoniæ, plantag. scabiosæ, vrticę, leuistici, centrum galli, gallinæ grassæ, ana. M. j. conquassentur & cum lib. ij. olei per septem dies temperentur, deinde bulliantur, & exprimendo colentur: cui colaturæ addatur ceræ, vnc. iij. terebinthi. vnc. vj. resinæ, vnc. ij. bulliantur donec parum spissentur: deinde tollatur ab igne: & misceantur thur. sarcocollæ, & aloes, ana vnc. j. aristolochiæ longæ, florum æris, ana vnc. vj misceantur & fiat vnguentum, est enim bonum & probatum. Plura alia ponuntur in de auxiliis incarnatiuis, quæ incarnando mundificant.

De med

De medicinis dolorum ſedatiuis, & ipſarum operationibus.

Cæterum cum dolor ſit accidens, quod magis impedit omnem rectam operationem, tam in apoſtematibus quàm in vulneribus quàm aliud: vt dictum fuit per totum: Pro tanto in medio vulnerum, & apoſtematum tractabitur de eius ſedatione. Dolor ſecundum Auicen. eſt ſenſibilitas rei contrariæ. Et licet res contraria inferens dolorem ſecundum Gal. tranſmutationes naturæ ſint à caliditate, & frigiditate, violenta illatione, & ab aliis quæ frangere & incidere vel protendere vel corrodere apta nata ſunt: Nihilominus à qualitatibus contrariis fit per ſe: à ſolutione continuitatis. per accidens: prout tenet ſchola communis Montiſpeſſulani. Et ita Gal. non habet reprehenſionem ab Auerroi. in tertio Colliget: qui bene legit in quarto de ægritudine & ſymptomate: & in de diſtemperantia inæquali: profundum tamen eſt hoc mare in quo me non licet nauigare. Si igitur dolor eſt ſenſibilitas rei contrariæ: ita ſecundum Gal. vbi ſupra, ſedatio doloris & delicia per oppoſitum, eſt rei conuenientis aut non ſentire rem diſconuenientem, & contrariã naturæ. Et propter hoc apparet euidenter, quod dupliciter ſedatur dolor. Vno modo remouendo rem contrariam euacuando vel alterando. Alio modo ſenſum particulæ tollendo. Sedans tamen certum eſt primum, vt dicit Galen. in quinto pharmacorum & Auic. Ergo neceſſe eſt ſecundum ipſummet Galenum & Auerroim in quinto, quod medicinæ quæ ſedant certa ſedatione, ſint temperatæ ſimiles calori naturali: aut parum plus exœdentes. Et cum hoc ſint ſubtilis ſubſtantiæ: ita quod poſsint multiplicare calorem naturalem: & præparare humorem ad digeſtionem. vt ſit facile permutabilis à natura. Et res magis conuenientes ad hoc, ſunt pinguedines, & olea, & pinguedo gallinæ, anatis, & anſeris, quæ melior eſt ſecundum Galenum. de oleis verò oleum de vitellis ouorum, vt dicit Azaramus in antidota. magno: & oleum oliuarum dulce, calidum parum, in ſecundo pharmacorum. Et generaliter omnes res dulcoratiuæ, & anethum, & ſemen lini euacuando ſedant dolorem, cum apponuntur ſuper locum: vt ponit Auicen. Gal. tamen vult in quinto pharmacorũ, quod ſuppuratiua dicta in ma-

turat

turatiuis, quia habent calorem similem corpori humano, sint sedatiua doloris: & per consequens resolutiua domestica, vt experientia probat. Ex quibus simplicibus possunt componi multæ formæ. Quarum prima est communitatis. Recipe medullæ panis albi duri in aqua feruenti infusæ, & ab aqua expressæ, lib.j, vitellorum ouorum.iij.numero, olei ros.quar.ʒ.misceantur, & fiat emplastrũ. Secunda est Theodorici, & Lanfranci, & Henrici. Recipe foliorũ maluarum M.iij. coquantur cum aqua fortiter: deinde incidantur, & pistentur, & cum aliquantulum de aqua decoctionis misceatur pars j. de cribratura furfuris, & fiat emplastrum. Tertia forma est Iamerij multũ vulgaris: sedat enim dolorem cum maturatione, & resolutione. Recipe folia maluarum, maluauisci, brancæ vrsinæ, viol. volubilis, parietariæ, hyoscyami, vmbilici veneris, ana. M.j. mundentur herbæ à neruis, & coquantur cum aqua, & terantur, & cum sufficientia axungiæ porci, aut anatis, sine sale, pistentur: deinde accipiatur colatura, & inspissetur cum farina frumenti aut hordei: & cum modico de farina seminis lini, & parum quid de farina fœnugræci nisi fuerit locus inflammatus, & cum aliis terẽdo misceantur, & fiant pultes seu emplastrum. & si poneretur absinthium, esset magis confortatiuum. Rogerius quasi eandem concedit: tamen in decoctione ponit parum quid de vino & melle. Et aliquoties extrahit succum herbarum, cum quo incorporat farinas. Multæ aliæ sunt formæ lenientes & sedantes dolorem spatularum, ventris, renum, & matricis, & locorum neruosorum: vt est vnguentum resumptiuum, quod Recipe butyri sine sale lib.j. olei viol. libr.ʒ. axungiæ gallinæ, anatinæ, anserinę, asininæ, medullæ bouinæ recentium, ana vnc.j. ceræ, quod sufficit: fiat vnguentũ.

Alia forma est cõmunis, vnguentum martiaton, vnguentum Agrippæ, oleum laurinum, oleum mustelinũ, & de behen, & nardinum, & similia quæ confortãt neruos, & indolorant eos. Et qui voluerit plura de dolore apostematum & vulnerum ac punctura rum, vel in dolore iunctura rum, de ipsis inueniet copiam. Modus sedandi dolorem est, quod facta euacuatione proprie per phlebotomiã, si dolor sit fortis: & de materia sanguinea. (Phlebotomia enim dolorem sedat vera sedatione, cum causam subito remoueat. Et ita inter doctores non est contrarietas: vt imponebat Henricus,)

cus,) fomentetur,& balneetur particula cum aqua tepida & oleo per horam. deinde exiccetur ſuauiter, & medicamen applicetur: & leniter cum ſtuppa, aut lana carpinata ligetur,& ſæpe remutetur. Iſte eſt modus vere & eſſentialiter ſedandi dolorem. Quando autem ſecundum certum & verum modum non poterit dolor ſedari, & neceſsitas vrget: propter ſymptoma quod virtutem poteſt mortificare, melius eſt inducere quid nocumenti ad corrigendum,priuſquàm permittere dolore hominem mori, vt in 12. therap. deducitur euidenter. Tunc enim oportet tranſire ad ſedantia, ſtupefactiua, quæ non vere ſed apparenter ſedant dolorem. Ac ſi dicat aliquis hominem mortuum non ſentire dolorem: vt dicitur in quinto pharmacorum. Et talia ſunt contrariiſsima his, quæ vere & exiſtenter ſedant: frigida enim ſunt, & naturæ contraria: velut eſt opium, mandragoræ radix, ſolatrum, hyoſcyamus & papauer: verum ſiccata ſunt ſaluiora, quàm viridia. Et conſolata cum croco atque caſtoreo, vt in philonio, & opiatis, & ſuppoſitoriis, nec non & in collyriis,ſunt tutiora. Et quantitas & tempus debent eſſe oportuna: vt in eodem 12.therapeu. dicebatur. Et ex hoc fuerunt ſuſpecti trochiſci, quos dominus Epiſcopus Rigenſ.conſulit domino Marſilien. Epiſcopo patiente ſtranguriam doloroſam, medicis, quia mortuus fuit ſoporatus & obdormitatus: habebat enim talem proprietatem quod vnus ſumptus ſtatim ſedabat dolorem: quorum forma in toto continente erat talis. Recipe hyoſcyami albi, drag.j.opij,drag.ſ.ſeminis citruli,lactucæ,ana drag.iiij.ſeminis portulacæ, drag.ij. fiant trochiſci cum aqua liquiritiæ. Iſtud idem medicamen reperitur in tertio canon. de vlceribus renum ſub hac forma. Recipe ſeminis hyoſcyami albi ſextam partem vnius drag. opij karatem j..qui ſunt 24. grana hordei in ſynonymis Mundini, ſeminis citruli, ſeminis lactucæ,ſeminis portulacæ, ana vnc.j.

De antidotis localibus vulnerum. Et primo de medicinis conſtringentibus ſanguinem. Cap. VI.

SAnguis eſt neceſſarium, quando fluit in exceſſu, vt reſtringatur: alias periret homo. Cum ſanguis & ſpiritus ſint theſauri & fundamentũ naturæ: vt tenent omnes phyſicant

ſicantes: ſanguis autem multipliciter retinetur, vt ſupra de vulneribus venarum fuit dictum. Inter quos modos qui per medicinas ſic pertractabatur, nunc & dicetur. Medicina reſtrictiua ſanguinis eſt illa, quæ habet conſtringere, & ſanguinem fluentẽ retinere. Et hoc facit: aut quia frigida, acuitatem ſan. reprimẽdo: aut quia vnit & aggregat orificia venarum: aut quia glutinat, & oppilat poroſitates membrorũ: aut quia deſiccat, & vrit, & eſcharam inducit in membro. Exempla primorum in quinto pharmacorũ ſunt aqua frigida, ſemperuiua, portulaca, tribulus viridis, pſylliũ, auricula muris, lenticula aquæ, acedula, & vmbilicus ve. Addit Auic. exempla ſecundarũ: ſcilicet plantagines, cauda equina, galla, pſydia, grana paſſularum, reubarbarum, bolus ar. terra ſigillata, gypſum, & omnia ſtyptica, & pontica terreſtria, & groſſa mordicatione carentia. Exempla tertiarũ ſunt, ſanguis draconis, thus, aloë, maſtiche, reſina, glutina, amylum, puluis molendini. Exempla quartarũ ſunt calx, arſenicum, cuperoſa, vitriolum, & id genus. Ex quibus poſſunt componi multæ formæ. Prima eſt puluis Gal. cum albuminibus ouorum & pilis leporis ad mellis ſpiſsitudinem incorporatis. quod Re. aloës, thuris, ana partem j. fiat puluis. Secunda eſt de domo, & dicitur puluis rubeus quod Re. boli armenici partem j. gallarum frixarũ partem aliam ſang. draconis, thuris, aloës, maſtiches, ana partẽ tertiam illius. pilorũ leporis minutim inciſorũ iiij. partem illius. fiat puluis. Tertia eſt Albuca. & eam Brunus, & Lanfranc. tenent. Re. thur. partem j. ſanguinis draconis partem ſ. calcis viuæ partem iij. vnius. fiat puluis, & eſt conſeruatiuus futurarũ. Quarta eſt Gal. in catag. Re. balauſtiarũ, vnc. iij. aluminis, vnc. j. cuperoſæ vſtæ. vnc. ſ. fiat puluis. & eſt experta. Quinta forma eſt Rogerij & Iamerij, eius ſectatoris. Rec. colophoniæ, quar. j. boli armenici quar. ſ maſtiches, olibani, ſanguinis draconis ana vnc. ſ. radic. cõſolidæ maioris. ro. ana drag. j. fiat puluis.

De medicinis incarnatiuis, & modo incarnandi.

Tres ſunt actus cõmunes in cura vulnerum, & vlcerum neceſſarij. Primus eſt incarnare, aggregare & cõſolidare, quod idem reputo pro præſenti, labia diſiuncta. Et iſte conuenit vulneribus inquantum ſunt vulnera. Secũdus eſt regenerare carnem, vbi deficit, qui conuenit vulneribus & vlceribus

conca

concauis. Tertius est cicatrizare,& ipsam sigillare:qui vulneribus,& vlceribus in quibus sola cutis est necessaria,congruit. Et omnes isti actus natura operante cum desiccantibus medicinis perficiuntur: secundum tamen magis & minus: vt supra in tertio tractatu de vulneribus fuit deductũ. Nam incarnatiuæ siccitate indigent in secundo gradu: regeneratiuæ in primo.cicatrizatiuæ vsq; ad tertium.In qualitatibus autem actiuis non debet esse excessus, nisi dyscrasia requireret ipsum. Et cum hoc nulla indigent mordicatione. & vltra dispositionem vulnerum, recipiunt diuersitatem in gradibus à conclusione totius,& partis, & ab ætate, tempore contrariorum indicatione. Et causæ istorum omnium ibidem fuerunt assignatæ. Est ergo medicina incarnatiua, aggregatiua seu consolidatiua secundum Auicen. quæ exsiccat, & inspissat humiditatem stantem inter duas superficies vulneris propinquas: ita vt conuertatur ad congelationem,& inuiscationem, & adhæreat vna cum altera. Et ideo indiget quadam stypticitate sicut sunt sang. drag. & aloë, sarcocolla, bolus ar. terra sigillata, nec non cortex palmæ, malorum granatorum, arnoglossa, & folia pini, & cypressi, pentaphylon, acetosa, & folia pirorum syluestrium, flores sorbarum, & caudæ equinæ rami. pul. molendini,hordeum vstum,terebin.ac etiam lac acetosum, atque vinum rubeum stypticum: ex quibus possunt fieri multæ formæ compositorum. Quarum prima est totius communitatis,& fit de terebin. lauata, & rubeo puluere dicto in sanguinis constrictione. Secunda forma est Galen. in catageni,& vocatur emplastrum nigrum: & est de meis. Recipe lithargyri partem j.olei, aceti, ana partes tres. coquantur per diem integram ipsum continue ducendo vsque ad spissitudinem & nigredinem, et fiat emplastrum.

Tertia forma est diapalma à libro catageni sumpta,quod Recipe axungiæ porci seu vituli lib.ij.olei antiqui libro iij. lithargyri, libr. iij. cuperosæ quar.ʒ.coquantur ad modum emplastri nigri, et ducatur continue cum spatula de palma viridi aut de canna, & fiat emplastrum. Quarta forma est emplastrum viride magistri Petri de Bonanto,quod Recipe plantaginis, consolidæ maioris & minoris, betonicæ, berbenæ,pimpinellæ,pilosellæ,millefolij:linguæ canis.caudæ equinæ,ana.M.j.conquassentur & cũ lib.iij.sepi muntonis.

coquan

coquantur, & colentur: postea addatur resinæ, ceræ, galbani, ana quar. iij. sarcocollæ, quar. j. terebin. quar. j. & ʒ fundantur, & fiat emplastrum. Quinta forma est emplastrum de centaurea, & eo vtebatur magister Petrus de Argelata. Re. centaureæ mi. M. vj. temperentur per noctem in vino albo: deinde coquantur ad consumptionem medietatis vini: & colentur: & illa colatura iterum bulliatur vsquequo sit reddita ad spissitudinem mellis: & seruetur. Et quando volueris facere emplastrum, Re. terebin. lib. j. ceræ nouæ quar. j. resinę, thuris, gummi arabici, masti. ana vnc. j. vini dicti de centaurea, vnc. iij. lactis mulieris, vnc. ij. fiat emplastrum. Sexta forma est magistri Dyni. Re. betonicæ, centaureę, ana. M. iij. conquassentur: & cum vino albo bulliantur, & colentur: & colaturæ addatur terebint. lib. ʒ. resinæ, quar. j. sarcocollæ, vnc. j. ceræ. ij. & iterum bulliantur: & super acetum proiiciantur, & congregentur, & cum lacte malaxentur, & fiat emplastrum. Septima est vnguentum Regis Angliç. R. ceræ albæ, resinæ, ana quar. j. olei. vnc. iij. terebint. lotę. vnc. j. thuris, mastiches, ana vnc. ʒ. fiat vnguentum. Octaua est emplastrum quod comes Guliel. habuit à Papa Bonifacio: & quòd Papa habuit id à magistro Anselmo de Ianua: qui etiã id dederat Regi Franciæ. Re. pimpinellæ, betonicæ, melangianæ, berbenæ, vermicularis, ana. M. j. bulliantur in bono vino albo vsque ad consumptionem duarum partium: deinde colentur: & vinum iterum bulliatur: & addatur cum eo resinæ, lib. j. ceræ albæ, lib. ʒ. mastiches, vnc. ij. coquantur: & proiiciatur super lac mulierum: & malaxetur, & fiat vnguentum. Nona forma est vnguentum gloriæ, & id faciebat magister Ioannes nepos magistri Anselmi de Ianua, Re. olei bedagaris. lib. j. ceræ, quar. j. se. albarum ros. vnc. ʒ. fiat vnguentum. Decima forma est vnguẽtum viride herbarum totius communitatis, Rogerij Iamerij, atque Nicolai, & totius sectę tholosanæ. R. chelidoniæ, panis cuculi, quæ dicitur alleluia, cẽtrum galli, leuistici, scabiosæ, ana. M. j. sepi arietini lib. j. olei, lib. ʒ. ceræ, mastiches, thuris, aloes, viridis æris, ana vnc. j. fiat vnguentum. Vndecima est emplastrum de vermibus incarnans, & consolidans membra neruosa, & est Lanfranci. Reci. vtriusque consolidæ, cynaglossæ, pilosellæ, vtriusque, plantaginis, ana. M. j. vermium terrestriũ, lib. ʒ. terantur omnia, & ponãtur in lib. j. & ʒ. olei communis per

septem dies: deinde bulliantur modicum, & colentur, & exprimantur: & tunc addatur sepi arietini mundati, lib. j. picis naualis, lib. ʒ. picis græce, quar. j. ammoniaci, galbani, opopanacis, terebint. ana vnc. j. thur. mastiches, ana vnc. ʒ. dissolutis gummis cum aceto, fiat emplastrum. Modus autem operandi est, ꝙ post restrictionẽ sanguinis, & securationem apostematis fomẽterur locus, vel vulnus cum vino rubeo calefacto: deinde desiccetur. Et post medicamen apponatur, & supra stupata balneata in vino rubeo & expressa: & cum ligatura incarnatiua artificialiter ligetur.

De medicinis regenerãtibus carnẽ, & modo operãdi.

Medicina regeneratiua carnis secundũ Auic. est illa cuius proprietas est, vt permutet sanguinem vulneri in carnẽ, propter quod adæquatur complexioni eius, & coagulat ipsum cum exsiccatione & quadam abstersione non mordicatiua, vt dicitur in quinto pharmacorum. Et sunt trium modorũ debiles, fortes, & fortiores. Debiles sunt olibanum, mastiche, & aloë, colophonia, farina hordei, & fœnugræci, quę debent corporibus, & membris humidis applicari. Fortes sunt aristolo. ireos, farina lupinorum, & orobi, climia quoque, & cuperosa adusta: in parua tamen quantitate posita, quæ debent in corporibus & membris siccis applicari: vt supra in vulneribus concauis fuit dictum. Fortiores sunt, quæ in vlceribus profundis sunt apta, velut centaurea, & polium, glutinum, limaciæ vstæ, plumbum, & antimonium adustum, & id genus, pix etiam, & resina carnem regenerant, & myrrha generat carnem super ossa denudata. Ex quibus simplicibus possunt fieri multæ formæ compositorum. Quarum prima est vnguentum Basilicon dictum à Galen. tetrapharmacum. Reci. picis nigræ, resinæ ceræ, sepi vaccini, olei, ana quãrum vis fundantur: & fiat vnguentum. Et si poneretur de olibano, dicitur maius ad Heben Mesue, & à Gal. Macedonicum. Secũda forma est vnguentum fuscum secundum Nicolaum, quod in apothecis inuenitur factũ. Tertia forma est vnguentum aureum Heben Mesue, in quo vt sit aliquantulũ mundificatiuum, modicum addo de melle. Reci. cerę, vnc. v. resinæ quar. j. terebinth. lib. j. mellis quar. ʒ. mastiches, thuris, sarcocollæ, myrrhæ, aloes, croci, ana drag. ij. fiat vnguentum. Quarta forma est vnguentum viride Gale. con-

cessum

ceſſum per Auicen. Re. olei, ceræ ana vnc. vj. liquefiant, & in deſcenſu ab igne, addatur viridis æris, vn. j. ducendo, & permiſcendo fiat vnguentum. Quinta forma eſt vnguentum de lino, quod Auic. appropriat ad conſolidandum. Ego tamen id plus inueni regeneratiuum. Et ſecũdum Heben Meſue Reci. raſuræ panni linei bene mundati partem ſ. opopanacis partes ij. vini, mellis, olei roſ. ana partes v. lithargyri, aloës, ſarcocollæ, ana tertiam partem illius: fiat vnguentum. Sexta forma eſt emplaſtrum croceum magiſtri Petri de Bonanto. Reci. ſeminis fœnugræci quar. j. infundatur per nouem dies in vino albo, donec marceſcat: poſtea tere fortiter, & cola, & adde ſepi hircini quar. iij. & inſimul conterantur & coquantur: & poſt mucilago, & pinguedo congregetur quibus addantur ceræ quar. j. reſinę, vnc. ij. fundantur omnia & coquantur: & fiat emplaſtrum. Septima forma eſt vnguentum pretioſum acceptum à cartulario meo commune in omnibus vulneribus ſanandis. Reci. artemiſiæ, ſcabioſę, abſinthij, gallitrychi, tamariſci, apij, berbenę, lanceolæ, ſenationis, pimpinellę, linguæ canis, chelidoniæ, piloſellæ, millefolij, ana. M. j. conterantur omnia mundata à radicibus, & extrahatur ſuccus: & cum lib. ij. axungię porci veteris & lib. j. ſepi hircini, & lib. iij. olei, & quar. j. mellis coquendo & incorporando in mortario, fiat vnguentum. Et magiſter Petrus de Bonanto vtebatur eo: verum addebat in fine decoctionis de thure, maſtiche, aloë, viride æris, quod ſibi videbatur & laudabat id. Octaua forma eſt emplaſtrum gratia dei, acceptum à cartulario magiſtri Petri: & eſt commune ad omnia vulnera tam in capite quàm in quacunque parte corporis: attrahit enim ſanguinem & humores viſcoſos à profundo, & carnem generat, & conſolidat. Re. ceræ albę, reſinæ, ammoniaci, ana lib. ſ. terebinth. quar. j. galbani, olibani, maſtiches myrrhæ claræ, ana vnc. ſ. ariſtolochiæ rot. dra. ij. terenda terantur, & fundantur in vino albo, in quo decocta fuerit betonicæ, berbenæ, conſolidę maio & mi. cẽtaureæ, pimpinellæ, hypericon, herbæ ſarracenicæ, herbę gratia dei, bauciæ ſanabaro, ana. M. j & poſt extrahatur: & malaxetur cum lacte mulieris, & oleo roſ. & fiat emplaſtrũ. Nona forma eſt emplaſtrum Comitis, & id tenebat magiſter Americus de Aleſto. Recip. ceræ albæ, vnc. quatuor, ammoniaci, vnc. ij. terebinthinæ, vnc. iij. bulliantur in vino albo, & ex-

trahatur,& cum lacte mulierum malaxando fiat emplastrũ. Decimam formam faciebat Comes antisiodorensis. Reci. axungiæ porci recentis, ceræ albæ ana quar.j. olei chamomillæ lib.ʒ. mastiches,vnc.ij. ambræ grisæ, vnc.ij. fiat vnguentum. Vndecima forma est vnguentum diaireos, & est magistri Dynide Florentia. Reci.sepi vaccini lib.ʒ. olei ros.vnc.iiij.ceræ,vnc.ij,radic.ireos,vnc.j. thuris,sarcocollæ, mastiches,aloes,aristolo.añ.vnc.ij.terebinth.quar.j. fiat vnguentum.Isto modo vtebantur barbitonsores Montispessulani. Duodecima forma sunt pulueres varij & diuersi.Insuper puluis Rasis, quod Recip.olibani,aloës, sarcocollæ,sanguinis drag.radic.ireos ana.terantur, & fiat puluis. Porro Lanfrancus dictat istum. Reci.thuris,mastiches, fœnugræci ana.fiat pul. Modus autem operandi est ℘ lauato vulnere cũ vino calido, ponatur puluis ant carpia in vul.& desuper stupata balneata in vino & expressa, & ligatura tenente medicamina,ligetur:et bis in die remutetur.

De medicinis cicatrizatiuis, & sigillatiuis,& modo operationis ipsarum.

Medicina cicatrizatiua & sigillatiua secundum Auicen.est quæ exsiccat superficiẽ vulneris: ita vt fiat cortex super ipsam custodiens ex nocumentis vsquequo generetur cutis naturalis à natura, non qualis à natiuitate. Et ideo notabili indiget stypticitate & ponticitate. Et sunt duorum modorũ: vt dicitur in quinto pharmacorum:quędam hoc faciunt per se, & proprie,vt gallæ & psidia,spina ægyptiaca, ceruſſa,plumbum vstum,& lithargyrus, cimolea bolus armenus, & omnis terra maxime abluta,secundum Gale.nono simplicium: quædam hoc faciunt per accidens,vt corrosiua,styptica, adusta,in parua tamen quantitate, sicut æs, & squama æris adusta & lauata, alumen, & cuperos. per idem,& omnia styptica carentia mordicatione per se vel præparationem, vt centaurea, plantago, & aristolo adusta,& corium bouinum vetustarum solearum adustarum,& cortices vlmi, & quercus, & scoriam ferri lotam laudat Arnoldus. Ex quibus componi possunt multæ formæ. Quarum prima est forma pulueros a & Gulielm.de Saliceto, Lanfranci & Henrici. Reci. balaustiarum aloës,sang. draconis, cathimiæ argenti, æris

vsti

vsti & loti, ana partes æquales: fiat puluis. Item Reci. corticis pini, vnc. j. lithargyri, ceruſſæ, ana vnc. ſ. nucis cypreſsi, cẽt aureæ mi. ariſtolo. vſtę, ana drag. ij. fiat puluis. Et ſi vulnus eſſet calidum, addit Auicen. ſandalos, & nenufar. & roſ. ſiccæ, & lanceolata ſicca in hoc eſſent optimæ. Secunda forma eſt vnguentum album totius communitatis. Recip. ceruſſæ, vnc. j. lithargyri. vnc. ſ. olei roſ. lib. j. aquæ roſ. quar. ſ. in mortario fortiter ducendo, modo ponendo oleũ. modo, aquam roſ. fiat vnguentum, & eſt de domo. Tertia forma eſt vnguentum album appropriatum Raſis, quod Recip. olei roſ. lib. j. ceræ, vnc. ij. ceruſſæ. vnc. j. camphoræ, drag. j. albu. ouorum iij. numero: fiat vnguentum. Et ſi adderetur aliquantulum de lithargyro, eſſet melius. Et ſi adderetur ei minium, eſſet coloratum ad colorem rubeum, & iſto vtuntur barberij curiæ Romanæ. Quarta forma eſt vnguentum de calce, & eſt Auicen. mirabiliter conſolidans & deſiccans combuſtiones & vulnera neruorum. Reci. calcis viuæ lauatæ ſepties in aqua frigida donec amiſerit acuitatem, & cum ſufficientia olei roſ. ducendo in mortario, fiat vnguentum. Quinta forma eſt emplaſtrum album de ceruſſa, in libro catageni, & per Azaramum aliqualiter correctum: et eovtebatur magiſter Petrus de Argelata in Auinione. R. ceræ, vnc. iiij. olei roſ. lib. ſ. terebin. quar. j. ceruſſæ, vnc. ij. lithargyri. vnc. j. thur. aluminis, teſtarum vſtarum limaciarum, ana vnc. ſ. poſt fuſionem olei, terebinthinæ, et ceræ: reliqua miſceantur in mortario, & fiat emplaſtrum. Sexta forma eſt vnguentum epiſcopi Lugduneñ. quod erat de dumo ammoniaci, & appropriabat id omnibus vlceribus infiſtulatis et cancris. Reci. axungiæ porci mundatæ à penulis, temperatæ in aceto per nouem dies: acetum de tertio in tertium renouando lib. j. argenti viui extincti cum ſaliua, lib. ſ. aluminis rochæ quar. ſ. piſtando in mortario per diem integrã, fiat vnguentum. Septima forma eſt vnguentum azurinum multum vtile in puſtulis faciei, et in ſcabiei et ſerpigine. Reci. axungiæ porci præparatæ, vt dictũ eſt, lib. j. argẽti viui extincti quar. j. aluminis quar. ſ. ſulphuris viui, vnc. j bugiæ, vnc. ſ. indæ de Baldac, drag. ij. piſtando in mortario fiat vnguẽtum. Octaua forma eſt diapompholygos, et laudatur à Theodo. et à tota ſecta ſua: quia curat cancrum, & canchrænas, eryſipelas, et combuſtionem. Rec. olei roſ. ceræ albæ, ana vnc.

v. ſucci granorũ rubeorũ ſolatri, vnc. iiij. ceruſſę lotæ, vnc. ij. plũbi viti & loti, põpholygos, vel thuciæ, ana vnc. j. thuris, vnc. ſ. facto vnguento cũ oleo & cera reliqua in deſcenſu ab igne in mortario miſceãtur, & fiat vnguentũ. Nona forma eſt lithargyrus nutrius, & eſt Raſis. & Aui. & fere omnium operantiũ. R. lithargyri bene pulueriʒati quantũ vis, & cum ſufficientia olei roſ. & aceti tãtum ducatur in mortario donec ſpiſſetur, & tumeſcat, & reponatur, & ſeruetur. Et ſi adderetur cũ vna parte ſexta pars pulueris facti de ęre vſto, antimonio, plũbo vſto, alumine, balauſtiis, radic. rubeæ, curcumo, gallis, ſanguine draconis, cathimia argẽti, ſerico, vermibus terreſtribus ſiccatis, ana partẽ j. fiat puluis, & miſceãtur in mortario, eſſet vnguentũ perutile omnibus vlceribus virulẽtis & difficilis cõſolidationis. Et ſi fieret in mortario de plũbo, & adderetur de ceruſſa. eſſet melius ad omnes diſpoſitiones cancroſas: vt dicit Gal. in prima parte libri miamir. Decima forma eſt lamina ſubtilis plũbea quæ ſecundũ magnitudinẽ vlceris lauato vlcere & circũferẽtia eius cũ aqua aluminis deſuper apponatur, & ſtricte ligetur: facit enim mirabilia in omni vlcere & diſpoſitione cancroſa. Quot enim honores habui cũ iſto auxilio nouit ille qui nihil ignorat. Sed fingendum eſt quod ſit aliud artificiũ magnũ in eis propter vulgares quibus non videtur pretioſum niſi ſit ſumptuoſum. Modus operandi eſt quod antequam vulcus totaliter carne ſit repletum, lauetur vlcus, ſiue vulnus cum vino calido decoctionis balauſtiarum, aut cum aqua luminoſa ſi eſt calefactum: & poſtquam fuerit bene exſiccatum, ponatur medicamẽ, & cooperiatur cum ſtuppis balneatis & expreſſis in eiſdem: & ligatura incarnatiua ligetur.

De medicinis corroſiuis, putrefactiuis, & cauſticis, carnem rumpentibus atque cutem.

Quando autẽ eſt aliquod extraneũ in vlcere ſiue apoſtemate, quod nõ põt cũ maturatiuis & mũdificatiuis curari, tunc eſt neceſſariũ quod extirpetur cũ ferris: aut cum medicinis. Et licet extirpatio cũ ferris eſt ſecurior, cum cito facta ſit, & cito trãſeat illata impreſsio, quã cum medicinis quę ſunt acutæ, & lõgo tẽpore, dolores, & febres inferẽtes: nihilominus quia multi ſunt timidi, & prius vellẽt mori, quã ſuſtinere ferrum: & cũ hoc in aliquibus locis eſt periculoſa inciſio,

oportet

oportet vti medicinis extirpatiuis quæ à Gal. in v. pharmacorum vocãtur colliquatiuæ: à vulgaribus corrosiuæ, de nominibus tamẽ nõ est multum curãdum, vt idẽ dicit cõsequẽter. Cuius sunt tres species, scilicet debiles, fortes, & fortissimæ. Debiles dicũtur proprie corrosiuæ, fortes putrefactiuę, fortissimæ, causticæ & ruptorię dicũtur. Et licet omnes sint calidæ & quodãmodo terrestres, hę tamẽ minus sunt corrosiuæ: putrefactiuæ plus: causticæ vero in vltimo caliditatis & grossiciei ponuntur. Et propter hoc corrosiuæ nõ agũt nisi in carnẽ mollem & superficialẽ, putrefactiuæ in cutẽ & carnem duram & profundam: causticæ in carnẽ & cutẽ duram & mollem, superficialem, & profundam. Est autem quod quandoque vna facit operationem alterius, & hoc est ratione quantitatis, aut moræ aut complexionis patientis, & experientia monstrat, & Henricus idem affirmat & dicit.

De corrosiuis.

Est ergo medicina corrosiua secundũ Auic. Cuius proprietas est, vt cõsequatur ex eius resolutione & deuastatione, q̃ de substãtia carnis minuatur. Et hoc faciũt quãdo caro superflua est in parua quãtitate, stupæ canabinæ minutim incisæ, & spõgia in paruis laminibus incisa, nec nõ & hermodactyli puluerizati, & alumẽ, vnguentũ apostolorũ, & similia. Quãdo autẽ caro est multa, necessaria est cuperosa, viride æris, & vnguentũ viride, & ægyptiacũ, & trochisci de calce, magistri Dyni. Cuius forma. R. calcis viuæ quãtũ vis. puluerizetur, & pastetur cũ melle, & fiant trochisci, & in casula comburãtur, & desiccentur. Et hoc idẽ faciunt trochis. asphodelorum. Quorum forma secundũ Rogeriũ est. Reci. succi radicis asphodelorũ, vnc. vj. calc. viuæ, vnc. ij. auripigmenti, vnc. j. conficiantur, & desiccentur ad solẽ in mense Augusti: & fiãt trochisci. Ad idem etiã sunt trochisci aldaron qui dicuntur Andromachi, & fiunt secundũ Auic. Reci. corticum granatorũ. drag. x. gallarum, drag. viij. myrrhæ, aristo. rot. ana vnc. iiij. dragãthi, aluminis iameni, ana vnc. ij. zegi quod est vitriolum, vnc. iiij. puluerizẽtur, & cum vino dulci conficiantur: & fiãt trochisci. Ad idem fiunt trochisci calidiçon, & sunt Gal. Reci. calcis viuæ partẽ vnã, auripigmenti ru. & citrini, alkali, & acaciæ ana partem mediã. puluerizentur & conficiãtur cum capitello, & fiãt trochis. Capitellum est du-

plex:commune dictum superius de mundificatione capitis: & proprium secundum Dynum aliqualiter per me rectificatum.quod sic fit. Reci.calcis viuæ,salis ammoniaci, ana lib. j.terantur,& pastentur cum lixiuio cinerum truncorum fabarum, & ponantur in olla in fundo minutim perforata:& ponatur alia olla integra de subtus in qua recipiatur capitellum,& sepeliantur in fouea,& dimittantur per septē dies & colatura erit valde pulchrum capitellum. Valet autem ad consumendum omnem superfluitatem,comburit, & corrodit,& eius eschara cito cadit.

De putrefactiuis.

Medicina putrefactiua secundum Auicen.est illa quæ corrumpendo complexionem carnis, adducit in ipsam humiditatem fœtidam, & corruptam non escharosam, proprie ad instar carnis cadaueratæ, & esthiomenatæ à superabudanti frigido,vel calido,sicco,& humido,vt innuit Gal.in quinto pharmacorum. Assimilando vero est quia vtrobique est corruptio indolosa,supple quantum ad partem corruptā.quod autem inferant magnum dolorem in parte non corrupta, nō credatis. Et sunt realgar & arsenicum quæ super omnes in hoc obtinent principatum,oportet tamen vt reprimantur:quia feroces sunt medicinę. Reprimitur autem arsenicū secundum quatuor magistros:ita quod puluerizatur,& cum succo cauliū,aut solatri,aut alterius herbæ frigidę pastatur, & desiccatur:& hoc fiat ter vel quater:& fiant trochisci. Eodem modo reprimitur realgar secundum Henr. Eodem modo argentum viuum sublimatum operatur. Ad eandē intentionē fiunt aquæ fortes per distillationē, inter quas ista est melior. R. salis ammoniaci,auripigmenti ru.& citrini cuperosæ,viridis æris,ana partem j. puluerizentur, & ponantur in alembico vitreo bene lutato,& distilletur cum lēto igne. Prima aqua quæ recipitur,abiiciatur,& post dupletur ignis. Et quando alembicum fiet rubeū,retineatur secunda aqua: & in vase vitreo bene cooperto custodiatur. Est enim tantæ efficaciæ,quod ferrum liquefacit, & perforat: & ideo sola gutta mortificat fistulas,& liquefacit omnes verrucas,& excrescentias.Modus autem sublimandi & distillandi alkimistis dimittatur.Ista autem non debent poni in debilibus & tenerrimis corporibus, neque iuxta principalia membra,

neque

neque in mollibus & paruis membris: qualia sunt virga, labia, palpebræ, nasus, digiti, & similia: neque applicentur in magna quantitate: quia melius est multiplicare vices quàm quantitatem, vt dictum fuit in glandulis & ruptura. Et debent applicari in puluere aliquoties incorporata cum dialthæa aut vnguento albo: & post appositionem muniatur locus desuper, & circumcirca cum aceto & succis frigidis, & teneant bonam diætam. Et si nimis exacerbaret infirmum, & voluerit remouere, & sedare dolorem: locum cum oleo calido dulci fomenta. Et post operationem quæ durat de arsenico per tres dies, & de aquis minus procuretur casus talis escharæ cum butyro, aut aliquo maturatiuo vnctuoso.

De causticis & ruptoriis medicinis.

Medicina caustica sclirotica, & ruptura est illa quæ rumpit, & adurit cutim, & carnem, & complexionem ipsorum. Et ipsa deuastat, & mortificat, indurat, & in carbonem reducit absque dolore magno: propter quod earum operatio dicitur lenta in quinto pharmacorum. Et sunt quædam debilia quę solam cutim rumpunt, & vesicant, præparant ad operationem putrefactiuorum, quæ non operantur nisi in carne à cute denudata, vt cantharides, mel anacardorum, allia, planta lupina, flammula, vel marsilium, & anabulla. Et ponuntur cantharides pistatæ cum fermento aut aliquo sepo in quantitate 3. vnius. Alia autem per se in quantitate medij manipuli stare debent per mediam diem: & post incidantur vesiculæ, & ponatur folium caulis. Et si in patiente prouocarent ardorem vrinæ quod aliquando faciunt, detur lac ad potandum, & ponantur in balneo aquæ decoctionis maluarum, violarum, nasturcij aquatici, parietariæ, vsque ad vmbilicum: & statim sedabitur ardor: fortia autem sunt multa. Illud autem quod fit de calce viua puluerizata incorporata cum sapone molli & modico de saluia, in hoc obtinet principatum: debet autem poni in quantitate auellanæ, scilicet aliquantulum plus vel minus secundum quod locus requirit. Et debet muniri locus taliter quod non diffundatur, nisi vbi vult homo. Et hoc cum testa nucis paruæ vel magnæ vel cum corio seu panno cerato: vel cum albumine oui seu aliquo glutinoso perforato secundum quantitatē, quam

operatio requirit. Et desuper & circumquaque aliquod frigidum applicetur,& stricte ligetur,& dimittatur per duodecim horas ad minus. Et si vltra protenderetur, melior escharа efficeretur. Et facta operatione remoueatur causticum, & casus escharæ cum butyro lauato,& cum pauca farina incorporato:vel aliquo alio vnctuoso procuretur.

De medicinis fracturarum, & dislocationum. Et primo de prohibentibus apostemationem. Cap. VII.

MEdicinæ fracturarum & dislocationum aliquando fiũt in forma epithematum:aliquando in forma emplastri aliquando in forma vnguenti:& vt dicit Aui.in quarto:aliquãdo fiunt ad prohibendum apostemationem,& dolorem: quędam fiunt ad glutinandum & indurandum arosboth seu porum sarcoidem:& quædam sunt ad confortãdum particulam : quædam sunt ad comprimendum porum nimis ingrossatum : quædam vero ad leniendum & mollificandum duriciem,quæ aliquoties remanet post restaurationem.Medicinæ vero prohibentes apostemationem, sunt frigidãtes, & quodam modo repecutientes:velut sunt albumina ouorum , oleum rosatum atque myrtinum , quæ competunt in prima operatione.

De glutinatiuis.

Medicinæ glutinantes, & indurantes porum, quæ competunt in secunda remutatione,& in sequẽtibus vsquequo porus sit completus,sunt.sicut Reci.farinæ volatilis molendini,vel frumenti partes vj.sang. draconis,thuris, mastiches, sarcocollæ,ana partem vnam,incorporentur cum albuminibus ouorum:& fiat epithema seu pultes. Ad idem dictat Brunus.R.aloes,myrrhæ,boli armenici,thuris,acaciæ, anisi,cypressi,dragaganthi,ladani,farinæ volatilis ana partem vnã. puluerizentur:& vt primum incorporentur.

De confortantibus.

Medicinæ confortantes quæ competunt in fine, sunt post foment

fomentationem cum vino ſalito decoctionis roſ. abſinthij, moſſæ albæ arboris quercus. Emplaſtrum quod dictat Lanfran. R. olei roſ. vnc. iiij. reſinæ, vnc. iij. ceræ, vnc. ij. colophoniæ, maſtices, thuris, ana vnc. v. nucis cypreſsi, cui cumæ, ana dra. j. fiat emplaſtrum. verum oportet quod minuatur oleũ, & augmententur gummæ, & ſi adderetur crocus, eſſet melius. Ad idem dictat Rogerius ſpara drapum. R. thuris, maſtiches, picis farinæ volatilis, boli armenici, ana vnc ij. ſepi arietini, ceræ albæ lib. v. liquefiant ſepum & cera, & vltimo puluis ponatur, & pannus ibi infundatur, ſicut fit tela cerata: & applicetur. Ad idem eſt apoſtolicon commune antidota. Et apoſtolicon chirurgicum dictatum per Rogerium cõmune omnibus quaſſaturis. Re. colophoniæ lib. j. picis naualis lib. v. galbani, ſerapini, ammoniaci, opopanacis, thuris, maſtiches, terebinthi. ana vnc. v. aceti lib. j. ceræ, vnc. iij. diſſolutis gummis cum aceto, & bullitis & liquefactis, addantur reliqua. & fiat emplaſtrum malaxando cum oleo laurino. Ad eandem intentionem eſt oxycroceum antidotarij Nicolai. Ad idem eſt emplaſtrum magiſtri Petri de Bonanto, commune ad omnes contuſiones. R. ceræ quar. j. ammoniaci quar. v. picis naualis, vnc. ij. maſtiches, vnc. j. farinæ fœnugræci, abſinthij, chamomillæ, cymini, ana drag. ij. ſucci parietariæ, aceti optimi, ana quar. j. infundatur ammoniacum in ſuccis per noctem in mane ponatur ſupra ignem, & liquefiat cum reliquis vſque ad conſumptionem ſuccorum, & pulueres malaxentur cũ oleo laurino, & fiat emplaſtrum.

De medicinis remollientibus duriciem: quæ aliquando remanet poſt reſtaurationem.

Licet ſuperius in deſcliroſi & de paſsionibus iuncturarum ſatis ſit dictum de talibus medicinis, & modo operationis ipſarum, nihilominus quia talium operatio eſt multũ difficilis, & tædioſa: videtur vtile medicamina talia repetere ſæpe. Medicinæ remollientes duritiem, quæ remanet poſt algebras, magis debent eſſe humectatiuæ quàm reſolutiuæ, vt in quinto pharmacorum videtur dicere Galen. maxime ſi durities fuerit inducta propter ſiccitatem cauſatam à priuatione nutritionis, vel ex vulneratione neruoſarum

partic-

particularum: vel ex longa saniei euacuatione. Et propter hoc dicebat Auic. in quarto quod in talibus oportet incipere ab embrocis aquarum calidarum: & postea procedere ad vnguenta & emplastra lenientia facta ex mucilagine & gũmis & adipibus & oleis. Et si ponatur acetum, erunt magis profundantia: quia in parua quantitate mistum cum aliis calidis non nocet: vt in tertio miamir Gal. & tertio canoñ. de curatione sodæ affirmat illustrissimus Auicen. In primis igitur embrocetur particula cum aqua & oleo antiquo temperate calefacta, aut cum lacte vaccino, aut cum aqua mucilaginosa decoctionis corticis radicis althæę, vlmi, bryoniæ, cucumeris, asinini, enulæ campanæ, acori, dactylorum, ficuum fœnugræci, & seminis lini: aut cum aqua decoctionis capitum & pedum & triparum muntonum: & si loco spongiæ, fieret cum lana succida, melius esset. Facta fomentatione per horam exsiccetur particula: deinde iuxta ignem sarmentorum non nimis proprie flectendo, & erigendo familiariter particulam, inungatur cum isto vnguento ex dictis Auic. & aliorum assumpto. Recipe axungiæ porci, asini, muli, vrsi, marmotanæ, atque taxonis, ana quar. j. axungiæ gallinæ, anseris, & anatis, medullæ cruris vituli, atq; cerui ana, quar. ʒ. butyri recentis, olei nucis indicæ, olei sisamini, olei de been, olei muscellini, olei amygda. dulcium, mucilaginis althææ, fœnugræci, & se. lini, ana quar. ij. styracis calamitæ, bdellij, hyssopi humidæ, ana vnc. ʒ. fundantur omnia, & liquefiant. Etsi est necesse, modicum, addendo de cera, fiat vnguentum. Eligantur axungiæ recentes & sine sale: vt idem dicit Auicen. Et si locus videtur infrigidatus, modicum ponatur de oleo de castoreo, & de communibus gummis. Item ad idem pro cõmunibus. Recipe dialthææ, partes ij. agrippæ partem vnam, butyri dissoluti, partem ʒ. misceantur facta sufficienti inunctione, emplastretur locus cum corticibus radic. maluauisci pistatis, & contusis, & mistis cum bona axungia porci: aut cum vnguento remollitiuo iam dictato. Aut cum diachylon magno superius in de remollitiuis dictato: aut cum isto quod summè laudat Lanfrancus. Recipe axungiæ porci recentis, vnc. iij. pinguedinis anseris, anatis, & gallinæ, ceræ, terebinthinæ, ana vnc. j. olei communis, vnc. iiij. farinæ fœnugræci, & seminis lini, ana vnc. j. bdellij, opopanacis, mastiches, thuris, ana vnc. ʒ. gummæ.

mæ.temperentur cum vino.postea cum axungia,& pinguedinibus, cera, & oleo dissoluantur, & colentur, & colaturæ addatur pul. terendorum: & optimè incorporentur, & vsui reseruentur. Et si cum eis poneretur de styrace, & hissopo hu.& laudano,melius esset. Et ammoniacum in sexto simplicium mollificat illud,& in dissoluendo poros articulorum est intensæ virtutis. Et hoc fiat longo tempore:nam in septimo therapeu. tempus curæ passiuarum qualitatum est multiplicius quàm actiuarum. Modus euaporationis cum aceto & lapide marcassitæ qui competit in tenantibus induratis, & scliroſi, & in duritie iuncturarum, est dictus. Et in hoc ligaturæ & instrumenta mechanica multum auxiliantur,& cætera.

De gradibus medicinarum. Cap. VIII.

QVia Galen. medicorum eximius in primo simplicium pharmacorum dicit quòd non est possibile componere pharmacũ,nec ab aliquo vti bene antequã simplicium virtutes sciantur, pro tanto bonũ est hoc ponere gradus & virtutes medicinarũ chirurgicalium simplicium supp. quia compositarum ab ipsis inueniuntur gradus. Gradus autem secundum Arnoldum in complexionatis est eleuatio qualitatis alicuius complexionis super temperamentum secundum distantiam integram: quod dicitur propter metas tres non integras quæ assignantur in quolibet gradu. Temperatum autem in quinto simplicium pharmacorũ est similis complexioni,cui adducitur sine hoc quod calefaciat, aut infrigidet,siccet, aut humectet. Ipsum distemperatũ est quod eum adducit in aliqua qualitate dominante, à qua denominatur talis. Calidum quidem secundum hoc nominantes in primo gradu quodcunque vtique nos calefacit: non tamen manifeste: ita etiam & frigidum,siccũ,& humidum. Quæcunque autem manifeste iam calefacere,vel infrigidare,siccare,vel humectare nata sunt: secũdi gradus hæc talia med. dicentur. Quæ verò quidem iam vehementer, non tamen ad extremum: tertij. Quæcunque autem infrigidare nata sunt:ita vt mortificent:vel ita calefacere,vt vrant:quarti. Et in illis assignat quatuor gradus. Idem in primo canon. dicit Auicen. Siccum autem nullum est inuenire quarti gradus absque quod vrat. quodcunque enim summe exsiccat,

omnia

omnino hoc & vrit: & ideo licet non reperiantur in quarto gradu: sunt tamen in fine tertij. Et ita prope quartum. De humido verò dicit Auic. q̃ non videtur quod possit transire vltra tertium gradum: quia si transiret, esset res venenosa, quæ corrumpit corpus. Quare autem calidum in quarto, vt allia, piper, non interficiunt: ita sicut opium & alia frigida? Dicit ille socius concordantiarum: quia frigidum plus inimicatur naturæ quàm calidum. Sed quantitas augmentat gradum, & minuit. Et sic secundæ virtutes sequuntur graduationem primarum. Et quare vna medicina potest habere contrarias operationes, & vna planta in diuersis partibus diuersas acquirit naturas: maiori indiget perscrutatione. Et vt facilius inueniantur gradus medicinarum, sub catalogo Latinorum alphabeti ordinentur. Et si inter doctores graduum inuenitur varietas: aliquãdo hoc à diuersitatibus originis ipsorum forte occasionẽ habet. Ego autem in gradibus sequar Gal. in vltimis sex libris pharmacorum, Serapionem & Auicẽ. eius interpretem, & aliquas experientias meas iuxta posse à litera. A. primo incipiendo.

AQua est primum frigidorũ & humidorum per totam philosophiam. Et ideo est spissatiua & congelatiua in primo simplicium pharmacorum in primo gradu.

Acetum frigidum in primo, siccum in tertio: compositas tamen habet virtutes cum maxima subtilitate in eodem primo.

Aqua aluminosa abluit, repercutit, & exsiccat secundum Gal. ibidem & Auicennam in quarto.

Agresta nota est frigida in secundo, sicca in tertio, & est repercussiua.

Acacia succus est prunellorum viridium, & est frigida & sicca in tertio, vel quasi, & ideo repercussiua fortiter.

Acedula herba frigida & sicca in secundo, repercutit & confortat.

Anthera est illud citrinum quod est in medio rosæ, & est frigida & sicca in primo cum repercussione.

Atriplex & spinachia olera sunt frigida & humida temperate cum maturatione & lenitione.

Absinthium herba calida in primo, sicca in secundo cum stypticitate.

Abrotanum herba calida in primo, sicca in secundo cum abster

abſterſione.

Apium herba eſt, multas habet ſpecies, calida in primo, ſicca in ſecundo cum maturatione & mundificatione.

Agrimonia herba eſt calida & ſicca in ſecundo gradu cum abſterſione.

Acuſmuſcate, pes columbinus, herba Roberti. herbæ ſunt eiuſdē generis quaſi ſunt frigidæ & ſiccæ cū abſterſione.

Ariſtolo: radix calida & ſicca in ſecundo cum abſterſione & incarnatione.

Allium radix calida & ſicca in quarto, cum aduſtione & attractione.

Aloë ſuccus cuiuſdam herbæ ſpiſſatus, & eſt calidum in ſecundo, ſiccum in primo: & conſolidat vlcera proprie pudendorum.

Auena granum calidum & humidum temperate maturat, & abſtergit.

Amylum farina frumenti lauata, frigidum & humidum in primo cum ſedatione.

Axungia nota eſt calida & humida in primo, & plus & minus ſecundum animalia à quibus capitur: & ideo mollificat & maturat.

Argentum viuum frigidum eſt & hu. in ſecundo ſecundum Auic. Gal. autem in nono dicit de eo nullam habuiſſe experientiam, vtimur tamen eo extincto in vnguentis decoratiuis, & de ſublimato in corroſiuis.

Aniſum & fœniculum ſemina ſunt calida in tertio, ſicca in ſecundo, & ſunt reſolutiua.

Anethum eſt ſemen calidum & ſiccum in ſecundo cum reſolutione.

Aſphodeli radices ſunt calidæ & ſiccæ in ſecundo cum abſterſione, & corroſione.

Anacardus pediculus elephantis calidus & ſiccus in quarto, & eſt vlceratiuus.

Arſenicum & auripigmentum mineralia, & ſublimantur, & ſunt calida in tertio, ſicca in ſecundo, & vltra: quia putrefactiua valde, & mortificatiua ſunt.

Alumen rochinum calidum & ſiccum in tertio cum magna ſtypticitate.

Argilla & cimolea terræ ſunt frigidæ in primo, ſiccæ in ſecundo cum repercuſsione.

Antim

Antimonium minerale est frigidum in primo, & siccum in secundo.

Ammoniacum gumma calida in fine tertij, sicca in primo cum mollificatione & attractione.

Assafœtida gumma calida & sicca in tertio, & vltra, abstersiua & attractiua.

Aspalthum spuma est indurata reperta in mari mortuo, est calida & sicca circa secundum, consolidatiuum vlcerum sanguinolentorũ vndecimo simplicium pharmacorum.

Attramenta mineralia calida & sicca in tertio, cum stypticitate & corrosione.

Balaustia flos est maligranati frigida & sicca in secundo, vel quasi repercussiua.

Berberi fructus arbusti frigidus & siccus in tertio, cum repercussione.

Bryonia radix est calida & sicca in secundo, cum abstersione & maturatione.

Bolus terra est rubea frigida & sicca in secundo, cum repercussione & restrictione.

Baucia radix pastinacæ calida & humida in primo: & ideo maturatiua.

Borago olus calidum & humidum temperate.

Bugloss̃a herba eiusdem generis est: magis tamẽ sicca, maturat, & lenit.

Branca vrsina herba est calida & humida in primo gradu, maturat, & lenit.

Balsamus gumma est vel oleum calidum & siccum in secũdo, cum magna subtilitate & aromaticitate, & ideo abstergit, attrahit, & confortat.

Butyrum calidum in primo & humidum humiditate altiori, maturat & proprie bubones.

Bdellium gumma est calida in fine primi, & vltra cum lenitate & humiditate in primo, & est efficacis mollitionis scirrhorum, in sexto pharmacorum.

Bursa pastoris herba est frigida & sicca cum restrictione.

Bedegar frigida in primo gradu, & sicca temperate, & est styptica.

Borax gluten auri calidum & siccum temperate. verum aliqui dicunt ipsum esse calidum valde: consolidat tantum.

Bugie cortex berberis frigidum & siccum consolidatiuum.

Berbena herba est frigida & sicca sine excessu:& ideo sedatiua & consolidatiua.

Betonica herba calida & sicca in tertio,mundificat,& sanat.

Crassula herba est frigida in tertio, humida in secundo.

Coctanum fructus est frigidū & siccum in secundo, vel quasi, confortat.

Cachimia & climia mineralia sunt frigida & sicca æqualiter cum absterſione.

Corallus notus est, frigidus in primo,siccus in secundo,cum restrictione.

Cerussa est ærugo plumbi frigida & sicca in secundo,consolidat.

Cimolea terra molle fabrorum frig.& sicca,consolidat.

Capillus veneris herba est temperata, verum declinat ad quandam caliditatem & siccitatem, vt dicit Galen. subtiliat, & diaphorat.

Caulis olus calidum in primo. siccum in secundo,maturat, & abstergit.

Centaurea herba est calida & sicca in tertio, & est consolidatiua.

Camphora gumma est frig:& sicca in tertio, cū absterſione.

Cera est nota,temperata est:& ideo materia omnium fit medicinarum cum maturatione.

Crocus flos calidus in primo,siccus in secūdo vel quasi, confortat & resoluit.

Chamomilla flos calidus & siccus in primo, resolutiua, & confortatiua.

Costus radix est calida in tertio,sicca in secundo,cum absterſione & resolutione.

Cinnamomū species aromatica,calida & sicca in tertio cum confortatione.

Cepa radix calida in tertio,adurens cum quadam humiditate superflua:& ideo maturat,& abstergit.

Cyperus radix calida & sicca in secundo cū consolidatione.

Chelidonia herba calida & sicca in tertio,absterſiua est.

Cuperosa minerale calidum & siccum prope quartum cum corroſione & stypticitate.

Cypressus arbor calida in primo, sicca in secundo,cōsolidat.

Cauda equina herba frigida in primo,sicca in secundo, consolidatiua.

Calx lapis coctus calida & ſicca in quarto, aduſtiua.
Curcuma radix eſt citri, forte chelidoniæ, calida & ſicca, conſolidatiua.
Conſolida calida & ſicca, conglutinatiua.
Cantharides animalia muſcalia viridis coloris, parua, calida & ſicca in tertio, cum aduſtione & veſicatione.
Caſtoreum teſticuli ſunt cuiuſdam animalis calidum & ſiccum in ſecundo, confortat membra neruoſa.
Canabis ſemen calidum & ſiccum, maturatiuum.
Capitellum lixiuium forte, calidum eſt, & aduſtiuum.
Cinis notus eſt, calidus & ſiccus in quarto cum abſterſione.
Cucumer aſininus herba eſt calida & ſicca in ſecundo: radix tamen non tantum in gradu: & ideo mollificat.
Creſones herba calida & ſicca in ſecundo, aperitiua & diaphoretica.
Cyminum ſemen calidum in tertio, ſiccum in ſecundo, carminatiuum.
Calamenthum herba eſt calida & ſicca in tertio, reſolutiua, & attractiua.
Caſeus recens conſolidat: antiquus vero diſrumpit, decimo ſimplicium.
Hedera arborea frigida & ſicca cum abſterſione, & mundificatione, & conſolidatione.
Epatica eſt herba frigida & humida cum repercuſsione.
Enula herba radix calida et ſicca in ſecundo, vel quaſi, confortatiua.
Ebulus herba calida & ſicca in ſecundo, vel quaſi, reſolutiua.
Euphorbium gumma calida & ſicca in quarto, abſterſiua.
Es & flos eius notum eſt calida & ſicca in tertio, corroſiua cum ſtypticitate.
Ermodactyli radix quæ deſiccata eſt calida & ſicca in ſecundo quadam abſterſione et corroſione.
Ematites lapis ru.non ablutus eſt calidus in primo.
ablutus vero eſt frigidus in ſecundo: et ideo caret mordicatione, et conſolidat, et ſanat.
Flammula arbuſtum calida et ſicca, et aduſtiua circa quartum gradum.
Fabaria herba frigida et humida, conſolidatiua.
Fumus terrę herba frigida in primo, vel quaſi: ſicca in ſecundo cum abſterſione.

Fœni

Fœniculus herba est cuius semen est calidum et siccum in secundo, cum resolutione.

Frumẽum notum est, calidum et humidum temperate, maturat cum absterſione.

Furfur notum est calidum et siccum circa primũ gradũ cum resolutione.

Fabæ notæ sunt, desiccatiuæ, frigidæ cum temperamẽto siccitatis, et resolutionis, et absterſionis.

Fæx ceræ nota est, vel aucar, calidior est quàm ipsa cera, et ideo mollificat.

Fæx olei nota est, plus calida et sicca quàm oleum.

Ferrum notum, frigidum et siccum in secundo, constrictiuũ, et consolidatiuum,

Ferrugo nota est, calida et sicca in secundo, consolidatiua, et constrictiua.

Fœnugræcum semen calidum et siccum in primo: et propter hoc diaphorat, et feruentes phlegmones exacerbat.

Ficus recentes calidę et humidæ: siccatæ calidæ et siccæ: quod quasi idem est de dactylis: et ideo maturant, et mollificant.

Fermentum cum caliditate et humiditate acre et nitrosum est: et ideo virtutem habet mistam cum attractione.

Fuligo fumalis multum est desiccatiua.

Farina volatilis molendini nota est, frigida et sicca cum glutinatione.

Fraxinus arbor frigida et sicca in secundo, cum repercussione.

Folia oliuarum frigida et sicca cum stypticitate magna.

Filex herba & radix calida & sicca in secundo cum resolutione & absterſione.

Gallæ virides fructus frigidi in secundo sicci in tertio: maturæ & nouæ non tantum stypticitatem, tamen habent magnam.

Glandes fructus frigidis cum temperamento & sicci in secũdo gradu, consolidatiuæ.

Gratia dei herba est calida & sicca in secundo cum mundificatione & consolidatione.

Gariophylli species aromatica calida & sicca in tertio, confortatiua.

Gluten multipliciter nota est, calida & sicca in primo cum

glutinatione.

Granatum acetosum, frigidum & siccum in secundo, dulce, calidum, & humidum cum temperamento & refrænatione.

Gentiana radix calida & sicca in tertio, absersiua.

Gallithrycum herba calida & sicca, incarnatiua.

Gumma arabica & dragaganthum frigidum cum quadam siccitate & glutinositate.

Granum cum quo tingitur pānus est desiccatiuum sine mordicatione: & ideo consolidat & incarnat proprie neruos in septimo simplicium.

Gypsum calidum & siccum cum glutinatione.

Galbanum gummi calidum in tertio, siccum in secūdo cum attractione forti.

Hyoscyamus herba frigida in tertio, vel quasi stupefactiua valde.

Iatea herba calida & sicca, & est consolidatiua.

Ipocysthis succus est decoctus & spissatus, frigidus & siccus in secundo.

Issopus herba calida & sicca in tertio, resolutiua.

Iuniperus frutex calidus & siccus cum consolidatione.

Ipericon herba est calida & sicca, perforata, incarnat consolidat, & mundificat.

Iarrus est herba cuius radix calida & sicca in secundo cū absersione.

Ireos radix est calida & sicca in tertio, resoluit, mundificat, & incarnat.

Issopus humida, siue œsipus, succus est lanæ succidæ. & est satis temperata, mollificatiua.

Lithargyrus merda plumbi cum temperamento declinat ad siccitatem: & ideo regeneratiuum & consolidatiuum.

Lupini fructus calidus in primo, siccus in secundo cum absersione.

Lilium herba est multas habens species: cuius radix calida & humida in secundo: & ideo maturatiua.

Lini semen calidum & siccum, maturat, & sedat.

Lac satis temperatum est: & ideo mitigat: sed eius aqua est frigida & sicca cum lauatione & consolidatione.

Lapathium herba est multas habens species, frigida & sicca in se

in ſecundo,& eſt abſterſiuum.

Liquiritia radix temperata eſt cum quadam familiari humiditate:& ideo maturatiua.

Lycium ſuccus eſt herbæ cuiuſdam ſpiſſatus, temperatum in actiuis cum humiditate in ſecundo gradu: & ideo mitigatiuum.

Lana ſuccida circa temperamentum eſt, & mollificat.

Laudanum ſuccus eſt barbę hircorum vltramarinorum ſpiſſatus,calidum & humidum in primo,mollificatiuum eſt.

Lentes cum ſtypticitate ſatis ſunt temperatæ: & ideo refrænatiuæ.

Lingua canis herba eſt calida & humida in primo cum regeneratione.

Lixiuium notum eſt, calidum & ſiccum circa tertium, abſterſiuum.

Lacticinia herba cal.& ſic.circa tertium, cum abſterſione.

Margaritæ frigidæ ſunt & ſiccæ notæ ſunt: clarificant, & confortant.

Merda ferri nota,frigida & ſicca,conſolidatiua.

Marcaſita calida in ſecundo, ſicca in tertio:conſolidat, & conſtringit.

Malua herba frig.& humida cum temperamento ſedatiua.

Maluauiſci radix eſt calida & humida in ſecundo cum maturatione.

Mercurialis herba calida & humida in primo cum maturatione.

Mandragora herba frigida & ſicca in tertio cum ſtupefactione.

Muſtus aquæ herba frigida cum ſtypticitate quadam & repercuſsione.

Marrubium herba calida in ſecundo, ſicca in tertio, & eſt aperitiua.

Maſtiche gumma calida & ſicca in ſecundo cum mollificatione & confortatione.

Melilotum flos herbæ calidæ & ſiccæ in primo cum reſolutione.

Medulla nota eſt,calida & humida plus & minus ſecundum animalia à quibus ſumitur:& ideo mollificat.

Mel notum eſt, calidum & ſiccum in ſecundo cum mundificatione.

Myrrha gumma calida & ſicca in ſecundo, carnis regeneratiua.

Memitha herba frig. & ſicca in primo, de ſucco cuius fiunt ſief. & trochiſci pro oculorum reſtrictione.

Meſpila fructus eſt frigidus & ſiccus in tertio, & eſt conſtrictiuus.

Mumia caro mortuorum balſamatorum calida & ſicca in ſecundo cum conſolidatione.

Minium frigidum & ſiccum, & eſt rubeum pictorum factū de ceruſſa per aduſtionem in ix. pharmacorum.

Nenuphar flos eſt frigidus & humidus in ſecundo cum quadam ſoporatione.

Nux fructus eſt calidus & ſiccus in ſecundo cum abſterſione.

Nux indica eſt etiam fructus calidus in primo, cum temperamento ſiccitatis, cuius oleum confortat neruos &c.

Opium ſuccus eſt vnius herbæ ſpiſſatus frigidus & ſiccus in quarto, ſtupefactiuus, & mortificatiuus.

Ordeum granum frigidum & ſiccum in primo cum maturatione & abſterſione.

Oleum oliuarum eſt temperatum, & ideo omnium recipit virtutes. in ſecundo pharmacorum.

Oleum muſcellinum calidum eſt, remollitiuum, & videtur ſecundum Halyabbatem & ſynonyma Mūdini, quod fiat per expreſsionem alicuius grani: vt oleum de been.

Orbus granum eſt calidum in primo, ſiccum in ſecundo, & vltra cum abſterſione.

Oua ſunt temperata. Albumen tamen vergit ad frigiditatē: vitellus vero ad caliditatem cum ſedatione.

Oſsipiæ notum eſt, frigidum & ſiccum cum abſterſione.

Opopanax gumma calida & ſicca in tertio cum remollitione.

Plantago herba multiplex, frigida & ſicca cum repercuſsione & conſolidatione.

Portulaca herba frigida in tertio, humida in ſecundo cum ſedatione.

Populus eſt arbor frigida & ſicca cum temperamento, cum repercuſsione.

Papauer herba frigida & ſicca in ſecundo cum familiari ſtupefactione.

Psyllium se. herbę frigidum in secundo, humidum in primo cum refrænatione.

Papyrus nota est frigida & sicca, restrictiua.

Psidia cortex fructus granati, frigida in secundo, sicca in tertio cum restrictione.

Polium herba est calida in secundo, sicca in tertio.

Parietaria herba est in dubio, credo quod succus sit frigidus, substantia tamen calida reperitur: & ideo resolutiua est.

Piper species granum est calidum & siccum prope quartum gradum, & ideo attrahit, & abstergit.

Pyrethrum radix est calida & sicca in tertio gradu cum attractione & absterſione.

Petroleon est oleum de petra, & est calidum & siccū in quarto cum subtiliatione.

Pix communis calida & sicca circa tertium gradum cū maturatione & absterſione.

Pinguedo est calida & humida plus & minus secundum animalia quorum est, & ideo maturat, & mollificat.

Palma arbor frig. & sicca in secundo.

Pentaphyllon herba est, sine mordicatione desiccat.

Pimpinella herba est cal. & sic. & vulnera consolidat.

Porrum radix calida & sicca circa quartum gradum cum attractione.

Pinus arbor cuius grana calida sunt & humida, & eius cortex frig. & siccus cum stypticitate plurima.

Panta lupina herba est calida & vstiua.

Plumbum frigidum & humidū in secundo, occultam & mirabilem habet resolutionem.

Rosa flos est temperata frigida, declinans ad siccitatem cum confortatione.

Rubus arbustus frigidus & siccus, stypticus manifestæ consolidationis.

Rubea herba calida & sicca circa tertium cum absterſione.

Raphanus radix triplex inuenitur, & est calida & sicca cum inciſione & absterſione.

Rapa nota calida in secundo, humida in primo, maturatiua.

Realgar minerale est calidum, & mortificatiuum.

Veratrum herba est multas habens species, frigida & sicca

vltra secũdum gradum, & est repercussiuũ, nihilominus resoluit apostemata calida & occulta, vt dicit Aui. semen tamen eius est durum, in octauo pharmacorum.

Salix arbor frigida & sicca in secundo cum stypticitate moderata.

Siligo granum est frigidum & siccum temperate cum abstersione.

Sumac fructus frigidus in secundo, siccus in tertio cum stypticitate.

Semperuiua herba est frigida in tertio, sicca in primo, vel quasi, & ideo mediocriter repercutit.

Spica nardi, species calida in primo, sicca in secundo.

Stœchas flos est cum quadam caliditate in primo, frigida & sicca in secundo, & est resolutiua.

Sal omnibus notum est, calidum & siccum in secundo, & vltra: habet enim abstergere, & stypticare.

Sulphur minerale, calidũ & siccum in tertio, subtiliatiuum & attractiuum.

Squinanthum est palea camelorum, calidum & siccum, & stypticum cum temperamento.

Saluia herba est calida & sicca in secundo, cum leui stypticitate.

Sandalus arbor frigida & sicca in secundo cum repercussione.

Spodium quid sit opiniones sunt, frigidum in secundo, siccum in tertio, & est consolidatiuum.

Scroffularia radix est herba calida & sicca cum resolutione.

Serapinum gumma cal. & sicca in secundo, & mollificat.

Squilla radix est cal. & sicca in secundo cum attractione.

Stercus omne calidum & siccum secundum animal, cuius est plus & minus, & est attractiuum.

Sepum est calidum & temperatum, secundum animal cuius est plus & minus cum maturatione.

Sarcocolla gumma calida in secundo, sicca in primo & incarnatiua: & secundum alios est matrisiluæ.

Sanguis draconis succus est herbæ cuiusdam temperatus in actiuis, siccus in secundo, & est consolidatiuus & constrictiuus.

Sanguis animalium est secundum naturam animalium.

Scoria nota est. desiccat valde, & consolidat.

Sapo

Sapo notus est calidus & adustiuus.
Spongia maris nota est calida in primo, ficca in secundo, & est siccatiua & consumptiua.
Spuma maris nota est calida in primo, & sicca in tertio, absterſiua.
Sinapis semen calidum & siccum vsque ad quartum, & est attractiuum.
Staphis agria semen calidum & siccum in tertio, attractiuum.
Scabiosa herba est cal. & sicca in secundo, regeneratiua.
Styrax gumma calida in primo, sicca & humida cum temperamento. & ideo mollificat & confortat.
Simisomis qui est cardo benedictus, herba est infrigidatiua, & mediocriter dyaphoretica. sexto simplicium, & cum hoc maturatiua.
Sambucus arbor est calida in secundo, sicca in primo, & ideo resolutiua est.
Sisamum granum est calidum & humidum in primo mollificat.
Thus gumma est calida in secundo, sicca in primo, carnis generatiua & consolidatiua.
Terebinthina gumma calida & sicca, mundificatiua.
Terra sigillata nota est frigida & sicca, consolidatiua.
Thucia fumus mineralium, frigida in primo, sicca in secundo, oculorum confortatiua.
Tartarum fæx vini desiccata, calida & sicca in tertio cũ absterſione.
Tanacetum herba est calida & sicca cum consolidatione.
Thapsia herba calida est & adustiua in tertio.
Tapsus barbassus herba est cum temperamento desiccatiua & sedatiua.
Tormentilla radix est calida & sicca. contra fistulas est bona.
Vinum notum est calidum, & siccum, & humidum iuxta eius ætatem, maturat & consolidat.
Vua passa racemi sunt calida & humida cum mollificatione.
Viola flos frigida & humida in primo & saporatiua.
Vmbilicus veneris herba frigida & humida in tertio.
Verbena herba frigida & sicca cũ resolutione & sedatione.

Vrtica herba est calida & sicca, non multum tamen: mordicatione enim sua prouenit à subtilitate.
Virga pastoris herba est frigida in tertio, sicca & temperata & ideo constringit & consolidat.
Vrina nota est cal. & sicca cum absterſione & adustione.
Vernix gumma calida & sicca in secundo, incarnatiua & absterſiua.
Vermes terrestres noti sunt calidi & subtiliatiui, & neruorum consolidatiui x. medicinarum.
Vsnea quercina quæ est mossa alba, est calida & sicca cum temperamento: & confortat.
Verdetum calidum & siccum cum corrosione.
Vitrum calidum in primo, siccum in secundo, secundum aliquos ponitur frigidum in primo cum absterſione.
Vitriolum calidum & siccum in tertio, minerale cum stypticitate & corrosione.
Vzifur qui est ru. calidus & siccus in secundo cum stypticitate.

Doctrina secunda de antidotis particularibus & appropriatis membris: & habebit octo capitula.

De auxilis propriis capitis & partium eius. Cap. I.

TEmpus est iam transire ad medicinas proprias membrorum, non, vt dicit Gale. in v. pharma. quod ita sint propriæ particulæ vni, quod non iuuent aliam: sed in multis vel maxime operando in ea à qua nuncupationem habent, à capite, vt moris est, incipiendo. Vulnera capitis habent auxilia, v. pharma. Prima est potio vulneratorum, est Theodorici & sociorum. Quæ, Re. cinnamomi vn. j. zinzib. vn. ſ. galangæ, granorum paradisi, cardamomi, piperis longi & nigri, gariophyll. ana dragm. j. fiat puluis, & cum mellis lib. ij. & vini puri iij. fiat claretum. Et administretur quolibet die vnus gobeletus per tres dies cum drag. j. istius pulueris. Reci. pimpinellæ, betonicæ, sanamundæ, valerianæ, radicis gentianæ, ana, piloſellæ quantum de omnibus fiat puluis.

Et di

Et dicunt, si eum retinet est bonum signum. Si verò ipsum euomat, malum. Secunda forma est mundificatiuum cerebri & panniculorũ eius. Recipe mellis ro. colati, vnc. ij. olei ros. vnc. j. misceantur, & cum tentis & pannis imponantur.

Tertia forma est puluis capitalis incarnatiuus, & confortatiuus. & est Gal. & magister Dynus eum laudat, & Henricus. Reci. radic. ireos, aristo. ro. thuris, myrrhæ, aloës, sang. draco. farinæ orobi, ana. fiat puluis. Quarta forma est emplastrum de betonica, & est Parisiensium, incarnat, confortat, & ossa eleuat, mundificat, & sanat. Recipe ceræ, resinæ, ana lib. ʒ. terebinthinæ, lib. j. succi betonicæ, succi plantaginis, succi apij, ana lib. j. coquatur cera, & resina cum succis vsq; ad consumptionem succorum: deinde ponatur terebinthina, & incorporetur, coletur, & fiat emplastrum. Quinta forma est emplastrum capitale magistri Anselmi de Ianua: & attrahit saniem, & eleuat ossa, & incarnat, & sanat. Et magister Petrus dicebat quod probauit quod caput canis vulneratum vsq; ad cerebrũ curauit. Recipe terebinthinæ partes ij. ceræ, partem j. resinæ, partem ʒ. liquefiant ad ignem, & colentur super acetũ, & dimittatur per diem, & malaxetur bene cum aceto. Deinde secũdo liquefiant, & proiiciantur supra succum istarum herbarũ, betonicæ, partes ij. berbenæ, partem j. & cum illis succis, & lacte mulieris diu malaxentur, & fiat emplastrũ. fortius est quàm primum. Sexta forma est propria ad eleuandum ossa, si non possunt eleuari per prædicta: & fuit magistri Petri. Recipe olei antiqui, partem j. ceræ, sorditiei alueorũ, ana partem ʒ. euphorbij quartam partem illius, aristolo. partem tertiam illius, lactis thitymali modicum. fiat vnguentum: & est probatum. Consequenter pro tinea gratia collationis ponatur vna forma: & est Gordonij. Recipe lithargyri, sulphuris viui, calcis viuæ, attramenti, vitrioli, auripigmenti, fuliginis, viridis æris, ellebori albi & nigri, aluminis, gallarum, ana drag. ʒ. argenti viui, vnc. j. picis, ceræ, & olei nucum, ana lib. ʒ. succi lapathij, succi fumiterræ, scabiosæ, boraginis, ana quar. j. bullita cera, pice, & oleo cum succis vsq; ad consumptionẽ, reliqua incorporentur, & fiat vnguentum diligenter. Item pro alopecia ad faciendum renasci pilos in cartolario magister Petri. Recipe succi calcidarũ, vnc. j. pulueris sanguisugarum adustarũ, lacertæ viridis adustæ, pulueris talparum,

apum

apum combuſtarum, ſolearum combuſtarum, ſetarum porci combuſtarum, viridis æris, ana vnc. j. mellis quod ſufficit ad incorporandum. fiat vnguentum. eſt enim probatum.

De auxilijs morborum faciei, & partium eius. Cap. II.

ET primo pro gutta roſacea eſt laudatũ vnguentum citrinum totius communitatis in antidotario. Secundo ponitur gummera ad albificandum & lauandum faciem: & eſt Raſis. Recipe farinæ ciceris, fabarum, hordei, amygdalarum excorti. dragaganthi, ana partẽ j. ſeminis raphani partem ſ. fiat puluis, & diſtemperetur cum lacte, & liniatur facies de nocte, mane cum aqua furfuris lauetur. Tertio ponitur aqua pretioſa & eſt gallicana. Reci. tartari calcinati lib. j. maſtic. vnc. j. piſtentur cum albumine ouorũ, ponantur in alembico, & fiat aqua: eſt enim pretioſa. Lac virgineum ad decorandum & deſiccandum puſtulas virulentas, pannos, & lentigines delendũ, ſic fit. Recipe lithargyri ſubtiliter puluerizati, vnc. iij. aceti albi optimi lib. ſ. miſceãtur ſimul bene, & dimittantur reſidere, & diſtillãdo cum pecia triangulata filtri, vel cum ſacculo ſuſcipiatur aqua. deinde illa aqua miſceatur cum aqua ſalis facta, cum vnc. j. ſalis bene puluerizati, & lib. ſ. aquæ pluuialis vel fontanæ, & miſceãtur ambæ aquæ, & collando dealbabuntur ad modum lactis. Et fricetur locus infectus cũ tali lacte, & miraberis. Multi enim per ſe bulliunt lithargyrũ cum aceto: Alij verò addunt modicum de ceruſſa: Nonnulli loco ſalis communis ponunt ſal gemmæ: Alij ſpumam nitri: Aliqui alumen. Conſequenter pro oculis ponuntur auxilia. Primo ponitur aqua magiſtri Petri de Hiſpania, quæ clarificat, & confortat viſum. Recipe fœniculi, rutæ, chelidoniæ, berbenæ, eufragiæ, claretæ, roſ. aut aquæ eius, ana conquaſſentur, & temperentur per diem naturalem in vino albo: deinde ponantur in alembico, & fiat aqua. Secundo ponitur collyrium album pro dolore oculorũ & eſt Gal. Recipe ceruſſæ lotæ, drag. viij. ſarcocollæ, drag. iij. amyli, drag. ij. dragagãthi, drag. j. opij, drag. ſ. puluerizentur valde ſubtiliter omnia, & cũ aqua pluuiali molliantur ſuper tegulam, & fiant ſief parui, diſtemperentur cũ lacte mulieris, aut aqua roſ. & adminiſtrentur. Tertio ponitur collyriũ de thucia, & eſt Montiſpeſſula. in fine

ophth

ophthalmiæ resoluens & desiccans humiditates extraneas oculorum. Recipe thuciæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana vnc.ʒ.gariophy.xv.numero,faui cum melle,vnc.j. puluerizanda puluerizentur subtilissime:& ponãtur omnia in duabus vnc.vini albi & aquæ ros.quar.ʒ. camphoræ, drag.j. colentur subtiliter,& fiat collyriũ. Quarto ponitur puluis magistri Arnoldi desiccans lachrymas,& rectificans robur, & fuit pro Papa Ioan.Rec.thuciæ præparatæ,vnc.j.antimonij,vnc.ʒ.margaritarũ,vnc.ij.florũ coralli ru.drag.j.& ʒ.serici crudi proprie de folliculo vermis minutim inciſi, drag. ʒ.fiat puluis subtilissimus,& seruet̃ in pyxide ærea. Quinto ponitur puluis Beneuenuti.& est meli⁹ pro omnibus maculis. Re.zuchari candi.vnc.j.thuciæ præparatæ,vnc.ʒ.puluerizentur, & cum aqua ros.pistentur: & in pelui spergantur,& inuersetur peluis super fumum ligni aloës,& thuris, & exsiccetur,& puluerizetur subtiliter,& fiat puluis,& seruetur in pyxide ærea,& ponatur in oculis cum stylo argenteo. Sexto ponitur collyriũ pro rubore & lachrymis,& est de domo.Reci.thuciæ præparatæ,vnc.j.aloës sucotrini,vnc. ʒ.camphoræ,drag.j.aquæ ros.lib.j.& ʒ.vini granatorũ, lib. ʒ. puluerizentur puluerizanda, & misceantur cum aliis, & calefiant super carbones modicos modica bullitione, colentur,& seruetur. In naribus quando aduenit fluxus sanguinis narium dicta sunt auxilia. In vlceribus specialiter pro polypo commendatur à magistro Petro de Bonanto, tenta de radice acori temperata cum oleo de iunipero, in quo resoluta sit scammonea.

In auribus dolor sedatur imponendo lac mulieris, vt dicit Gal.aut oleum ros.cum modico opij,aut collyrium albũ. Vlcera autem mundificantur lauando cum melle ros.& imponendo collyrium factum cum croco ferri aut spuma eiusdem cum melle:vt dicit Gal. Aut secundum magistrum Petrum.Re. nitri carda.ana vnc.ʒ.caricarum mundatarũ. vnc, ʒ.decoquãtur in succo rutæ: & vna gutta in aure distilletur: saniem enim educit, & carnem superfluã destruit, & sanat.

In dentibus dolor sedatur secundũ Heben Mesue, tenendo in ore acetum decoctionis pyrethri, aut herbam cornu cerui,in azaram probatam. Nigredo autem lauatur,& fuit probatum in Comite Altisiodoren. Recipe salis ammoniaci,salis gemmæ,ana quar.j.aluminis quar.ʒ.puluerizentur,

& pon

& ponantur in alembico,& fiat aqua. Calefactiones & canchrenæ gingiuarum corriguntur cum aqua caprifolij, aut plantaginis aluminata. Vel cum isto lauamento: est enim Dyni. Recipe rof. vnc. j. lentium, sumac, ana quar. j. balaustiarum quar. 5. conquassentur & bulliantur in aqua, & aceto, colentur. & fiat lauamentum.

De auxilijs morborum colli. Cap. III.

ET licet vulnera colli habeant auxilia cõmunia aliis: nihilominus habent aliquas dispositiones, quæ gratia manifestæ doctrinæ, tangentur hic. Botium colli habet duas formas auxiliorum. Prima est puluis magistri Dyni, quod Recipe scroffulariæ, vnc. ij. zinzib. vnc. j. bryoniæ, pyrethri, serpylli, matrissyluæ, oliuarũ, sal gemmæ, ossis sepiæ, spongiæ combustę, ana drag. ij. gariophyllorũ, piperis, cinnamomi, ana drag. j. fiat puluis, in quo sit modicũ de alumine. Secunda forma est emplastrare locum cum diachylon ireato, aut cum emplastro de stercore caprino, aut cum vnguento apostematum phlegmaticorum dicto in apostematibus, &c.

De auxilijs humerorum & dorsi. Cap. IIII.

PRo dolore humerorum & spatularum habeatur vnguẽtum mistum de marciaton, & agrippa. Pro gibbositate laudat Auic. emplastrum de acoro. Recipe acori, enulæ campanæ, sauinæ, ana quar. j. bdellij, quar. 5. castorei, vnc. j. coquantur cum vino & oleo: vsq; ad consumptionẽ vini, & de oleo cum cera fiat vnguentum. Chiragra manuum curatur vt apostemata phlegmatica. speciale in ea est emplastrum Montispessulani de caulibus rubeis coctis cum lixiuio cinerum clauellatorũ, & parum aceti, & modicum salis pistati.

De auxilijs pectoris. Cap. V.

QVorum primum est potio resoluens & consumens omnem materiam existentẽ interius, & eam per sudorem expellens: & fuit magistri Americi, & vocatur sudatorium. Recipe caudæ equinæ terrestris. M. j. radicis osmũdæ quar. j. radic. dragonteæ quar. 5. coquantur cum vino & melle, colentur, & gobeletus administretur eunti dormitũ, & sudabit. Secunda est alia potio cõmunis ad omnia vulnera intrinseca: & fuit Gal. Recipe centaureæ, costi, nepitæ,

gariop

gariophyllatæ,pimpinellæ, ſummitatum canabis,teneritatum caulium,tenaceti,rubeæ,pentaphyllon aur.ana coquãtur cum vino & melle,& adminiſtretur gobeletus vt ſupra: facit exire ſaniem pervulnus,& prouocat vrinã ſi retinetur. Si verò euomitur,non eſt ſpes curationis, vt dicit vulgus.

De auxilijs ventris. Cap. VI.

ET ſunt. Primo,pro tortionibus laudatur lana ſuccida infuſionis vini decoctionis cymini. Secundo pro offenſionibus & caſibus laudatur potio communis, & eſt Auic.& Raſis.Re.mummiæ,boli armenici,terræ ſigillatæ, ana vnc. j.fiat puluis adminiſtretur drag.j.cum vnc.j.aquæ plantaginis. Tertio laudantur potiones pectoris pro reſoluẽdo materiam interius congregatã. Quarto ab extra poſſunt fieri emplaſtra in concuſsionibus formata, in hydropiſi eſt optimum prouocare vrinã. Et ideo iuxta doctrinã Gal.magiſter Americ.accipiebat gryllos aut cantharides nigras: & ablatis capitibus & alis, comburebat in furno, & faciebat puluerem,de quo de ſero adminiſtrabat vnum granũ: & faciebat mingere tantum quod liberabantur multi ab hydrope ſua. In dolore renũ & veſicæ vidi adminiſtrare vnam quar. lixiuij cinerum truncorum fabarum, & faciebat mirabilia, prouocando vrinam, & in mundificando vias vrinales, ſaniem & arenulas expellendo,& menſtrua prouocãdo. Rabbi etiam Moyſes pro vlceribus renũ & veſicæ appropriauit aquam diſtillatam ſeri lactis caprini ſub hac forma. Re.ſeri lactis caprini picherios iij.iuiubæ,ſebeſten, ana vnc.j. boli armenici,vnc.ſ.quatuor ſeminum frigidorũ mundatorum, ana drag.iij. ſeminis portulacæ, ſeminis papaueris albi, ſeminis citoniorum,ana drag.ij.conquaſſentur & diſtillando fiat aqua: Auic. autem concedit in diabete aquam ſeri lactis ouini. Ego autem pro domino Cardinali Tutelleñ. addebam de herba caudæ equinæ,plantaginis,roſ.ſeminib.maluauiſci,& alkekengi,atque liquiritiam, & glandium cupulas, & trochi. alkekengi. Et iniectio lactis cum collyriis ſcitis. & emplaſtrum ad rupturam inter duas rupturas laudatur. Pro lapide remedia ſunt dicta multa famoſa.

De auxilijs verendorũ,& partium eius. Cap. VII.

IN primis dolor virgæ ſedatur cum mica panis paſtata cum vitellis ouorum, & oleo papaueris. Vlcera virgæ

lauant

lauantur cum aqua aluminis,& emplaſtrentur cum vnguento populeon, aut inungatur cum vnguento albo aut oleo cum albuminibus ouorum. Et puluis plumbi vſti & ceruſſæ & aloë eſt pretioſus. Inflario teſticulorum corrigitur cum emplaſtro de maluis, & farina fabarum, & cymino bullitis cum aqua. Ruptura habet tria auxilia. Primum eſt electuarium. quod Recipe conſeruæ, conſolidæ maioris libr.ſ. conſeruæ roſ. quar.ſ. pulueris dragaganthi frigidi, vnc.j.pulueris diacymini, vnc.ſ. radicis valerianæ, ſeminis naſturcij, boli arme. lapidis ſanguinarij, ana drag.ij. panis zuchari lib.j. fiat electuarium cum aqua ferrata.

Secunda forma eſt emplaſtrum de pelle arietina, & eſt communitatis. Recipit picis naualis, colophoniæ, ana vnciam iij.lithargyri,ammoniaci,opopanacis, galbani, bdellij,maſtiches, ſerapini, terebinthinæ, ſumac, radic. conſolidæ ma.& mi.ana vnc.j. viſci quercini, hæmatitis, thuris, gypſi, myrrhæ, aloës, mummiæ, boli armenici, ſang. draa. ariſtolochiæ, vermium terreſtrium, ana vnc.ſ. ſang.humani, vnc.ij. conficiantur cum pelle arietina cocta cum aqua pluuiali vſque ad diſſolutionem.

Tertia forma eſt Bruni & mea. quod Recipe nucis cypreſsi, acaciæ gallarum, balauſtiarum, ana drag. v. dragaganthi,myrrhæ,ſarcocollæ,thuris, gummi arab. ana drag. iij. ſanguinis draconis, boli ar.mummiæ, aloës, aluminis, ana drag.ij.fiat puluis ſubtiliſsimus, & paſtentur cum aceto. & fiat emplaſtrum.eſt enim expertum & probatum.

In hæmorrhoidibus eſt aptiſsimum ſedare dolorem ſuffumigatione decoctionis tapſi barbaſsi, chamomillæ, & meliloti: & ab intra ponere lichinia intincta cum vnguento facto de butyro ducto in mortario plumbi vſque ad nigredinem. Aut ſi dolor infeſtaret, linimentum Alexandri probatum per me.quod Recipe croci, myrrhæ,thuris, licij, ana partem j. opij partes ij. terantur & conficiantur cum oleo roſ.mucilagine pſyllij, & vitello oui: & fiat linimentum. Et ab extra commendatur à Raſi iſtud emplaſtrum. Recipe chamomillæ, meliloti, ana quar.j. coquantur vſque quod diſſoluantur. vitellorum ouorum elixatorum quar.ſ. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, radicis altheæ, ana vnc.j. croci, myrrhæ, aloës, ana drag.j. & ſ.butyri, quod ſufficit, fiat emplaſtrum.

De

De auxilijs coxarum & partium inferiorum. Cap. VIII.

MEmbra inferiora multa habent auxilia. Quorum primum est ad deinflandum tibias, coxas, & pedes: stuphentur, & fomententur cum aqua marina aut salsa, decoctionis olerum, sambuci, tribulorum, ana partes ij. calamenthi, origani, absinthij, parietariæ, ana partem j. Deinde ponatur supra tumorem emplastrum tale. Reci. furfuris, partem j farinæ fabarum, partem j. stercoris columbi, partem ς. puluerizentur, & cum aceto & decoctione asphodelorum, & succo caulium ru. supra ignem incorporentur, & fiat emplastrum. Et hic est tempus iam hunc finire sermonem, supplicando illi qui in eo nauigando gubernauit anchoram, in cœlesti gloria attrahendo fideles collocet animas: quod mihi & omnibus legentibus concedere dignetur ipsemet Deus benedictus qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Finis Chirurgiæ Magnæ Guidonis.

Tabula Formularij Excellentiſsimi Guidonis de Cauliaco quod continet doctrinas duas.

Capitula doctrinæ primæ, & habet. 15. capitula.

De auxiliis vulnerum ſimplicium inquantum, ſunt ſimplicia. Cap. primum.
De auxiliis vulnerum compoſitorum. 2
De auxiliis conſolidatiuis & ſigillatiuis. 3
De auxiliis ad vulnera & vlcera ſanioſa. 4
De auxiliis ad vulnera & vlcera virulenta. 5
De auxiliis ad vulnera cum ſorditie. 6
De auxiliis ad vlcera fiſtuloſa. 7
De auxiliis ad vlcera cancroſa. 8
De auxiliis ad vulnera & vlcera cum contuſione. 9
De auxiliis ad vulnera & vlcera cum apoſtemate. 10
De auxiliis ad vulnera cum veneno. 11
De auxiliis ad vulnera & vlcera cum punctura neruorum. 12
De auxiliis ad vulnera & vlcera cum carne ſuperflua. 13
De auxiliis ad vulnera cum fractura & dislocatione. 14
Digreſsio quædam. 15

Capitula doctrinæ ſecundæ, & continet 11. capitula.

De auxiliis ad vulnera capitis. Cap, primum.
Digreſsio ad aliquas paſsiones capitis.
De auxiliis morborum faciei. Cap. 2
De auxiliis oculorum. Cap. 3
De auxiliis narium. Cap. 4
De auxiliis aurium. Cap. 5
De auxiliis dentium. Cap. 6
De auxiliis colli. Cap. 7
De auxiliis humerorum. Cap. 8
De auxiliis pectoris. Cap. 9
De auxiliis ventris. Cap. 10
De auxilis verendorum. Cap. 11

Formu

FORMVLARIVM AVXILIO-rum vulnerum & vlcerum, ordinatum à Guidone de Cauliaco celeberrimo medico.



Imore obliuionis & neceſsitate communi compulſus auxilia præcipue, localia quibus curantur vulnera & diruptiones ſeu continuitatis ſolutiones ſecundum doctrinam Galen. & Auicennæ, Raſis, Albucaſis, & multorum magiſtrorum meorum: Intendo formare ſummarie abbreuiare continuando cum formulario auxiliorum apoſtematum & puſtularum. Et quia Galen. medicorum præcipuus in tertio therapeu. facultatis: dicit q̄ curationes vulnerum duas habent generales intentiones: vnam quæ ſumitur ab eſſentia morborum: aliam vero à natura membrorum: pro tanto huiuſmodi formularium vulnerum duas habebit doctrinas. In prima formabuntur auxilia communia omnium vulnerum ſecundum intentionem eſſentiæ morborum. In ſecunda formabuntur auxilia propria omnium vulnerum ſecundum intentionem ſecundam naturæ membrorum. Prima doctrina habebit duo capitula. In primo capitulo dabuntur auxilia vulnerum ſimplicium inquantum vulnera ſunt. In ſecundo dabuntur auxilia vulnerum compoſitorum.

Doctrina prima iſtius formularij eſt de auxilijs vulnerum ſimplicium inquantū ſunt ſimplicia. Cap. I.

VVlnera ſimplicia ſecundum intentionē Gal. libro prę-allegato, ſunt vulnera recentia in mēbro carnoſo exiſtentia, quę ſolūmodo requirunt ſolidationē. Artificialis ſolidatio vulnerū inquantū vulnera ſunt, ſecundū cōcordantiā omniū operantiū; recte quatuor habet intentiones. Prima, extranea à vulnere ſi qua ſint, extrahere præcipit. Secunda, ſanguinē intercipit. Tertia, ad fixurā attendit. Quarta, putrefactionē defendit. Prima cōpletur per ingeniū chirurgi operantis. Secunda completur vno de octo modis reſtringendi fluxū poſitis in 4. cano. libri Auic. Tertia per bonā ſuturam

& conuenientem ligaturam. Quarta completur per exiccationem & confortationem congruam.

Auxilia complentia intentionem primam quæ est extrahendi extranea, siqua sint à vulnere, præter verba empiricorum, sunt trium formarum. Prima est forma instrumentorum quæ commuinter (vt in maiori opere ostendetur) sunt octo, scilicet tenaculæ, terebella, impellentia, cæca, & cõcauita, & similia. Secunda est forma medicinarum, extrahentium extranea à vulneribus: & sunt duarum formarum, expertarum per me. Prima est emplastrum Democrati per me aliqualiter reparatum: & est istud. Recip. fermenti lib. j. fordiciei alueorum lib. 5. succi centinodiæ, succi pulegij, aut eorundem puluerizatorum. ana quartam j. terebinthinæ lib. j. viſci quercini, quartam j. ammoniaci, galbani, dissolutorum cum vino, ana vnc. j. ceræ, vnc. iiij. fiat emplastrum. Tertia forma est emplastrum siue medicamen proprie tale: & sumitur ab Auicen. Recip. pul. ranarum, vnc. j. aristolochiæ, vnc. 5 radic. cannæ, drag. ij. mellis, terebintana quart. j. misceantur, & fiat linimentum.

Auxilia restringendi fluxum sanguinis sunt trium formarum. Prima est puluis Galen. cum albuminibus ouorum. ℞ Reci, boli ar. partem j. sanguinis draconis, partem 5. thuris, mastiches, aloës succotrini, ana partem tertiam vnius pilorum leporis minutissime incisorum quartam partẽ vnius, fiat puluis. Secunda est puluis Albucasis, & eum commẽdat Lanfrancus. Re. thuris, partem j. sang. draco. partem 5. calcis viuæ, partem iiij fiat puluis & circũcirca vulnus spargatur. Tertia est Galen. in catage. Recip. balaustiarum. vnc. iij. aluminis, vnc. j cuperosæ vstæ, vnc. 5. fiat puluis: & est expertus.

Auxilia tertiæ intentionis quæ est futura duarum formarum. Prima fit in carne. Secunda fit in panno inuiscato, circa vulneris latera cum albumine oui. & isto puluere Recip. farinæ volatilis partem j. mastiches, thuris, sarcocollę, sanguinis draconis, picis. ana partem 5. fiat puluis: & in crastinum duæ petiæ suantur.

Auxilia quartæ intẽtionis quæ est putrefactionem prohibere, sunt duarum formarum. Prima est bonum vinum rubeum calidum: quod cum stupatis infusis & expressis super vulnus apponatur. Secunda linimentũ rubeũ quod est cõmunitatis. Re. terebinthinæ, quartam j. puluerís rubei dicti superius

perius vnc.ʒ.misceantur,& cum petia & stupis applicetur:in carnat,& desiccat,& confortat.

De auxilijs vulnerum compositorum. Cap. II.

VVlnera composita secundum intentionem Galen. vbi supra sunt, quæ habent aliquas dispositiones, quæ requirunt in curando duas aut plures intẽtiones: & licet multæ sint dispositiones, quæ faciunt compositionem cum vulneribus: nihilominus causa breuitatis non dicentur hic nisi communiores & notiores. Cõponuntur autem vulnera aliquoties cum deperditione substantiæ: aliquoties cũ sanioſis vlceribus: aliquoties cum vlceribus virulentis: aliquoties cum vlceribus sordidis putrefactis & fraudulẽtis: aliquoties cum fistulis,& cancris:aliquoties cum contusione,aut apostemate, & dolore: aliquoties cum punctura, & lęsione neruorum:aliquoties cum carne superflua &c.

Auxilia vulnerum cum deperditione carnis. In vulneribus compositis cum deperditione substantiæ intenduntur duo,& primo intenditur carnis deperditæ regeneratio, secundo ipsius vulneris cum cute sigillatio.

Auxilia regenerantia carnem habent aliquid mundificationis & absterſionis & sunt 14.formarum.

Prima est lauamentum factum cum vino calido: & carpia pannosa.

Secunda est vnguentum aureum meum quod est,Reci.ceræ, vnc.v. resinæ, quar.j. terebinthinæ lib.j. mellis quar. vnam,masticheſ,thuris, sarcocollæ,myrrhę, aloës,croci,ana drag.ij.fiat vnguentum.

Tertia est vnguentum aureum Heben.quod Reci.cerę citrinæ,vnc.vj olei clari lib. ij.terebinthinę quar.j.rasinæ,colophoniæ,aã vnc.j.& ʒ.olibani, masticheſ, ana, vnc.j. croci, vnc.mediam, fiat vnguentum.

Quarta est basilicon maius laudatum per omnes:& dicitur tetrapharmacum à Galen. Est enim regeneratiuum carnis cum quadam maturatione & mundificatione: & est de meis, quod Recip. ceræ, rasinæ, picis nigræ, sepi vaccini, olei communis, ana quar. j.vel quod vis:fundatur ad ignem: & fiat vnguentum.

Quinta forma est vnguentum fuscum totius communitatis: & est Nicolai,Rogerij,Iamerij,& omnium barbiton-

sorum, & apothecariorum, quod Recip.olei lib.j.& ʒ.ceræ, vnc.iiij.colophoniæ,vnc.ij.picis nigræ, sepi arietis, serapini,ana vnc.ij.mastiches, olibani, galbani,terebin.ana vnc.j. fiat vnguentum..

Sexta forma est vnguentum de lino: quod ponit Auic. & Heben.quod Re.rasuræ panni linei bene mundati partē ʒ. opopanacis partes duas,vini, mellis, olei rosati. ana partes v.lithargyri, aloes, sarcocollæ, ana tertiam partis vnius,fiat vnguentum.

Septima forma emplastrum croceū magistri Petri de Bonanto,quod Re.fœnugræci quar.j. Infundatur per decē dies in vino albo,donec marcescat,postea tere fortiter,& cola, & adde sepi hircini quar.iij.& insimul conterantur,& coquantur: & postea mucilago & pinguedo congregentur, quibus addatur ceræ quar.j.resinæ, vnc.ij.contundantur omnia, & coquantur: & fiat emplastrum.

Octaua forma est vnguentum pretiosum acceptum à cartulario meo,cōmune in omnibus vulneribus sanandis,quod Re.artemisiæ, scabiosæ, valerianæ, absinthij, callythrychi, lanceolatæ,lini,millefolij,plantagi,tenaceti,apij, berbenæ, farcialæ,arcedæ syluestris,senationis,pimpinellæ,linguę canis,chelidonię,piloselle,ana. M.j.conterantur omnia mundata à radicibus,& extrahatur succus,& cum lib.ij.axungiæ porci veteris & lib.j.sepi hircini,& lib.iij.olei & quar.j.mellis coquendo & incorporando in mortario fiat vnguentum. Et magister Petrus de Bonantis vtebatur eo diu:addebat in fine decoctionis de thure,mastiche,aloē,viridis æris, quantum sibi videbatur,& laudabat id.

Nona forma est emplastrum gratia dei acceptum à cartulario Magistri Petri,& est commune ad omnia vulnera tam in capite quàm in quacunque parte corporis:attrahit autem saniem & humores venenosos à profundo, & carnem generat,& consolidat,quod Reci.ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, ana lib.ʒ.terebinthinæ, quar.j. galbani, olibani, mastiches, myrrhæ claræ.ana vnc.ʒ.aristolochiæ rotundæ,drag.ij.terēda terantur & fundantur in albo vino in quo decocta sit betonica,berbena,consolida maior,& minor centaureæ, pimpinellæ, hæpericō,herbæ sarracenicæ,herbę gratia dei,bauciæ sanabaro,ana,M.j. & post extrahatur,& malaxetur cum lacte mulieris & oleo rosato,& fiat emplastrum

Decima

Decima forma est emplastrum communitatis,& id tenebat Magister Aymericus de Alesto.quod Recipit ceræ albę, vnc.iiij.ammoniaci,vnc.ij.terebint. vnc.tres. bulliantur in vino albo & extrahantur, & cum lacte mulieris malaxando fiat emplastrum.

Vndecimam formam faciebat comes Altisidorẽsis. quod Recipit axungiæ porci,ceræ albæ, ana quar. j. olei chamomilli.lib.mediam.mastiches,vnc.duas. ambræ grisæ, drag. ij.fiat vnguentum.

Duodecima forma est vnguentum de ireos, & est Magistri Dyni de Florentia.quod recipit sepi vaccini lib. mediã. olei rosa.ireos,vnc.iiij.ceræ,vnc.ij.radi.ireos,vnc.j. thuris, sarcocollę,mastiches,aloes succotrini,aristolochię.ana,dra. ij.terebin.quar.j.fiat vnguentum.isto vtebantur barbitonsores Montispessulani.

Tertiadecima forma est nutritura lithargyri,quam ponit Rasis.quod recipit lithargyri bene puluerizati lib.j. olei rosa.aceti optimi,ana lib.mediam.terendo in mortario paulatine,ponendo acetum & oleum,ducendo per tempus,incorporentur,& in olla recondatur.

Quartadecima forma sunt pulueres varij & diuersi. Insu per puluis Rasis. Qui Re.olibani,aloes,sarcocollæ,sanguinis draconis,ana.terantur,& fiat puluis:& desuper ponatur. est enim mirabilis. Est etiam alter puluis qui cõmendatur à Lanfr. Qui Re. thuris,mastiches,fœnugræci,ana:fiat puluis.

De auxiliis consolidatiuis & sigillatiuis,quæ sunt xvj. formarum. Cap. III.

FOrma prima est lauamentum decoctionis rosarum.

Secunda est vnguentũ albũ cõmune. Quod sic fit.Re. cerussæ,vnc.j.lithargyri,vnc.ʒ.olei rosa.lib.j.aquæ rosatæ, quar.j.in mortario fortiter cõducendo.nunc ponendo oleũ, nunc aquam ros.fiat vnguentum:& est de meis.

Tertia forma est vnguentum album appropriatum Rasi. quod Reci.olei rosati lib.j.ceræ,vnc. ij. cerussæ, vnc.j.camphoræ,dragm.vnã.albuminis ouorum ij. numero. fiat vnguentum.aliquando addidi modicum de lythargyro:& erat melius.

Quarta forma est vnguentum album apothecæ, præcipuum scabiosis & serpiginosis.R.cerussæ,vnc.ij.lithargyri,

vnc.j.thuris,maſtiches,ana dra.ij.& ſ.olei communis,quã-tum ſufficit addendo aquam roſatam,vel acetum.fiat vnguẽ tum in mortario.

Quinta forma eſt vnguentũ de calce & eſt Aui.mirabiliter cõſolidans cõbuſtiones,& vulnera neruorũ quod.R. calcis viuæ lauatę ſepties in aqua frig.donec dimiſerit acuitatẽ quartã vnã,& cum ſufficiẽtia olei roſati ducẽdo in mortario fiat vnguẽtum.& poteſt fieri cum cera & albuminibus ouorum ſecundum quod placet,eſt tamen efficax in opere ſuo.

Sexta forma eſt emplaſtrum album de ceruſſa in lib.catageni,& eo vtebatur MagiſterPetrus de Arlate,in Auinione. Re.ceræ,vnc.iiij.olei,roſ. lib. ſ. terebinthi. quar.j.ceruſſæ, vnc. ij.lithargyri,vnc.j. olibani, aluminis, ana vnciam mediam.poſt fuſionem olei & terebin.& ceræ,reliqua miſceantur in mortario,& fiat emplaſtrum.

Septima forma eſt emplaſtrum nigrum de libro catageni.& eſt de meis.Re.lithargyri partem vnam.olei aceti,ana partes tres.coquantur per diem integram ipſum continue ducendo,& fiat emplaſtrum.

Octaua forma eſt diapalma.& eſt libri catageni.quod Re. axũgiæ porci ſiue vituli lib.ij. olei antiqui lib.iij.lithargyri lib.iij.cuperoſæ quartam ſ.coquantur ad modum emplaſtri nigri:& ducatur cum ſpatula de palma viridi,aut de pino,& fiat emplaſtrum.

Nona forma eſt emplaſtrum viride Magiſtri Petri de Bonanto.quod Re.plantaginis,conſolidæ maioris,& minoris, betonicæ,berbenæ,pimpinellæ,piloſellæ,millefolij,linguę canis,caudæ equinæ,ana.M.j.conquaſſentur.& cum lib.iij. ſepi montonis coquantur,& colẽtur poſtea addatur raſinæ, cerę,galbani,ana quar.iij.terebinthi.quar.j.& ſ.fundantur, & fiat emplaſtrum.

Decima forma eſt emplaſtrum de centaurea,& eo vtebatur Magiſter Petrus de Arlate. Re. centaureæ minoris. M. ſex,temperentur per noctem cum vino albo. deinde decoquantur ad conſumptionẽ medietatis & coletur,& illa colatura iterum bulliatur vſquequo ſit reducta ad ſpiſsitudinem mellis,& ſeruetur:& quando volueris facere emplaſtrum, Re.terebinthi.lib.j.ceræ nouæ,quar.j.reſinæ, thuris, gũmi arabici,maſtiches,ana vnc.j.vini prædicti decem aurea,vnc. iiij.lactis mulieris,vnc.ij.fiat emplaſtrum.

Vndec

Vndecima forma est emplastrum Magistri Dyni. Re. betonicæ, centaureæ, ana. M. iij. conquassentur: & cum vino albo bulliantur, & colentur, colaturæ addatur terebin. lib. ʒ. resinæ, quar. j. ceræ, vnc. ij. mastiches, vnc. j. sanguinis draconis, vnc. ʒ. iterum bulliatur, & super acetum proiiciatur, & congregentur. & cum lacte malaxentur, & si cum eo modicum fermenti apponeretur, est speciale in attrahēdo, & mundificando, & consolidando.

Duodecima forma est vnguentū Regis Angliæ. Re. ceræ albæ, resinæ, ana quar. j. olei, vnc. ij. terebin. lotæ, vnc. j. thuris, mastiches, ana vnc. ʒ. fiat vnguentum.

Tertiadecima forma est emplastrū: quod comes Guli. habuit à Papa Bonifacio: & dicitur quod Papa habuit à Magistro Anselmo de Ianua, qui tunc id dederat Regi Franciæ. quod Re. pimpinellæ, betonicæ, melongianæ, berbenæ, vermicularis, ana. M. j. bulliantur in vino albo vsque ad cōsumptionem duarum partium, deinde coletur, & vinum iterum bulliatur, & addatur cum eo resinæ lib. j. cerę albę libra media, mastiches, vnc. ij. decoquantur, & proiiciantur super lac mulieris. & malaxentur.

Quartadecima forma est vnguentum Gloriæ: & id faciebat Magister Ioannes nepos Magistri Anselmi de Ianua. R. olei bedegar lib. j. ceræ quartam. j. seminis illarum rosarū, vnc. ʒ. fiat vnguentum.

Quintadecima forma est vnguentum viride Gal. Recipe ceræ, olei, ana vnc. vj. liquefiant: & in descensu addatur viridis æris, vnc. j. ducendo fiat vnguentum. Item in ista forma est vnguentum viride herbarum totius communitatis, Nicolai, Rogerij, Iamerij, & totius sectæ Thessalinæ. Re. chelidoniæ, panis cuculi, quæ dicitur alleluya, centrum galli, leuistici, scabiosæ, ana. M. vnum. sepi arietini, lib. j. olei, lib. mediam. ceræ, vnc. ij. mastiches, thuris, aloes, viridis æris, ana vnc. j. fiat vnguentum.

Sextadecima forma sunt pulueres, præcipue Gulielmus de Saliceto, Lanfrancus, & Henricus laudant. Recipe balaustiarum, aloes, cathimiæ argenti, æris vsti, ana. fiat puluis.

Item Recipe corticis pini, vnc. j. lithargyri, cerussæ, ana vnc. ʒ. nucis cypressi, centaureæ minoris, aristolochiæ vstæ, ana drag. ij. fiat puluis. est enim valde probatus.

De auxiliis ad vulnera & vlcera sanioſa. Cap. IIII.

AVxilia vulnerum compoſitorum cũ vlcere ſanioſo requirunt mundificationem,& cum quadam abſterſione & ſunt ſeptem formarum.

Prima eſt lauamentum cum vino & melle.

Secunda eſt mundificatiuum de melle,& eſt Gal.in ſecũdo ad Glauco.Reci.mellis cocti lib.j.thuris,vn.ſ.miſceãtur. & eſt bonum.Item mellis lib.vnam farinæ alicuius.vn.vnã. miſce. Item eadem cum modico terebinthinæ miſce:& eſt bonum.

Tertia forma eſt mundificatiuum de apio:& tenetur Pariſiis,& id commendat Lanfr.& Henricus.Re.mellis lib.ſ.farinæ frumenti,vnc.iij.ſucci apij.vnc.viij.coquantur ad ignẽ aliquantulum,& fiat emplaſtrum.

Quarta forma eſt mundificatiuum de myrrha, & eſt Bruni,& Theodo.quod Re.mellis lib.j.farinæ ſiliginis, farinæ lupinorum,fœnugræci,ana vnc.j.myrrhæ,vnc.ſ.ſucci abſinthij lib.ſ.terebin.quar.j.bulliendo ſuccum cum farinis,in fine addantur alia:& fiat emplaſtrum.

Quinta forma eſt mundificatiuum de reſina, & eſt forte & appropriatum membris neruoſis.Re.reſinæ,mellis, terebin.ana lib.mediam.myrrhæ,ſarcocollæ, farinæ fœnugræci,& ſeminis lini,ana vnc.j.diſſoluatur reſina cum melle & terebin.& additis pulueribus fiat emplaſtrum:multum erat in vſu Bononiæ.

Sexta forma eſt mundificatiuum de ireos, & attrahit ſaniem,& mundificat:& eſt Magiſtri Dyni de Florentia.Re. mellis lib.ſ.terebin.quar.j.fermẽti,vn.j.radicis ireos,vnc.ſ. miſceantur.

Septima forma ad mundificandum eſt Magiſtri Dyni de gũmis pro ſanie groſſa.Re.galbani,ammoniaci, reſinæ, terebin.picis,ſepi vaccini,cerç,olei antiqui,ana vnc.j diſſoluẽ do galbanum;& ammoniacũ cum aceto,liqueſiat ad ignem: & fiat emplaſtrum.

De auxiliis vulnerum & vlcerum cum virulentia. Cap. V.

AVxilia vulnerum compoſitorum cum virulentia:& dicitur vlcus virulentum: requirunt fortem exiccationem:

nem:& sunt quinque formarum.

Prima est lauamentum cum aqua aluminis.

Secunda est plata plumbi tenuis experta per me cum ligatura.

Tertia est vnguentum episcopi Lugdunensis, qui erat de dumo,ammoniaci:& appropriabat id omnibus vlceribus. quod Re. axungiæ porci mundatæ à pelliculis temperatę in aceto per ix.dies acetum,de tertio in tertium mutando seu remutando lib.j.argenti viui extincti cum saliua, lib. mediam,aluminis rochæ quar.ʒ.pistando in mortario per diem integram,fiat vnguentum.

Quarta forma est multũ vtilis in pustulis faciei:& in scabie & serpigine:& vocatur azurinũ.Re.axungiæ porci præparatæ,vt dictum est lib.j.argenti viui extincti, quar.j.aluminis glaciæ,quartam mediam,sulfuris viui,vnc.j. corticis thuris,vnc.ʒ.indi de baldat,dragm.ij.pistando in mortario: fiat vnguentum.

Quinta forma est communis omnibus vlceribus difficilis consolidationis:& ponitur à Rasi, & ab Auic. Re.lithargyri nutriti cum oleo ros.& aceto diu in mortario ducendo quousque inspissentur & intumescat lib.j.æris vsti,antimonij,plumbi vsti,aluminis,balaustiarum,radi.rubeæ, curcumæ,gallarum,sanguinis draconis,cathimiæ argenti, serici, ana dragm.vnam & mediam.pulverizentur:& in mortario cum lithargyro per mediam diẽ ducantur addendo de loco & de aceto secundum necessitatem, & fiat vnguentum:est enim pretiosum.

De auxiliis vulnerum cum sorditie. Cap. VI.

AVxilia vulnerum cõpositorum cum sordido vlcere & fraudulento,requirunt fortem absterſionem cum exiccatione,& defensione:& sunt duodecim formarum.

Prima est lauamentum cum aqua decoctionis capitum piscium paruorum salitorum:aut cum aqua ardenti.

Secunda forma est vnguẽtum apostolorum:quod Recipit ceræ albæ,resinæ ammoniaci,ana dra.xiiij. opopanacis,floris æris,ana dra.iij.aristolochię rotundæ,thuris,ana dra.vj. myrrhæ,galbani,ana dra.iiij.bdellij.dra.vj. lithargyri,dra. ix.olei communis lib.j.fiat vnguentum, dissoluãtur gũmæ in aceto: & dissoluantur bene, & colentur, & misceantur

cum

cum lithargyro decocto cum oleo, & addatur cera, & resina liquefacta: & coquatur quousque incipiat gutta coagulari: & depone ab igne: & misceantur alij pulueres: & in fine viride æris, & fiat vnguentum.

Tertia forma est gratia dei: & est vnguentum nigrum dictum ab Heben, cerasfeos: & eo vtebatur Magister Petrus de Argentaria, & Magister Anselmus de Ianua: cuius materialia sunt vnguenti apostolorum: sub alia tamen dosi: nisi quod loco floris æris ponitur ærugo campanæ: & decoquitur donec nigrescat.

Quarta forma est vnguentum Aegyptiacum: & ponitur à Gal. & à Rasi, & Albuca. & eo vtebatur Magister meus Bononiensis: & ego semper in eo inuenio bonam probam: leuiter corrodit, & mundificat. Recipe mellis libram j. aceti lib. ʒ. floris æris, drag. j. aluminis vnc. ʒ. coquãtur ad ignem donec spissentur: & est rubeum: & ideo Gal. vocat talia bicoloria j. binæ faciei.

Quinta forma est vnguentum viride Rasis, & Auic. raro tamen vtor eo: quia vnguenta viridia sunt multũ diffamata apud vulgum. Recipe mellis libram vnam, viridis æris libram mediam, aluminis, quartam vnam. misceantur.

Sexta forma emplastrum rubeum græcum: & ponitur à Gal. & Heben. & id commendat Magister Dynus: rectificat vlcera mala difficilis consolidationis. Reci. olei libras duas. aceti libram vnam & mediam. lithargyri libram vnam, ciniar, quod est viride æris, vnciam vnam. coquatur lithargyrus cum oleo & aceto donec ingrossetur: & tunc pone viride æris in fine, & coquatur, & fiat emplastrum.

Septima forma est vnguentum viride herbarum: & id commendat Magister Dynus: quia plagas veteres mundificat: & carnem superfluam suauiter consumit: & consolidat, & sanat. Recipe chelidoniæ, plantaginis, scabiosæ, vrticæ, leuistici, centrum galli, crassæ, ana manipulum vnum conquassentur cum libris duabus olei: per septem dies temperentur: deinde bulliantur, & exprimendo colentur: cui colaturæ addatur ceræ vnc. tres, terebinthinæ, vnc. sex. resinæ, vnc. duas: & bulliantur donec parum spissentur: deinde tollantur ab igne: & misceantur thutis, sarcocollæ, aloës, ana vnc. vnam. aristolochiæ longæ, floris æris, ana drag. sex. misceantur, & fiat vnguentum: est enim bonum & probatum.

Octaua

Octaua forma sunt trochisci:& primo sunt trochisci Andromachi, qui à Galeno,& Auicenna dicuntur Aldaron: & ponuntur in puluere, aut distemperantur cum vino vel aceto. Recipe cortices granatorum x. gallarum, drag. viij. myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, ana drag. quatuor. dragaganthi, aluminis iameni, ana drag. duas. cægi j. vitreoli, drag. quatuor, puluerizentur:& cum vino dulci conficiantur: & fiant trochisci. Item trochiscus calidicon. Recipe calcis viuæ. partem vnam, arsenici nigri, & citrini. alkali, acaciæ, ana partem mediam. puluerizentur, & misceantur cum capitello:& fiant trochisci.

Capitellum secundum Albucasim, & Rogerium sic fit. Recipe calcis viuæ, salis ammoniaci, ana libram mediam. terantur,& pistentur cum lixiuia cinerum truncorum fabarum: & ponantur in olla in fundo minutim perforata: & ponatur alia olla integra de subtus, in qua recipiatur capitellum, & sepeliatur in fouea, & dimittatur per septem dies: & colatura erit capitellum: valet enim ad consumendum omnem superfluitatem, & corrodit, & comburit: & eius eschara cito cadit.

Nona forma sunt trochisci asphodelorũ: & sunt Rogerij,& totius communitatis. Recipe succi radicis asphodelorum, vnc. sex. calcis viuæ, vnc. duas. auripigmenti, vnc. vnam. conficiantur, & fiant trochisci: & sunt de meis.

Decima forma sunt trochisci de arsenico præparato secũdum quatuor Magistros. Recipe arsenici sublimati, quartam vnam. pistetur cum succo solatri:& desiccetur ad solem aut ad ignem bis vel ter: & vltimo formentur trochisci.

Vndecima forma sunt ruptoria Albucasis, quæ fiunt de calce viua, & sapone: & aliqui addunt ad alterandum colorem, de fuligine nigra: & incorporantur cum saliua.

Duodecima forma sunt cauteria actualia Albuca. quæ confortando membrum, extirpant omnem malitiam: & sedatur arsura in primis duobus diebus cum albumine oui: & oleo rosato agitatis & mistis: & post procuratur casus escharæ cum butyro lauato: & cum modica farina misto. Et prohibetur fluxus humorum vngendo circumquaque cum vnguento de bolo armenico, & terra sigillata, & oleo rosato & aceto:& cum vnguento populeon, aut cum vnguento albo.

De

De auxilijs vlcerum cum fistula. Cap. VII.

AVxilia vlcerum compositorum cum fistula sunt quatuor formarum.

Prima est potio ad fistulam probatam. Recipe agrimoniæ, partes tres, plantaginis, partes duas, foliorum oliuæ, partem vnam. decoquantur cum vino albo: & detur quolibet mane plenum vitreum.

Secunda forma est emplastrū de agrimonia. Accipe agrimoniam,& pistetur cum sale:& succus exprimatur intus in fistulam: & substantia superponatur.

Tertia forma est lichinium infusum in aqua forti, aut in aliquo de trochiscis dictis distemperatis cum aqua ardente vel capitello vel vino. Aqua fortis secundum alchimistas sic fit. Recipe salis ammoniaci,auripigmenti rubei,& citrini,cuperosæ,viridis æris,ana.pulueriz entur:& ponantur in alembico de vitro bene lutato:& distillentur lento igne:& prima aqua abiiciatur:& secunda quando alembicus efficietur rubeus, in vase vitreo custodiatur: & bene cooperiatur. Est enim tantæ efficaciæ quod ferrum liquefacit, & perforat. & ideo sola gutta mortificat fistulam, & liquefacit omnes verrucas & excrescentias.

Quarta forma sunt ruptoria inciforia,& cauteria actualia Albucasis: & quod tractentur,vt dictum est de vlceribus fraudulentis.

De vlceribus compositis cum cancro. Cap. VIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum cancro sunt sex formarum.

Prima forma sunt potiones ad cancrum: & sunt de herbis capillaribus: præcipue dicitur quod ceterach potatus & portatus valet. Item dicit Magister Arnoldus, de Centinodia, quod smeraldi & sapphiri sunt boni.

Secunda forma sunt lauamenta præcipue cum aceto.

Tertia forma est linimentū factum in mortario de plumbo cum oleo rosato: quod ducatur tantum ad radium solis quousque fit nigrum: mirabiliter commendatur à Galeno, & ab Auicenna.

Quarta forma est nutritiua de lithargyro: quod tantum ducatur in mortario de plumbo:quousque accipiat colorem

plumb

plumbi. est res pretiosa omnibus dispositionibus cancrosis in quacunq; parte corporis sint: præcipue in ano. & est Galeni in secundo decem tractatuum.

Quinta forma est vnguentum diapompholygos: & laudatur à Theodorico, & à tota secta sua: quia curat cancrum & canchrænas, & erysipelas, & combustionem. quod Recipit olei rosati, ceræ albæ, ana vnc. tres. succi granorum rubeorum, solatri, vncias quatuor, cerussæ lotæ, vncias duas. plumbi vsti & loti, pompholygos vel tutiæ, ana vnciam vnam, thuris, vnc. ʒ. facto vnguento cum oleo & cera: reliqua in descensu ab igne misceantur: & fiat vnguentum.

Sexta forma sunt ruptoria & mortificantia dicta superius: & cauteria actualia Albucasis.

De vulneribus & vlceribus compositis cum contusione. Cap. IX.

AVxilia vulnerum compositorum cum contusione. & sunt ij. formarum.

Prima est. Refrænatiuum de oleo myrtillorum, vel rosarum cum albuminibus ouorum.

Secunda est. Resolutiuum de vino, & melle, & sale, applicatis cum stupatis.

Tertia est emplastrum, de cera, & cymino.

Quarta est de floribus chamomillæ, meliloti, absinthij, anethi, & cymini.

Quinta est emplastrum de maluis, absinthio, & furfure, & anetho.

Sexta est emplastrum factum de farina hordei, fœnugræci, seminis lini, florum chamomillæ, furfuris subtilis, ana vnc. vnam. arsenici subtiliter puluerizati, vnc. vnam. decoquantur cum vino decoctionis calamenthi, addendo in fine modicum de oleo chamomillæ: & fiat emplastrum.

Septima forma est embrochatio Iamerij: quæ omnes cõtusiones sanat, & resoluit. Recipe olei, vnc. ij. capitum ceparum, vnc. j. cymini, rutæ, absinthij. artemisiæ, parietariæ, ana vnc. ʒ. fiat emplastrum.

Octaua forma est emplastrum magistri Perri de Bonanto, commune ad omnes conquassationes. Recipe ceræ quartam vnam. ammoniaci, quartã mediam. picis naualis quartam mediam. masticbes, vnc. vnam. croci, vnc. mediam.

farinæ

farinæ fœnugræci:cymini, ana drag.duas, ſucci parietariæ, aceti optimi,ana quartam vnam. Infundatur ammoniacum in ſuccis per noctem: in mane ponatur ſuper ignem: & liquefiat cum reliquis ad conſumptionem ſuccorum, puluerres malaxentur cum oleo laurino:& fiat emplaſtrum.

Nona forma eſt. Oxycroceum commune in antidotario: quod eſt proprium in contuſione oſsium. quod Recipe croci,picis,colophoniæ,ceræ, ana vnc.quatuor. terebinthinæ, galbani,ammoniaci,myrrhæ,thuris, maſtiches,ana vnciam vnam. diſſoluantur gummæ in aceto: & prout decet alia miſcendo, fiat emplaſtrum in forma magdaleonis.

Decima forma eſt Apoſtolicon commune antidotarij, & mirabiliter rectificat oſſa conquaſſata. Recipe lithargyrij, vnc.ſex.ammoniaci, lapidis calaminaris, ana drag.vj. thuris, maſtiches,ana drag.vnam.terebinthinæ, galbani,bdellij,myrrhæ, æris vſti, lepidos calcis, diptami, ariſtolochiæ, praſsij, opopanacis, ſarcocollæ, ana vnc. duas. diſſolutis gummis cum aceto, & iunctis cum lithargyro cocto cum oleo & aliis in fine poſitis, fiat emplaſtrum.

Vndecima forma eſt Apoſtolicon chirurgicum,& Rogerij,commune omnibus quaſſaturis. Recipe colophoniæ libram vnam. picis naualis libram mediam. galbani, ſerapini,ammoniaci, opopanacis, thuris, maſtiches, terebinthinæ, ana vnciam ſ. aceti libram mediam. ceræ, vnc.tres. diſſolutis gummis cum aceto bullitis & liquefactis, addantur reliqua, & fiat emplaſtrum, malaxando cum oleo laurino. eſt enim bonum pro crepaturis, ſi cum eo puluis rubeus & nux cypreſsi malaxetur.

De vulneribus, & vlceribus compoſitis cum apoſtemate & dolore. Cap. X.

AVxilia vulnerum compoſitorum cum apoſtemate & dolore, ſunt quatuor formarum.

Prima eſt oleum roſatum, aut oleum papaueris cum vitello oui.

Secunda forma eſt emplaſtrum de granato dulci Auicennæ. quod eſt. Recipe granatum dulce: & decoquatur in vino pontico vſque ad diſſolutionem. & fiat emplaſtrum ſuper locum.

Tertia forma eſt de pane bullito: & multoties additur

siue aliquoties de oleo, aliquoties modicũ de melle, misceãtur, & fiat emplastrum: & est Galeni, & aliquoties addatur de succo ebulorum: & aliquoties de succo apij : vt laudant quatuor Magistri Salernitani: & est de meis.

Quarta forma est emplastrum de maluis: & laudatur à Theodorico: & est de meis. Recipe foliorum maluarum. M. tres, coquantur fortiter: deinde terantur: & postea cum modica decoctione reducantur super ignem, addendo aliquantulum de furfure subtili: & fiat emplastrum.

De auxilijs vulnerum compositorum cum veneno Cap. XI.

AVxilia vulnerum compositorum cum veneno, sunt duarum formarum.

Prima forma est vnguentũ nigrũ: & est Dyni. Recipe sepi arietini, picis, opopanacis, terebinthinæ, ana libram mediã, fundendo misceantur: & proiiciantur in aceto. addit Galen. in de secretis ad Timotheum: & in libro catageni.

Secũda forma est emplastrũ de cepe, & laudatur à Gulielmo de Saliceto. Recipe cepe, vnũ numero, radicum allij syluestris quartam mediam, cichoreæ, vnciam vnam, salis, vnc. mediam, mellis, vnc. ij. coquendo radicem cum vino pistando in mortario, fiat emplastrum.

De vulneribus & vlceribus compositis cum punctura, et dolore neruorum. Cap. XII.

AVxilia vulnerum compositorũ cum punctura & dolore, ac neruorum læsione, & sunt septem formarum.

Prima est fomentatio cum oleo, & terebinthina mistis, & calefactis.

Secunda forma est vnguentum de euphorbio: & est Galeni laudatum per Brunum & Theodoricum: & est de meis. Recipe ceræ, resinæ, picis, ana quartam mediam, euphorbij, vnc. vnam, terebinthinæ, olei communis, ana vnc. mediam, fiat vnguentum.

Tertia forma est mundificatiuũ neruorum: & propter hoc laudatur in læsione nuchæ: & est Magistri Petri de Bonanto. Reci. mellis rosati colati, quar. j. ceræ, resinæ, terebinthinæ, ana quartam mediam, farinæ hordei, vnc. mediã, thuris.

mastiches, sarcocollæ, mumiæ, myrrhæ, ana drag. mediam, olei mastiches, vnc. vnam. fiat emplastrum.

Quarta forma est emplastrum de vermibus incarnans & consolidans membra neruosa, & est Lanfranci de Mediolano. Reci. vtriusq; consolidæ, cynaglossæ, pilosellæ, vtriusque plantaginis, ana. M. j. vermiũ terrestriũ lib. ʒ. terãtur omnia: & ponantur in lib. j. & media olei cõmunis per septem dies, deinde bulliãtur modicũ, & colentur, & exprimantur, & tũc addantur sepi arietini mundi lib. j. picis naualis, lib. ʒ. picis grecæ, quartũ vnũ, ammoniaci, galbani, opopanacis, terebinthinę, ana vnc. j. thuris, mastiches, añ. vnc. ʒ. dissolutis gũmis cum aceto, & colatis cætera misceantur, & fiat emplastrum.

Quinta forma est vnguẽtum dulce remollitiuum, resolutiuum, & mitigatiuum dolorum neruorum. Reci. butyri sine sale lib. j. olei violati lib. ʒ. axungiæ gallinæ, anatis, & anseris, asininæ, medullæ bouinę recentium, ana vnc. j. cerę quãtum sufficit. fiat vnguentum.

Sexta forma est vnguentum marciaton magnum: & non ponerem hoc nisi quia est mirabilis compositionis: & calefacit, & resoluit: & confortat neruos & iuncturas: & fit sic Rec. ceræ albæ lib. ij. olei lib. viij. rorismarini, foliorum lauri, rutæ, amaraci, ana lib. ʒ. elbrij, sauinæ, balsamitæ, thymi, epithymi, ozimi, liliſagi &c. vade ad Nicolaum: & ibi inuenies. Vnguentum Aggripa, relaxat, & detumescit, quære in antidotario Nicolai.

Septima forma, est vnguentũ de ranis: & est Gale. & est in libro catageni perutile omnibus doloribus & fractionibus corporis, spasmo, arthreticæ, & cõsimilibus. R. olei radic. cucumeris agrestis lib. ij. olei maioranæ, & alcannæ, cerę, terebin. galbani, medullæ ossium cerui, ana lib. ʒ. ranarũ numero vj sanguinis testudinum, triũ numero, balsami, dra. ʒ. coquendo ranas, & sanguinem testudinis cum oleis, colẽtur, & tunc reliqua misceãtur: & fiat vnguentũ, & est pretiosum.

De auxilijs vulnerum & vlcerum cum carne superflua. Cap. XIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum carne superflua, sunt octo formarum.

Prima forma est, inciduntur minutim stupæ canabinæ, & superponuntur.

Secunda

Secunda forma est pul. hermodactylorum applicatus.

Tertia forma est alumen.

Quarta forma est cuperosa.

Quinta est puluis trochis. asphodelorum.

Sexta est Oyni. Reci. calcis viuæ, & pastetur cum melle, & comburatur in cazola, & fiat vnguentum.

Septima est vnguentum Aegyptiacum, & vnguentum viride.

Octaua trochisci calidicon, asphodelorum: & trochisci de arsenico, & ruptoria incisoria, & cauteria cultelaria secundum ꝙ occurrit casus.

De auxilijs fracturarum & dislocationum.
Cap. XIIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum algebra, id est de fracturis & dislocationibus, sunt v formarum.

Prima est emplastrum glutinatiuum: quod Recip. farinæ volatilis passatæ partem vnam, puluis rubei partem mediam, pastentur cum albuminibus ouorum, & fiat emplastrum. Aut emplastrum Bruni, quod est probatum in secunda remutatione, quod recipit aloës, myrrhæ, boli armenici, thuris, acaciæ, nucis cypressi, dragaganthi, laudani, farinæ volatilis, ana. puluerizentur: & cum albuminibus ouorum incorporando fiat emplastrum.

Secunda forma est vtilis in tertia remutatione, applicatio stuparum infusarum in vino decoctionis, rosarum, absinthij, corticum albarum quercus, & salis.

Tertia est emplastrum Lanfranci, quod vna cum sequentibus competit in fine: quia confortat, quod Recipit olei rosati, vnc. iiij. resinæ, vnc. iij. ceræ, vnc. ij. colophoniæ, mastiches, thuris, ana vnc. ʒ. nucis cypressi, curcumæ, ana drag. vnã fiant magdaleones.

Quarta forma est apostolicon, chirurgicum, & oxycroceum.

Quinta forma est sparadrapum Rogerij: quod Recipit thuris, mastiches, picis, farinæ volatilis, boli armenici, ana drag. ij. sepi arietini, ceræ, ana lib. ʒ. liquefiant sepum, & cera, & vltimo pulueres ponantur: & pannus infundatur & applicetur.

Quædam digreſsio.

QVia tamē aliquoties poſt reſtaurationem & ſolidationem remanet in mēbris durities. Idcirco ponetur hic modus mollificandi eaſdē. Et primo fit ℔ balneetur membrum cum decoctione pedum aut capitum animalium: aut cum decoctione mediani corticis radicis vlmi, corticis radicis maluauiſci, ana. M. vnum, florum chamomillæ, meliloti, fœnugræci, ſeminis lini, ana quartā mediam, balneetur per ſpatium vnius horę: deinde exiccetur, & vngatur membrū cū bona dialthæa, & Agrippa, & oleo laurino. Dialthæa mollificat, & dulcorat. Ipſum inuenies in antidotario Nicolai. Aut cum iſto probato. Reci. olei laurini, olei maſtiches, olei muſcellini, ana quartam vnam, axungiæ canis marini, & taxonis, & gatti, anatis, gallinę veteris, ana quartā mediā, axūgiæ aſini, vel muli lib. ſ. aliptæ muſ. galliæ muſcatæ, bdellij, ſarcocollæ, aſpalthi, ſtyracis calamitæ, ana vnc. ſ. caſtorei drag. ij. muſci, drag. ſ. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguētum, & deſuper ponatur lana ſuccida, aut diachylon gummatum, aut radices maluauiſci coctę & piſtatę cum farina fœnugræci ſeminis lini, & fæcis olei cōmunis. Et ſi eſſet antiqua durities, pręcipue in iuncturis, vtile eſſet poſt balneum ſuffumigare cum fumo infuſionis aceti ſuper lapidem molarem. Et audiui ℔ aqua ſanguinis ſepties diſtillata eſt mirabilis & balneum muſti: & lauatio cum ſanguine cal.

Incipit ſecunda pars: & eſt formularium auxiliorum propriorum & famoſorū omnium vulnerum ſecundum diuerſitatem membrorum à capite vſque ad pedes: & ſunt octo capitula.

De auxilijs capitis. *Cap. I.*

VInera capitis habent auxilia quinque formarum.

Prima eſt potio vulneratorum, & eſt Theodorici, & ſociorum eius. Reci. cinnamomi, vnc. j. zinziberis, vnc. ſ. galangæ, granorum paradiſi, cardamomi, piperis longi & nigri,

& gario

& gariophylorum, ana dra.j. fiat puluis: & cum melle lib.ij. & vini potos.iij. fiat claretum, & administretur quolibet die gobelletus vnus cum drag.j. istius pulueris. Re. pimpinellæ, betonicæ, sanamundę, valerianæ, radicis gentianæ, ana. pilosellæ, ana, quantum de omnibus, fiat puluis, & detur cum signo crucis, dicendo hæc carmina Dauid, Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Non moriar: sed viuam, & narrabo opera domini, castigans castigauit me: & morti non tradidit me. Et si eum retinet, est bonum: si vomit, malum. Sub ista forma reponuntur multæ aliæ potiones, præcipue illa quæ ponitur infra, ad vulnera intrinseca appropriata.

Secunda forma est mundificatiuum cerebri, & panniculorũ eius. Re. mellis rosati colati, vnc.ij. olei ros. vnc.j. misceãtur: & cum cæteris pannis imponatur.

Tertia forma est puluis capitalis incarnatiuus, & confortatiuus, & est Magistri Dyni, & eum laudat Henricus. R. radicis ireos, aristolochiæ, thuris, myrrhæ, aloës, sanguinis draconis, farinæ orobi ana, fiat puluis.

Quarta forma est emplastrũ de bethonica, & est Parisiensis, incarnat, confortat, ossa eleuat, mundificat, & sanat. Recip. ceræ, resinæ, ana lib.ʒ. terebin. lib j. succi betonicæ, succi plantaginis, succi apij, ana lib.j. coquantur cera & resina cũ succis vsque ad consumptionem succorum, deinde ponatur terebin. & incorporetur, & coletur: & fiat emplastrum.

Quinta forma est emplastrum capitale Magistri Anselmi de Ianua, & attrahit saniem, & eleuat ossa, & incarnat & sanat: & Magister de Bonanto dicebat, ꝙ probauerat ꝙ caput canis vulneratum vsque ad cerebrum curauit. Quod Recip. terebin. partem ij. ceræ partem j. resinæ partem ʒ. liquefiat ad ignem super acetum: & dimittatur per diem: deinde fero liquefiat, & proiiciatur super succum istarum herbarum betonicæ partes duas, berbenæ partem j. & cum illis succis, & lacte mulieris, diu malaxa: & fiat emplastrum, fortius est quàm primum.

Sexta forma est propria ad eleuandum ossa si non possunt eleuari per prædicta: & fuit Magistri Petri. Recip. olei antiqui par.j. ceræ, sordiciei alueorum, ana partem ʒ. euphorbij quar. partem j. aristolo. partem tertiam vnius, lactis thithymali modicum, fiat vnguentum: & est probatum.

Disgressio ad aliquas passiones capitis pro tinea.

CONsequenter pro tinea gratia collationis ponetur vna forma. R. lithargyri, sulphuris viui, calcis viuæ, attramenti, vitreoli, auripigmenti, fuliginis, viridis æris, ellebori albi & nigri, alu. gallarum, ana vnc. ʒ. argẽti viui, vnc. j. cerę, picis, olei nucum, ana lib. ʒ. succi lapathij, succi fumiterrę scabiosæ, boraginis, ana quar. j. bullitis cera, pice, & oleo cũ succis vsque ad consumptionem: reliqua incorporentur: & fiat vnguentũ diligẽter. Item pro alopecia ad faciendum renasci pilos, & accepi de cartulario Magistri Petri de Bonanto. R. succi calcidarum, vnc. j. pulueris languisugarum adustarum, lacertæ viridis adustæ, viridis æris, ana vnc. ʒ. pulueris talpæ combustæ. pulueris solearum combustarum. setarum porci adustarum, ana vnc. j. mellis quantum sufficit ad incorporandum in formam vnguenti. Inungatur locus singulis noctibus, & mane quolibet lauetur cum vino calido albo, & melle. est enim probatum.

De auxiliis morborum facici. Cap. II.

ET primo pro gutta rosacea est laudatum vnguentum citrinum totius. quod Re. boracis, dra. ij. camphoræ, dra. j. coralli albi, vnc. ʒ. amincti dulcis, vnc. j. bellirici, & in alio belliculi marini. dragaganthi albi, amyli, crystalli, antalis, & dentalis. olibani albi, nitri, ana drag. iij. marmors albi, dra. ij. gersæ serpentariæ, vnc. j. cerussæ cõmunis, vnc. vj. axũgiæ nouellæ lib. j. & ʒ. sepi caprini, vnc. j. & ʒ. coquẽdo in pomo citrino fiat vnguentum.

Secundo ponitur gumera ad albificandũ & lauandum faciem: & est Rasis. R. farinæ ciceris, fabarũ, hordei, amygdal. excorticatarum, dragaganthi, ana partem j. feminis raphani, partem mediam. fiat puluis: distemperetur cum lacte, & liniatur facies de nocte: mane cum aqua furfuris lauetur.

Tertio ponitur aqua pretiosa & est gallicana, quæ R. tartari calcinati lib. j. mastiches, vnc. j. pistentur cum albu. ouorum, & ponantur in alembico: & fiat aqua. est pretiosa.

De auxiliis oculorum. Cap. III.

CONsequenter pro oculis ponuntur auxilia.

Primo ponitur aqua Magistri Petri de Hispania, quę clarificat, & confortat visum. R. fœniculi, rutæ, chelidoniæ, berbenæ, euphragiæ, claretæ, rosarum, aut aquam eius, ana

conqu

conquassentur,& temperentur per diem naturalem in vino albo.deinde ponatur in alembico.& fiat aqua.

Secundo ponitur collyriũ albũ.pro dolore oculorũ & est Gal.R.ceruſſæ lotę,dra.iiij.ſarcocollæ,dra.iij.amyli,dra.ij.dragaganthi,dra.j.opij.drag.ſ.puluerizentur omnia valde ſubtiliter,& cum aqua pluuiali molliatur ſuper tegulam,& fiant ſief parui:& diſtẽperentur cum lacte mulieris,aut aquę roſatæ,& diſtemperentur bene,& adminiſtrentur.

Tertio ponitur collyriũ de tutia: & est Mõtiſpeſſulani in fine ophthalmię,reſoluẽs & deſiccãs humiditates extraneas oculorũ.R.tutiæ præparatæ,lapidis calaminaris, ana vnc.ſ. gariophyl.numero xv.faui cum melle. vnc.ſ.puluerizanda puluerizentur ſubtiliſsime, & ponantur omnia in duabus vnc.vini albi.& aquæ roſatæ,quar.ſ.camphoræ, dra.j.colentur ſubtiliter,& fiat collyrium.

Quarto ponitur puluis Magiſtri Arnoldi,deſiccãs lachrymas,& rectificans ruborem:& fuit pro Papa Ioanne.Re.tutiæ præparatæ,vnc.j.antimonij,dra.ſ.margaritarum, drag.ij.florum coralli rubei,dra.j.& ſ.ſerici crudi proprie de folliculo vermis minutim inciſi,dra.ſ.fiat pul.ſubtiliſsimus:& ſeruetur in pyxide ærea.

Quinto ponitur puluis Beneuenuti,& est meus, pro omnibus maculis.R.zuchari cãdi,vnc.j.tutiæ præparatæ,dra.ſ. puluerizẽtur & cum aqua roſ.piſtẽtur:& in pelui ſpargãtur: & inuerſetur peluis ſuper fumũ ligni aloes & thuris:& exiccentur,& puluerizentur ſubtiliter,& fiat puluis:& ſeruetur in pyxide ærea:& ponatur in oculis cum ſtylo argenteo.

De auxiliis aurium. Cap. IIII.

ANaribus quando aduenit fluxus ſanguinis narium dicta ſunt auxilia in vlceribus.ſpecialiter pro polypo cõmendatur à Magiſtro Petro de Bonanto tenta de radice acori temperata in oleo de iunipero, in quo reſoluta ſit ſcammonea.

De auxiliis narium. Cap. V.

DOlor aurium ſedatur imponendo lac mulieris:vt dicit Galen.aut oleum roſatum cum modico apij:aut collyrium album.

Vlcera mundificantur,lauando cum melle roſato:& imponendo collyrium factum cum croco ferri.aut ſquamma

eiusdem cũ melle. Aut secundũ Magistrũ Petrũ. R. cardi, nitri, ana vnc. ʒ. caricarũ mundatarũ, vnc. ʒ. decoquantur in succo rutæ, & coletur: & vna gutta in aure distilletur. saniem enim educit: & carnem superfluam destruit & sanat.

De auxiliis dentium. *Cap. VI.*

IN dentibus dolor sedatur secundum Heben. tenendo in ore acetum decoctionis pyrethri.

Nigredo in dẽtibus autẽ lauatur: vt fuit probatũ in Aluetori comite. R. salis ammoniaci, salis gẽmæ, ana quar. j. aluminis, quar. ʒ. puluerizentur, & ponãtur in alembico: & fiat aqua. Calefactiones & canchrænæ gingiuarũ corrigũtur cũ aqua caprifolij, aut plãtaginis aluminata, vel cũ isto lauamẽto: & est Dyni. Re. rosarũ, vnc. j. lentiũ, sumac, ana quar. j. balaustiarũ quar. ʒ. conquassentur, & bulliantur in aqua & aceto. colentur, & fiat vnguentum.

De auxiliis colli. *Cap. VII.*

ET licet vulnera colli habeant auxilia communia aliis, nihilominus habet alias dispositiones quæ gratia doctrinæ manifestæ tangentur hic.

Botium colli habet tres formas auxiliorũ. Prima est puluis Dyni. qui Re. scroffulariæ, vnc. ij. zinzi. vn. j. bryoniæ, pyrethri, serpilli, matrisyluæ, oliuarũ, salis gẽmę, ossis sepię, spõgiæ combustæ, ana drag. ij. garioph. piperis, cinnamomi, ana dra. j. fiat puluis. vtatur mane & sero cum aqua alumino sa. Secunda forma est gargarisma cũ aqua ardenti in qua sit modicũ de alumine. Tertia forma est emplastrare locũ cum diachylõ ireato: vel cũ emplastro de stercore caprino: aut de vno apostematum phlegmaticorũ dicto in apostematibus.

De auxiliis humerorum. *Cap. VIII.*

PRo dolore humerorum & spatularum habeatur vnguentum mistum de mariciaton, & agrippa. Pro gibbositate laudat Auicen. emplastrum de acoro, enulæ campanæ, sauinæ, ana quar. j. bdellij, ana quar. ʒ. castorei, vnc. j. coquantur cum vino & oleo vsque ad consumptionem vini, & de oleo cum cera fiat vnguentum. Chiragra manuum curatur: vt apostemata phlegmatica. Speciale in ea emplastrum Mõtispessulani de caulibus rubeis coctis cum lixiuia cinerũ cla uellatorum, & parum aceti, & modicum salis pistatis.

De auxiliis pectoris. Cap. IX.

QVorum primũ est potio resoluens & consumens omnẽ materiã existentẽ interius,& eã per sudorem expellens,& fuit magistri Aymerici,& vocatur sudatoriũ,R.caudæ equinæ terrestris.M.j.radicum osmundæ quar.j. radicis dragonteæ quar.ʒ.coquãtur cum vino & melle,& colentur, & gobelletur:administretur eũti dormitũ,& sudabit.Secũdum est alia potio cõmunis ad omnia vulnera intrinseca,& fuit Gal.R.centaureæ,costi,nepitæ gariophyllatæ,pimpinellæ,pilosellæ,summitatũ canabis,summatum cauliũ,tanaceti,rubeæ,proprietas aurũ valet,ana coquãtur in vino & melle,& administretur. Gobelletus,vt supra facit exire saniem per vulnus,& prouocat vrinam si retinetur. Si vero euomitur,non est spes curationis,vt dicit vulgus.

De auxiliis ventris. Cap. X.

PRo tortionibus ventris,laudatur lana succida infusionis vini decoctionis cymini. Secundo pro offensionibus & casibus laudatur potio cõmunis,& est Auic.& Rasis.Re. mumiæ,boli armenici, terræ sigillatæ,ana vnc.j.fiat puluis. administretur drag. j.cum vn.j.aquæ plantaginis. Tertio laudantur potiones pectoris pro resoluendo materiã interius congregatam. Quarto ab extra possunt fieri emplastra in contusionibus formata.

De hydropisi.

In hydropisi est optimum prouocare vrinam,& iuxta doctrinam Galen.magister Aymericus accipiebat gryllos aut cantharidas nigras,& ablatis capitibus & aliis cõburebat in furno,& faciebat puluerem,de quo sero administrabat vnũ granum cum vino,& faciebat tantum mingere quod delibe rabantur multi ab hydrope.

In dolore renum & vesicæ vidi administrare vnum quartum lixiuiæ cinerum truncorum fabarum,& faciebat mirabilia in prouocando vrinam & arenulas.

De auxiliis verendorum. Cap. XI.

IN primis dolor virgæ sedatur cum mica panis pastata cũ vitellis ouorum,& oleo papaueris.Vlcera virgæ lauantur cum aqua aluminis, & emplastrantur cum vnguento populeon,vnguentum populeon infrigidat, quære id in antido-

tario Nicolai. Aut vngatur cum vnguento albo, aut oleo cũ albuminibus ouorum. Et puluis plumbi, & ceruſſæ, & aloes eſt pretioſus.

Inflatio teſticulorum corrigitur cum emplaſtro de maluis, & farina fabarum & cymino bullitis cum aqua.

Ruptura habet tria auxilia. primum eſt electuariũ. quod Re. conſeruæ, cõſolidæ maioris lib. ß. conſeruæ roſarũ quar. pulueris dragaganthi frigidi, vnc. j. pulueris diacymini, vn. ß. radicis valerianæ, ſeminis naſturtij, boli armenici, lapidis ſanguinarij ana drag. ij. panis lib. j. fiat electuarium cũ aqua chalybeata. Secunda forma eſt emplaſtrum de pelle arietina, & eſt communitatis. qui Re. picis nauallis, colophoniæ, ana vn. iij. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdel lij, maſtiches, ſerapini, terebin. ſumac, radicis conſolidæ maioris & minoris, ana vnc. j. viſci quercini, hæmatitis, thuris gypſij, myrrhæ, aloes, mumiæ, boli armenici, ſanguinis draconis, ariſtolochiæ, vermium terreſtrium, ana vnc. ß. ſanguinis humani, vnc. ij. conficiantur cum pelle arietina cocta cũ aqua pluuiali vſque ad diſſolutionem. Tertia forma eſt Bruni & mea. Re. nucis cypreſsi, acaciæ, gallarum, balauſtiarũ, ana drag. v. dragaganthi, mirrhæ, ſarcocollæ, thuris, gummi arabici, ana drag. iij. ſanguinis draconis, boli armenici, mumiæ, aloes. alumi. ana drag. ij. fiat puluis ſubtiliſsimus: & paſtentur cum aceto, & fiat emplaſtrum. eſt enim expertum & probatum.

In hæmorrhoidibus eſt optimum ſedare dolorem cũ ſuffumigio decoctionis tapſi, chamomillæ, & meliloti. Et intra ponere licinia intincta cum vnguento factum de butyro dulcto in mortario plumbi vſque ad nigredinem. Aut ſi dolor infeſtat, linimentum Alexandri probatum per me. quod Re. croci, myrrhæ, thuris, lycij, ana partem vnam. opij partes ij. terantur & conficiantur cum oleo roſ. mucilagine pſillij, & vitello oui, & fiat linimentum. Et ab extra commendatur à Raſi iſtud emplaſtrum. Quia Re. chamomillæ, meliloti, ana quar. j. coquantur quouſque diſſoluantur, vitellorum ouorũ elixatorum, quar. ß. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, radicis altheæ, ana vnc. j. croci, myrrhæ aloes, ana drag j. & butyri quod ſufficit. fiat emplaſtuum.

Finis chirurgiæ paruæ Guidonis.

Recep

Recepta aquæ balnei de Porrecta, edita per egregium militem, ac legum doctorem, & magistrum artium, & medicinæ doctorem, dominum Turam de Castello Bononiæ ciuem.

In nomine patris & filij & spiritussancti Amen. Quas infirmitates curat aqua & balneū de Porrecta. Ca. I.

AD infirmitates omnes & singulas curãdas quibus homines læpissime affliguntur, aqua de Porrecta mirabiliter valet & proficit, si debito modo sumatur, & diæta ordinata post ipsius assumptionẽ seruetur, prout experientia ipsius aquæ manifeste declarat, & antiquorum hominum in loco, vnde originem ipsa aqua recipit, verax testimonium adest. Tollit nanque dicta aqua recepta debilitatem cerebri. Oculorum defectui subuenit. Auditum aurium mirabiliter recuperat. Fœtorem narium remouet. Dolentes caput liberat. Rheuma, catarrhum & humiditatem in lingua existentem aut palato consumit. Humores in lingua congregatos expellit. Raucitatem vocis clarificat. Strictum pectus & hanelum grauẽ & difficilem aspirationem habentes liberat manifeste. Appetitum perditum recuperat. Spuentes sanguinẽ rectificat & sanat. Stomacho bene digerenti iuuamentũ salubre præstat. Vermes in corpore existentes necat & interficit. Ranas & animalia venenosa casu per os intrantia & in stomacho longo tẽpore nutrita occidit. Hepar & splenẽ oppilatum liberat. Colorem vigorosum adducit, croceũ tollendo. Intestina fæce corrupta lauat, & humiditatẽ expellit. Ilium dolorem tollit, & eius causam remouet. Renum lapsitudinem ac ipsorum dolorem curat, & rectificat. Arenulas in vesica aggregatas expellit. Mingere non valentibus sine dolore subuenit. Dolorẽ iunctura rum & podagras non antiquatas tollit & expellit antiquatis iuuamentum præstat. Tremori neruorum & paralytico affert iuuamentum. Scabiem irradicatam & antiquatã expellit subito. Saniem in corpore dispersam consumit & educit. Dicunt antiqui homines de Porrecta experti, quod

hydro

hydropisim non confirmatam seu antiquatam liberat: sed difficiliori modo: nam oportet quod prædicta aqua diebus xxx. interpolatim assumatur cum prouida diæta. Confirmatam autem hydropisim præfata aqua per longum tempus sumpta sanat, & interficit. Equos etiam bulsos liberat, si per duos menses ipsius aquæ potatio fiat. Mulieribus grauidis quæ appetitum perdunt, proficit: nec partui nocumentum affert: sed iuuat & firmat: quod mirabile ab omnibus reputatur. Extenuatos & macros impinguat. Febrem tertianam seu quartanam aut antiquam efficaciter sanat.

In quo loco aqua & balneum de Porrecta est positum. Cap. II.

AQua de Porrecta recipit ortum de duobus montibus lastrosis & lapideis positis in comitatu Bononiæ, longe ab ipsa ciuitate per milliaria xxxiiij. Inter alpes Florentiæ, & Pistorij, versus meridiem: in medio quorum montium quidam riuulus satis amplus profluit. Ex vtroq; monte dicta aqua manat per duo canalia & aquæductus. Præfata aqua in duobus balneis in dicto loco positis recluditur, & continuo per ipsa balnea fluit situatis in monte sinistro versus partem magis orientalem & in sinistro latere vnus ex riuis coloris est clari: piscículi quasi rubei in ea manent: eius sapor parum sulfureus & salitus existit: temperate calida & quasi viscosa. Sumpta nullos dolores in ventre facit aut tortiones noxias, modicum debilitat. Hæc aqua longe delata in vasis ligneis, solet aliquando in dictis infirmitatibus iuuamen afferre: sed tamen raro: quia tantæ virtutis non est quantæ in loco originis assumpta: & faciliter perdit saporem suum originalem: citóque corrumpitur.

Quo ordine aqua & balneum de Porrecta est vtenda. Cap. III.

ASsumenda est aqua de Porrecta vt efficaciter prosit, & valeat ordine isto. Nam citra medium mensem Maij, & in mensibus Iunij & Iulij, & per totum mensem Augusti si calor moderatus & temperatus, & vniforme tempus existat. Mense tamen Augusti salubrius confert sumpta. Est autem ad locum prædictum de Porrecta accedendum. Cum igitur

igitur ad locum prædictum aduenerit, subito aquam per potum non sumat: sed saltem per diem vnum in loco prædicto pausam faciat: quia nouum aërem intrat: & vt persona fatigata ex itinere fortificetur. Demum balneum prædictum & lapideum intret ante potationem dictæ aquæ, & moram faciat in eo per horam, vel vsquequo summitates digitorum manuum increspentur. Deinde exeat, & bene frigidatus pauset. Hora verò prandij & cœnæ ea die leuiter comedat: die verò sequenti de mane in solis ortu accedat ad ipsius aquæ profluentis aquæductum. Et incipiat bibere aquam prædictam vsque ad duos vel tres vrceos: & statim post ipsum potum parum & moderatum faciat exercitium. Succesiue alios duos vrceos aquæ prædictæ bibat: & post ipsum potum etiam ambulet. Et toties aquam per potum assumat paulatim & non impetuose: sed quodammodo ad delectationem, quoad vsque ipsa aqua corpus egrediatur superius per os, aut per virgam, aut per partem posteriorem. Et tantum de præfata aqua bibat, quod ipsam emittat per alium ex locis nominatis claram, & apertam: prout & sicut aquam ipsam ab aquæductu sumpta per os recepit & assumpsit, cuius aquæ emissæ claritatem cum vase vitreo inspicere potest. Aqua igitur clara emissa post spatium aliquantulum & pausam factam intret balneum: & ibidem moram faciat: vt superius est expressum. Ipsum enim balneum non debilitat: sed humores in toto corpore dispersos maturat, & disponit ad exitum. Fugiat balnea in tinis & vasis ligneis artificialiter per mulieres calefacta. Nam aqua præfata modicum alterata suam nõ præbet virtutem. Mora competenter facta in balneo prædicto, ipsum egrediatur, & pauset, in lecto vel in pannis iacendo, vt virtus fatigata aliqualiter recreetur. Deinde accedat ad aquæductum prædictum & aquam prædictam. Per potum iterum assumat donec emittat claram & lucidam, prout & sicut clara est assumpta de aquæductu. Non enim impetuose & in magna quantitate ac violenta ipsa aqua est assumenda, prout quasi omnes assumentes minus perite & inaduertenter faciunt: nam ipsa sine ordine præmisso cum impetu assumpta non ita leuat nec curat: quia nimis vno impetu assumpta in corpore nullam moram, nec humores perfecte maturat, vel disponit.

De hora & modo comeſtionis tempore aſſumptionis aquæ de Porrecta. Cap. IIII.

AQua aſſumpta & balneo per ordinem ante dictum, aliqualiter pauſet in lecto vel in pannis: nullo domo dormiendo: quia pernitioſum exiſteret. Demũ comedat prandium cibum leuem, vt pullos paruulos vſq; ad vltimam decoctionem coctos & elixatos. Maſticet bolum, nec rapiendo cibum aſſumat, quia ipſa aqua acutam famẽ adducit. Et in dicto prandio, & in aliis prandiis medium pullum tantummodo comedat, & non vltra. Et in brodio pullorum panem balneet, vt ſtomachus, faciliori modo digeſtionem faciat & compleat. Vinum ſine immiſtione alicuius aquæ moderate aſſumat vice qualibet, qua potat comedendo, non vltra medium cyathum vini aſſumat. Nam melius eſt vices in potando iterare quàm multum vna vice bibere. Poſt prandium, vt dictum eſt, nullo modo dormiat: ſed in ſolatiis ſtet cum ſociis loquendo. Non tamen ſe fatiget corporaliter laborando: nullo modo die potationis aquæ cœnet: ſed ſi hora cœnæ ſtomachus digeſtionem fecerit, & nimium famelicus exiſteret, duos vitellos ouorum recentium albumine reiecto bibat, & aſſumat cum modica potatione vini & non lymphati. Et ſi oua abhorreat, faciat vipam in vino, & ipſam comedat. Demum lectum intret, & dormiat, & nocte pauſet. Die verò ſequenti aquam præfatam non bibat: ſed tota die quieſcat propter nimiam agitationem humorum die præcedenti factam. Ipſa verò die pauſationis ante horam tertiarum & prandium aſſumptum, & etiam in veſperis digeſtione completa intret ea die bis balneum antedictum: & in eo ſtet per horam, & vſquequo ſummitates digitorum manuum increſpentur: vt eſt præmiſſum. Et ea die pauſationis prandeat: & etiam cœnet, pullos elixatos tantum comedendo & temperate: vt ſuperius eſt expreſſum. Nec aquam præfatam eo die per os aſſumat vel bibat: ſed balneo eo die vtatur bis: vt dictum eſt. Nam ipſum balneum humores in corpore exiſtentes diſponit ad exitum, & maturos reddit. Die verò ſequenti de mane in ortu ſolis ad aquæductum, accedat ſuperius nominatum. Et aquam per os bibendo ſumat, donec eam clarificet. Et comedat iuxta ordinem prænominatum in die prima potationis. Et

fic tribus diebus dictam aquam bibat & assumat: & interpolatim tamen, vt vna die bibat dictam aquam, & altera quiescat: ita quod inter vnam diem potationis & alteram diem quietis interponat. Est si infirmitas illius qui ad aquã prædictam & balnea accesserit, nimis fuisset longa & antiqua: tunc pluribus diebus esset præfata aqua assumenda, videlicet diebus sex: interpolatim tamen & non successiue, diem vnam quietis interponẽdo inter vnam diem potationis & aliam, vna die quiescendo, & alia die aquæ potatione vtendo: die tamen quietis bis in die balneando vtatur, & alia die faciat prout superius est expressum.

De obseruatione & dieta facienda post assumptionem aquæ de Porrecta. Cap. V.

DEbet qui aquam de Porrecta assumpsit dum à balneo recedit, & repatriat, die quolibet equitare modicum: aut pedes ambulare. Nec exinde cum recedit in itinerando se fatigare: sed plane & moderate incedat, & prandium faciat hora tertiarum: nec differat: quia stomachus debilitatur nimiam moram faciendo, in assumendo cibum, comedat bene masticando in prandio & cœna: vt est præmissum in proxima rubrica. Vinum quod in eius comestione assumit, sit album & non dulce, stomacho bibentis conforme, nullo modo aquam cum eo misceat. Et si vinum esset fumosum aut potens, buccellam panis in cyatho teneat, quæ vaporis vim reprimat. Elapsis octo diebus vtatur vino consueto. Abstineat à dormitione diurna, saltem vsque ad octo dies. In meridie si famem patitur aut sitim, duos tantum vitellos ouorum recentium albumine reiecto, vel vipam bene balneatam & mollem comedat. Prandio assumpto moram faciat antequàm quiescat, vt cibus ad fundum stomachi descendat. Et dum itinerat, nullo modo faciat dormitionem. Cœnam faciet leuem, comedendo & bibendo vt est præmissum. Cibo pullorum elixatorum vtatur: aliquando tamen elapsis quindecim diebus vti potest carnibus castratis bene elixatis. Brodio pullorum vtatur in quo panem in prandio & cœna mollificet, vt stomachus faciliori modo digerat. Omni die parum exercitij faciat, & cum delectatione. Manus lauet cum vino non immiscendo aquam. Abstineat ab omnibus cibariis: nisi

à præn

à prænominatis, vt pullis, & carnibus castratinis bene coctis & elixatis, & non frictis, & assatis. Summe caueat à fructibus quibuscunque: nec non ab aceto, & acutis, vt alliis, & cepis, caseo & pasta, caulibus, & herbis, & leguminibus, vuis, & ficubus, & agresto. Coitum fugiat tanquam rem pestiferam & mortē infallibiliter inferentem: saltem ab ipso abstineat vsque ad mensem, si persona sit robusta, & fortis complexionis: si debilis, longiori tempore abstineat. Diæta prænotata vtatur saltem per dies xx. aut xxx. Calidus pannis maneat. Moderate tamen à frigore & vento diligenter se custodiat. Prædicta aqua de Porrecta tribus annis elapsis à prima assumptione est reiteranda.

Quæ potata, vt præmittitur, & reiterata, vitam sine anxietate longā præstat & salubrē. Illius gratia intercedat qui benedictus est per omnia secula seculorum Amen.

FINIS.

GUY

1559